www.e-rara.ch

Responsorum iuris sive consiliorum dn. Udalrici Zasii ll. doct. clarissimi et in Academia Friburgensi quondam ordinarij, liber primus[- liber secundus]

Zasius, Ulrich

Basileae, 1538-1539

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-645

Liber secundus

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

RESPONSORVM IVRIS
SIVE CONSILIORVM

DN. VDALRICI ZASII
LL. DOCT. CLARISSIMI, ET IN
ACADEMIA FRIBVRGENSI QVONDAM
ORDINARII, LIBER SECVNDVS.

Cum Indice rerum toto opere memorabilium locupletiſsimo.



Cum gratia & priuilegio ut in reliquis eiuſdem autoris libris prius à nobis euulgatis.

BASILEAE
APVD MICHAELEM ISING.
M. D. XXXIX.

CLARISSIMO ET PVBLICI PRIVATIQVE IVRIS CONSVLTISSIMO VIRO, DOMINO MATTHIAE HELD, CAESAREAE MAIESTATIS Procancellario dignissimo, domino & patrono suo summè obseruando, Michaël Isingrinius ciuis & typographus Basilienses S. P. D.

VAmuis, clariss. uir, ueteres non solum oratoriæ artis peritissimi, uerumetiam fabularum autores, de eloquentiæ præstantia multa scripserint, qui in Amphione Orpheóque ingentem dicendi uim subnotarunt, quorum alter rigida mouisse saxa, alter uero quercus & ornos traxisse cithara fingitur: quod & Galli sequuti, qui Herculi Celtico, quem ipsi patrio sermone Ogmium appellabant, tantam eloquentiæ efficaciam tribuêre, quod mortales omnes sua facundia, quasi catenulis quibusdam à lingua in aures infixis, quô uellet circunduceret. Ego tamen adduci uix possum, ut credam, solam fandi dominam eloquentiam, largum inquam illum disserendi fulgorem, qua grandiloqui oratores ad permouendos imò conuertendos animos instructi, auditorem attonant, concutiunt & prosternunt, ut admiretur, stupeat, oderit, diligat, fremat incitatus, tranquillus subsidat, tantam habere ὐπέρογκιαν, *nisi uirtutibus ipsis, prudentia scilicet, humanitate, multáque rerum cognitione sit stipata: quippe quum eloquentia inani duntaxat citóque peritura dulcedine ac uoluptate aures demulceat, hæ uero saluberrimos eosq; perpetuos in animis nostris aculeos relinquant, ueram philosophiam ac animorum coniunctionem nobis conciliantes. Ad hæc uirtutum eminentiam non nisi probus (ut inquit Aristoteles) consequitur, hanc uero improbos & maledicos etiam nancisci posse in confesso sit. Adde quod uel sola humanitate, iuxta M. T. Ciceronis & Epicteti summi philosophi sententiam, nihil prius, melius, amabiliús ue sit, nihilq; quod magis alliciat homines ad diligendũ: siquidem eius gratia eos etiam quos antea nunquam uidimus, unicè quodãmodo diligere solemus. O fortunatũ cui contigit his rigari fluminibus, dignus nimirũ qui rerum & publicarũ & priuatarũ gubernacula moderetur. Et sanè hæc tam præclara rarissimaq; animi ornamenta in te splendidissime elucere, atq; ita ad palmã niti ut alterum cum altero æmula paritate concertet, summũq; gradum attigisse, tum iam olim uniuersis bonis & doctis, tum uero & nuper mihi constare cœpit. Nam cum anno superiore Spiræ ad iteriam accinctus, quietem tuã, & illam quidem nocturnã, intempestiuius interturbarem, duce Dn. Leopoldo Dicio V. I. Doct. ornatissimo, dictu tamen incredibile, quanta me humanitate exceperis, tractaris, ac dimiseris: quanta denique animi synceritate, summoq; rerum iudicio, ad optimos quosq; utriusq; linguæ autores recte nitideq; excudendos, iusta adhortatione*

incitaris: non dicam qua cum grauitate de bonis ſtudijs promouendis interim diſſerueris. Celebrent ergo Lycurgos, Solones, Epaminondas ſuos Græci, laudibus ad cœlum uſq; ferant Hamilcares, Hannibales, ipſi Carthaginenſes: ſint apud Romanos maximo in precio Numæ, Scipiones, Camilli, Publicolæ, Metelli, Catones, Octauij Auguſti: tu certe unus hominum deorumq; conſenſu, iſtum tuum (ut ſic dixerim) Procancellariatũ, quem nõ à quouis principe, uerũ à catholico omnisq; æui opt. max. CAROLO Rom. Imp. inuictiſſimo auguſtiſſimoq;, adeptus es, qua quidem dignitate nulla homini togato apud nos maior deferri poteſt, tanta dexteritate, ſapientia, modeſtia, humanitate erga omnes geris, ſic omnia horũ munia officiaq; excelſo & infracto ſuſcipis animo, ſolúsque tanta celeritate tot ingruentes Rom. Imperij negociorum fluctus, quæ uel ipſius etiam Atlantis humeros deprimere poſſent, conficis, ut interim tamen non poſtremũ optimis literarũ ſtudijs locum relinquas. Atq; hæc quidem de uirtutibus tuis, quibus mirè præditus es, obiter ac uelut in tranſcurſu attingere libuit. Ad plenũ enim de ijs diſſerere, laudumq; tuarum omnium catalogum recenſere, non eſt noſtri inſtituti,

Quem qui ſcire uelit, Libyci uelit æquoris idem
Diſcere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus,
Noſſe quot Ionij ueniant ad littora fluctus, ut ait Poëta.

Hiſce ergo tam ſplendidiſs. animi tui dotibus illectus, chartaceũ hoc munuſculum T. D. offerre non dubitaui, certò mihi promittens futurum, eam, non muneris ipſius exiguitatem (exiguum enim ſi donatarij excellentiam ſpectemus) ſed rei magnitudinem ac ſummam utilitatem, animo beneuolo æſtimaturam. Porrò non temerè ſecundum hunc clariſs. Iureconſ. D. Vdalrici Zaſij Conſiliorũ tomũ, clariſsimo nomini tuo conſecrare, hisq; te ſelectum patronũ nominare, conſtitui. Cum enim Iuris ciuilis Pontificijq; ſcientia ſis longe peritiſsimus, nemo eſt qui facilius & melius aduerſus maximam uitilitigatorum inſectationem, hæc clariſsima Iuris reſponſa tueri queat. Cæterũ de ipſius autoris Zaſij laude præſtat mea quidem ſententia omnino nihil, quàm parũ dicere: partim quod celeberrimis ac utiliſsimis ſuis monumentis poſteritati relictis, ſeipſum ſatis cõmendarit, partim uero quod uno ore doctiſsimi quiq; noſtra tẽpeſtate uiri, elegantiſsimis ſuis ſcriptis abunde laudibus eum proſecuti ſint. Quod ſupereſt igitur, precor, ut Deus opt. maximus egregios conatus tuos uſq; fortunare pergat, atq; T. D. reip. Chriſtianæ, ac optimis artibus quibus promouendis haud dubiè natus es, incolumem, florentem, & longæuũ foueat atq; conſeruet, cui me unicè commendo. Vale optime. Baſileæ, tertio calend. Martias, Anno 1539.

RERVM VERBORVMQVE IN SECVNDO consiliorū Tomo prȩcipue obseruandorū, Index.

Absens reipub. causa, si nō defendit & re læsus sit, in integrum restitui debet 212.33
Contra absentem nō auditum nihil attentandum 158.22
Absurdum uideri debet, in altera parte aliquid ratum esse, quod in altera non sit ratum 262.33
Accessio ueniēs à flumine publico in agris limitatis cessat 244.25
Accessorium sequitur naturam principalis 218.35
Acquirere & restituere, diuersa sunt 148.3
Acta cum deficiunt, forma substātialis deficit 153.15
Actio cum cōtra aliquem instituī potest, eo casu nobile iudicis officiū cessat 335.42
Actio omnis perimitur spatio triginta annorum 281.31
Actionis appellatione etiā iudicis officium uenit 286.25
Actiones & sententiæ an iuris ciuilis sint 193.34.194.13
Contra actiones personales non præscribitur nisi spatio triginta annorū 291.41
Actore non probāte, reus absolui & obtinere debet 71.42.110.28
Actus celebratus à prouidis & honestis uiris, etiamsi primo actu uideret iniustus, tamē præsumit iustus, propter personarum honestatē 43.15
Actus iudicis non debet esse frustratorius 159.1
Actus legitimi, sicut emancipatio, manumissio &c. ad tempus fieri nō possunt 352.1
Actus nō necessarius in aliqua dispositione, etiamsi uitiose fiat, dispositionem non uitiat 147.4
Actus non ualet qui aliter fit quàm in citatione continetur 144.27
Actus omnis qui solo consensu perficitur, potest contrahi inter absentes per nuncium uel literas 67.3
Actus qui ad certam qualitatem respiciunt, a te fieri possunt tanquam ab alio 327.41
Actus principis, omnis malitiæ & diminutionis expers esse debet. 190.30
Actus qui obmitti potest, si est uitiose factus, nihil præiudicat 230.11
Actus qui sumptus requirit, ab eo factus præsumit cuius interest 130.14
Actus superfluus licet non prosit, tamen nihil obest 22.1
Actum inanem & sibi damnosum facere nemo præsumitur, aut sua iura perdere uelle, ubi alia potest cadere coniectura 51.20
Actu aliquo utens in specie, & intentione utendi suo iure, quo ad uniuersalem iurisditionem, ei acquiri quasi possessionē uniuersalis iurisditionis, si nemo alius possideat 310.11.324.16
Ex actu eo quem quis impugnauit, se iuuare non potest 146.36
In actu indifferenti animus malus nō præsumitur 43.11
Actus sequentes cum eorum qualitatibus trahūtur ad primos ex quibus fluunt 33.12
Actus nostri uoluntarij non operantē ultra id quod uolumus 51.10.127.39
Ex actibus frequētatis, prȩsumitur usus seruitutis potius quàm familiaritatis 135.27
In actibus secretis & clandestinis, non solent adhiberi multi testes 54.24
Adminiculum unūquodq; uel indicium faciēs ad matrimoniū, ad hoc ut illius ratio possit haberi, debet probari per duos testes legitimè 92.39
Adoptiōe fratres fieri nō possunt. 5.39
Aduocatia nihil aliud est quàm defensio 142.12
Aduocatus defensor est, qui propter utilitatē ecclesię assumit 140.41.141.3
Aequiualentia uerba tantū operātur quantum propria 129.25
Aetas minor in causa criminali repellit etiam habilem 75.18
Affinitate, similitudine seu uicinitate

rerũ,facilis paratur deceptio 227.25
Agens inepte,seſe profligat & ſubuer tit 35.21
Agens nullum rationabile, fruſtra a, gere præſumitur 269.29
Agnationis ius legari non poteſt.5.38
Agri nouales qui dicantur apud illite ratos 226.33
Alienatio & præſcriptio cõtra domi, num feudi,quantum ad dominiũ di rectum,quare non procedat 285.6
Alienatio in feudo eſt prohibita. 284. 12.299.35
Alienationẽ alicuius rei ubi lex pro, hibet etiam intelligitur prohibita e, iuſdem præſcriptio 288.17
Alienatione feudi facta,feudũ reuerti tur ad dominũ,nulla obſtante præ, ſcriptione motus 284.21
Allegare nõ ſufficit,niſi etiam probe tur 160.2
Allegare nudis uerbis,uel non allega re,paria ſunt 212.39
Alternatiuã in uno uerificari ſufficit 103.5
Animus generoſus ad honeſta,nõ ad turpia concitatur 56.25
Animus malus in actu indifferẽti nõ præſumitur 43.11
Antecedente deſtructo,& conſequẽs deſtruitur 178.27
Anulus ſi ſimpliciter mulieri dat̃,præ ſumitur donatio 91.38
Anuli delatio,ſignũ eſt ęquiuocũ.91.35
Anuli miſſio & matrimonium ſym, bolizant 57.8
Anuli miſſio ſignum eſt deſponſoriũ 57.20.59.2
Anuli tranſmiſſio an inducat ſubarra tionem matrimonij 105.7.14
Per anuli dationem ſeu ſubarrationẽ, matrimoniũ contractum præſumi, tur 69.33
Appoſitio tẽporis in re non trãſmiſſi, bili nihil operatur 171.9
Appellare à principe fas nõ eſt, dum ipſe ſit qui prouocatur.296.41.297.25
Appellari à ſententia arbitri uolunta rij quãuis iure canonico nõ poſsit, ſupplicari tamen poteſt 241.3
Appellatio quemadmodũ gradatim ad ſuperiorem proximũ interponi debet,ita & reductio 238.25
Appellatione actionis, etiam iudicis officium uenit 286.25
Appellatione pendente,iure permit, titur & licet ſuam cõſeruare poſſeſ, ſionem 249.24
Aptitudo & natura potius,quàm ali, cuius emergentis ſeu aduentitij ca, ſus qualitas ſpectatur 62.30
Arbiter & moderator rerum ſuarum quilibet eſt 24.21
Arbiter ſuam notionẽ & poteſtatem ex tenore cõpromiſſi haurit 242.30
Arbitri laudũ quãdo habeat atq; me, reatur executionẽ tanquã ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatã. 247.15
Arbitri nihil illicitũ faciũt, cum iuxta uim cõpromiſſi pronũciant. 244.41
Arbitri ordinem iudiciarium ſequi te nentur 235.14
In arbitrio quæ cõſiſtunt, uel mera ali cuius facultate,nullo tempore præ, ſcribuntur 282.29
Arbitrorum compromiſſis pœna ap poni ſolet,ut metu pœnæ pareatur, alias non cogetur arbiter pronũcia re 235.17. 236.17. 237.2
Arbitramentum eſt quædam tranſa, ctio 235.34
Arbitratores dare uni parti, & adiun gere alteri poſſunt 235.25
Arbitria ad inſtar iudiciorum ſunt re dacta 243.32
Arbitria reduci non poſſunt,ſed ſtan dum eſt,ſiue ęque ſiue inique ſit dif finitum 237.12
Argumẽtum à uero ſimili ualidũ.96.23
Argumentũ ab inſolitis non ſumitur 340.40
Argumẽtum ab oppoſitis recte ſum, ptum,ualidiſſimum eſt 260.
Argumentum quid ſecundum Diale ctícos operetur 265.22
Ad augmentũ quę tendũt, diminutio nem operari nõ debent 254.5. 19.274.14.27

B

BEllo iniuſto alter alterum iuuare non tenetur 8.14
Benefacti loco habendum, ſi quid ra, tione pacis & quietis contra ius fa, ctum fuerit 10.39

Bene-

Beneficium à iure indultum, non est alicui auferendum 166.40
Beneficio priuatur qui concessa abutitur potestate 143.7
Beneficia principis latissime sunt interpretanda 325.41
Boni publici cõmunisq; ratio, animũ facit cessare maleuolum 10.34
Bona ecclesiastica immobilia, triẽnio usucapi possunt 180.30
Bona omnia apud eũ sunt penes quẽ est uirtus 41.21
Bona per clericos ecclesiæ intuitu acquisita, penes ecclesiã remanere debent 182.5.21.27
Bona uacantia deuoluuntur domino territorij iure superioritatis, nec repræsentãt personã defuncti. & quatenus locum habeat 332.24.30
Bonorum appellatione ueniũt mobilia & immobilia, iura & actiões. 20.1
Brocardicæ doctrinæ generaliter allegatæ, an fidem faciant 265.21

C

CAesaris cõmissio quæ in clausula iustificatoria summariè procedere iubet, an officiũ iudicis mercenarium tollat 336.17
Canonem in utroque foro seruari oportere, in eo casu quo lex & canon discrepant, si uertitur animæ periculum 239.20
Canonicorũ numerus an ex accidẽti, sine expresso consensu capituli, augeri possit 178.32
Casus clarus subtilitatẽ impertinentiũ intellectuũ admittere nõ debet. 23.35
Casus in specie uel individuo omissus, ac si expressus esset habeẽ, quem testator, si de eo cogitasset, prouidisset 344.22
Casus similis quis dicaẽ 177.4
In casibus in statuto non exceptis, debemus stare statuto, & nõ iure communi 274.5
Causa causæ, est causa causati 314.18
Causa iusta an in principe semper præsumatur 192.12
Causa iusta in facto principis semper præsumitur 242.9
Causa limitata, limitatũ parit effectũ 327.35
Causa matrimonialis æquiparaẽ causæ criminali 72.28
Causa matrimonialis grauis & ardua dicitur 65.35
Causa matrimonialis est grauis, in qua nõ sufficiunt nec recipi debent testes quiuis, sed solũ idonei, & qui sint omni exceptiõe maiores. 100.36
Causa matrimonialis plene probari debet 72.14
Causa matrimonij quare æquiparetur causis criminalibus 353.19
Causa originalis præcipue inspiciẽda, eiq; uni effectus tribuẽdus est. 141.39.
Causa prima intuẽda est 33.7 (148.38
Causa reconuentionis est præiudicialis ad causam uniuersalem 165.17
Causa secũda tantũ operatur, quantũ ei à prima influit 58.10
Causa tunc præsumitur, quando negocium tale est ex quo causa rationabilis possit argui 192.32
Causa finali cessante, cessat effectus 177.35
Causa prouisionis cessante, deficit prouisio 141.37
In causa ardua etiã ciuili, frater nõ est idoneus testis pro fratre 74.32
In causa matrimoniali an consanguinei (ut fratres & sorores) possint testificari, et tale testimoniũ in probãdo fœdere matrimonij sit idoneum 68.29.73.41
In causa matrimoniali an testimoniũ matris pro filia sit idoneum & sufficiens, siue agatur ad probandũ, siue impediendum matrimonium. 69.3. 23.79.8. 81.10
In causa matrimoniali attenditur ius canonicum 73.20
In causa matrimoniali opinio unius Doctoris authẽtici præualet cõmuni opinioni quæ est cõtra matrimonium, cum aliàs communis opinio in omnibus præferatur 71.28.33
In causa matrimoniali parentes uel sorores in testes recipiuntur, data inter coniuges paritate, imò etiã data modica disparitate 102.10.16
In causa matrimoniali parentes uel sorores ita demum recipi & admitti debent, quãdo in eis non cõcurrit

alia qualitas per quã à teſtimonio repellantur,aliàs ſecus 102.25
In cauſa matrimoniali requiruntur plenæ probationes 100.31
Cauſæ duæ uincunt unam 41.11
Cauſæ feudorũ non regulantur ſecundum cõmunes regulas iuris cõmunis,maxime quando habetur textus decidens in libris feudorum 293.15
Cauſę matrimoniales nõ ſunt tractandæ coram iudice laico,ſed corã eccleſiaſtico,tanq; cauſæ ſpirituales.74.18
In cauſis cõtrouerſis non eſt incipiendum à uia executiua,hoc eſt à prẽceptis &c. niſi ſubijciatur clauſula iuſtificatoria 336.4
Cautela in re ſuſpecta, fraudem & dolum arguit 200.3.13
Cautionis plus in rem eſt quàm in perſonam 185.24
Cenſuarij,uulgò zinſer,an appellatione ſeruorum ueniant 350.12
Certitudini nihil magis contrarium quàm uariatio 320.8
Certum teneri,incertum relinqui debet 204.25
Chryſoſtomi elegãs ſententia de amicitiæ nexu 7.4
Circũuicini & attingẽtes loci quo iure ſunt,eo iure prẽſumitur eſſe locus qui attingitur 315.18
Citandus nõ eſt, cuius præſentia actũ gerendum non prohiberet 17.32
Citatio contra ius emanata, nulla eſt 207.28
Citatio iuris naturalis eſt 195.7
Citatio ſi in forma peccat, nulla eſt, nec citatus cõparere tenẽ 144.22.32
Citatio trina uel una perẽptoria,ad interpoſitionẽ primi decreti de neceſſitate requiritur 150.42
Citationis executio,ſeu relatio nuncij facta ſuper executione,debet eſſe ita certa & clara,ut ſciatur quomodo, quãdo,ubi,& per quem talis executio facta ſit 145.16
Citationes nõ ualent in quibus nomina propria citatorũ nõ ſunt expreſſa 143.22
Citatus ad cauſam,cenſẽ quod habeat intereſſe ſtatim poſt citationẽ. 147.12
Ciuitates ſunt in poſſeſſione & proprietate uillarũ & caſtrorũ,à quibus percipiunt collectionẽ. 309.27.320.41
Clauſula,ex certa ſciẽtia,quãdo operetur 198.40
In clauſula generali nõ ueniunt ea de quibus eſt facta ſpecialis mẽtio.26.33
Clauſulæ quæ de plenitudine poteſtatis,& certa ſcientia,mandatis imperialibus inſeruntur,nullius ſunt momenti,ſi per eas ius alteri de iure naturali uel gentium quæſitum,læderetur 195.27
Clericus de bonis patrimonialibus teſtari non prohibetur:ſecus de bonis quæ intuitu eccleſiæ,uel per eccleſiã acquiſierit 181.13.30.182.32
Clericus quãdo dicatur fructus ſui beneficij ſuos facere 183.5
Clerici fidelem & debitam fructuũ eccleſiaſticorum diſpenſationem, nõ ad malum,ſed ad bonũ habent:non enim diſſipare,ſed meritò diſpenſare aliena bona debent 181.24.28
Clerici licet in uita in bonis eccleſiæ ſint uſufructuarij,in morte tamen ſunt uſuarij 181.37
Coitus damnatus nullam cognationem admittit 332.13
Comites & Duces ſunt milites 12.10
Comitum origo 12.11
Commiſſio Cęſaris quę in clauſula iuſtificatoria ſummariè procedere iubet,an officium iudicis mercenariũ tollat 336.17
Commiſſio quęlibet principis delegatum non facit 234.11
Communicare qui promittit euẽtum litis, intelligitur etiã communicare emolumentũ tranſactionis 184.28
Communio & inter priuatos & inter principes diſcordias parit 264.7
Cõparatio literarum à quibus & qualiter fieri debeat 97.3.10
Compoſitor amicabilis ſine partium uoluntate nihil poteſt 235.28
Compromiſſa inter laicos & in terris Imperij,iuramento firmari poſſunt 239.13
Compromiſſa ſunt ſtricti iuris,in quibus ſolũmodo ea ueniũt de quibus ſpecia-

ſpecialiter eſt conuentum 242.34
Compromiſſio cum fit ſimpliciter in aliquos,& non exprimit an in arbitrum uel arbitratorem, in dubio intelligitur factū ut in arbitrū 236.4
Cōpromiſſi tenor ſtrictiſſimè ſeruandus eſt 330.41
In compromiſſis arbitrorū pœna apponitur,ut metu pœnæ pareatur,aliàs non cogetur arbiter pronuncia re 235.17
Conceſſio facta laico de re eccleſiaſtica,non ualet 140.20
In conceſſione generali non debet id intelligi,quod quis non eſſet in ſpecie ueriſimiliter conceſſurus 142.24
Conceſſum per gratiam,reuocatur ad nutum concedentis 140.17
Conceſſum quicquid nō reperitur priuilegio uel cōpromiſſo, illud denegatum eſſe intelligitur 242.37
Concordiæ,pacis,& uitandarum turbationum cauſa,multa contra iuris ſeriem ſunt recepta 10.30
Conditio in omni obligatione tacite quę intelligatur 177.40
Cōditio,ſi res in eodem ſtatu maneat, omni diſpoſitioni tacite ineſt.24.40
Conditionem ſeruilem habere uel in modico,ad mortis ciuilis ueſtigia accedit 355.14
Cōfeſſio coniugū attendi debet quando agitur de matrimonio cōtracto, ſi non uenit in præiudicium alterius matrimonij 68.12
Confeſſio extraiudicialis abſente parte facta,non probat 85.21
Confeſſio in iudicio præſente parte facta,& in actis cōſcripta,atq; per hoc notoria geminataq;,inſtar iudicati operabitur,& uelut uim ſententiæ habebit 312.26
Confeſſionis geminatio momentum & pondus habet 312.24.317.9
Confeſſione partis ſub calumniæ iuramento factę,ſtandū eſt,etiamſi nulla cauſa ſit inſerta 40.12
Confeſſi in iure pro iudicatis habētur 342.16
Confraternitas eſt ius indiuiduū,quia incorporale 35.37
Confraternitas conſuetudine recepta eſt 8.16
Cōfraternitas mutua conuentione inter principes inita,Imperatore conſentiente,firma eſt 8.1
Cōfraternitas principū iuſtè coiri poteſt 7.15
Confraternitatum utilitas 7.1
Confratres an ſeſe mutuò hæredes facere pacto poſſint 8.21
Coniectura ſumit à præteritis 13.10
Cōiecturis nō eſt opus in claris.305.26
Coniunctio copulatiua,extrema æquè principaliter & pariter copulat 163.17
Inter coniunctos præſumitur eſſe liberalitas 127.14.134.32
Connexorū idem iudiciū,& unitorū eadem eſt conuenientia 338.10
Conſanguinei non dicuntur omni exceptione maiores 77.39
Conſanguinei præſumūtur ſcire facta conſanguineorum 355.5
Cōſenſus ſolus facit matrimoniū.67.6
Conſenſus ſimultaneus & mutuus nō dicitur cōcurrere, ſi non apparet de perſeuerantia primo cōſentientis, licet ſecundo cōſentiens ignoraret illum primo conſentientē nō perſeuerare in ſuo conſenſu 99.38
Cōſenſus præſtari poteſt etiam ex interuallo in matrimonio cōtrahēdo 45.36
Conſenſus ſatis dicitur in ſimul fieri, etiam ſi ſucceſſiue unus poſt alium fiat 45.40
Conſenſus cōtinuatio ubi eſt,ibi dicit eſſe ſimultaneus cōſenſus 119.26
Cōſenſu quę cōtrahunt,ijs reſpōſio ex interuallo facta nō obeſt. 112.23.119.1
Cōſiliarius principis honore præſtat 41.1
Conſuetudo ad ſimilia,nō ad ſeparata extenditur 348.32
Conſuetudo & præſcriptio in quibus differant 329.12
Cōſuetudo facit inſtrumentū authenticum,quod aliàs nō erat 280.23
Conſuetudo ipſa præſcriptione potentior eſt 311.25.329.8
Cōſuetudo ſuccedendi nedū per prin-

cipes,ſed etiam per familias nobiliũ, imperiũ,& ſic poteſtatẽ condendi leges habentiũ, introduci poteſt.11.40
Conſuetudine præſcripta ius introducitur 311.19
Contemnere & parere in quo differãt 208.17
Cõtendere uelle cum principe, furor eſt 212.23
Contractus omnis cũ principe bonæ fidei eſt 9.16
Contractus principis pro lege allegari poteſt 190.32
Contractus reſolutio & celebratio,eodem iure procedere debet 89.36
A contractu altera parte inuita recedi non poteſt 22.30
In contractibus parti abſenti ne doli quidem dat exceptio ex pacto.32.12
In cõtractibus nõ ſolum uerba, ſed etiam ſyllabę,ſi poſſibile foret,operari debent 269.32
Contradictio & oppoſitũ in adiecto, nec ius nec natura recipit 225.29
Cõtraria ſimul ſtare nõ poſſunt.156.14
Cõtraria uolẽs probare nõ audit.320.11
Cõtrarijs iuxta ſe poſitis,maiora à minoribus diſcernuntur 66.19
Contumacia ſola ſine cauſæ cognitione non ſufficit 190.3
Cõtumax uerus nec appellare,nec ſupplicare principi poteſt 190.8
De contumacia iudici liquidò conſtare debet 144.38
Cõuentiones principũ cũ ſint bonę fidei,fideliſſime ſeruari debent. 253.20
Conuerſatio domeſtica auget ſuſpicionem parentelę in unaquaq; perſona 74.9
In criminalib.frater pro fratre teſtimonium non dicit, nec illud recipitur, nec ſororis pro ſorore, nec affinis pro affini 73.12
Cum,præpoſitio inter res poſita,coniungit & annectit acceſſoriè 260.31
Copulatiuæ uirtus & natura eſt,extrema ſub eiſdem qualitatibus coniungere 338.4
Ad copulatiuæ ueritatẽ, requiritur utranq; partem eſſe ueram 40.35
Curatio plus diligẽtiæ poſtulat quàm uulnus 52.28
Curia Imperialis certos & preſcriptos habet ab Imperio Romano fines & terminos,in quibus ſua iuriſditione utitur 313.1
Curſus 40. annorũ nõ ſufficit, ubi per legem prouiſum eſt ne currat præſcriptio 293.4

D

DEbita ab hęredibus ſolui debent 355.2
Deceptio facilis parat ex affinitate,ſimilitudine,ſeu uicinitate rerũ. 227.25
Decimæ à laico poſſideri non poſſunt 172.27
Decimæ ſunt reales præſtatiões.220.6
Decimæ tributa ſunt 220.15
In decimis in aliena parrochia præſcribendis ſine titulo,exigit tantũ tempus cuius initij nõ ſit memoria.229.7
Deciſum per ſententiã diffinitiuã procerum Imperij,nomine Cęſaris,alio proceſſu refricari non licet 189.34.
Declaratio quæ in ſequentibus fit, ſatis oſtendit quid à principio actum ſit 259.10
Decretum non rite interpoſitum,nullum eſt 150.21.23
Decretum primum,de neceſſitate pręſupponit ſecundum 153.23
Decretum primum cum nullũ ſit,& pro infecto habeatur, etiam ſecundum decretum nullum erit 153.29
Decreta ſuper falſa cauſa & manifeſto errore fundata,nulla ſunt 154.23
Defenſio ratiõe poſſeſſionis corã paribus curiæ reo eſt permittẽda,& ſuffi cit quod bona fide reus poſſederit, ſiue ex iuſta ſiue ex iniuſta cauſa.166 23.27
Delegatio cõſenſu partium fit 212.5
Delegationis poteſtas non præſumitur,niſi probetur 234.18
Delegatum eſſe,eſt officium 234.23
Demonſtratio poſita in fine,utrũ debeat ſemper referri ad omnia poſita in eadem oratione 275.23
In dependentibus ab animo creditur aſſerenti 310.16
Deſcriptio inuentarij quare fieri debeat 341.42

Deter-

Determinatio debet æqualiter determinare, nisi ratio & natura negocij paritatem non admittant. 26.7.28.24 338.35
Determinatio æqualiter determinare debet sua determinabilia 163.25
Determinatio una adiecta rebus uarię conditionis, determinat unumquodq; secūdum suam naturā. 28.13
Dicere non sufficit, nisi probes 47.42
Dictio semel posita, proprie & improprie intelligi potest 28.20
Dictum testis ambiguum contra producentem interpretatur 83.42
Dicto bonorum uirorū standū. 60.24
Dignitas prælati etiam post cessionē durat 176.4
Directò constare de actu, uel per media quæ ad hoc tendunt, paria sunt 45.26
Dispositio non solum ea quæ directò cōtinentur probat, sed etiam ea quæ ex necessaria consequentia colligun tur 47.10
Dispositio deficit & cessat, quando respectu alicuius qualitatis, uel sub nomine appellatiuo disponit, illa qualitate uel illo nomine appellatiuo desinente 177.25
Dispositio legis, statuti et testatoris, paribus passibus ambulant 345.5
Dispositio quæ cōmodum sentit, etiam onus agnoscere debet 266.19
Dispositio semper in casu necessario prouidere solet 269.31
Dispositio testatoris ex adiūcta generalitate ad quæ extendatur 343.12
Dispositionis natura dat uerbis intellectum 142.27
Dispositione facta de altero ex duobus, taxatiua intelligitur, ut alterum excludatur 15.29
Diuitijs non tantum tribuitur, quantū nobilitati & honoribus 41.17
Doctor aut consiliarius principis honore prędant 41.1
Doctoris authentici unius opinio in causa matrimoniali prævalet cōmuni opinioni quę est cōtra matrimonium, cum aliàs cōmunis opinio in omnibus præferatur 71.28.33
Doctores ubi inter se discrepant, puta cum nonnulli uelint cōsensum qui per interuallum temporis, fit nō nocere, quin matrimonium contrahatur, alijs uero cōtrà nitentibus, quid sentiendum 114.13. 116.37. 117.22. 119.17
Dolose amittens instrumenta uel literas alterius, subtrahenti & corrumpenti ęquiparatur, causamq; iniquā fouere deprehenditur 52.41
Dolus et fraus nemini patrocinari debent 53.11
Dolus non præsumitur nisi probetur 49.16
Dominiū à territorio separatur. 321.24
Dominium cum onere nō alienandi, an apud aliquem esse possit 341.3
Dominium non nisi intellectu colligi tur 352.32
Dominiū quid sit, & quomodo probari possit 309.19
Dominiū qui probat, nudo possessori longe prędferri debet 229.19
Sub dominij autoritate nemo decipiendus est 169.4
Dominus cum per famulū aliquid facit, perinde est ac si dominus fecisset 50.40
Dominus rem suam propriam factā prędscribere non potest 321.4
Dominus territorij qui bona uacātia confiscauit, an creditoribus defuncti respondere teneatur 333.10
Dominus uerus si id quod suum est cū alio communicare cogeretur, absurdum esset 264.14
Dominus ut priuet dominio, & actionem personalem habeat per quam sibi conseruetur dominiū, duo hæc simul stare non possunt 292.9
Donatio pertinet ad nobilitatē 55.23
Donatio à principibus facta, filio existente in potestate, ualebit ac si facta esset ab Imperatore 297.31.299.9
Donatio quā facit plebeius ditissimus mulieri nobili, sed pauperi, nō censetur donatio, sed remuneratio nobilitatis 41.25
Donationes principum absq; insinuatione ualent 29.12

Dubitans de ſuis iuribus, nō præſcribit 322.40
Dubitatio nulla eſt, ubi caſus legis 183.1
In dubio actum, ratione officij fieri intelligitur 177.31
In dubio ad pares curiæ cognitio pertinet 166.9. 167.38
In dubio ea debet fieri interpretatio, per quam dolus excluditur 49.13
In dubio ea ſumenda eſt præſumptio quæ uitio caret 24.31
In dubio quilibet honeſte ſe gerere & uerſari præſumitur 43.6
In dubio quilibet preſumit proprio magis nomine quàm alieno aliquid facere 135.29
In dubio meliora præſumuntur. 43.9
In dubio pro matrimonio eſt iudicandum 71.12
In dubio pro libertate ſentētia ferēda eſt 357.33
In dubio præſumitur aliquis in eadē uoluntate permanere 116.16
In dubio pro teſtamēto iudicat. 348.16
In dubio ſemper præſumitur hominē eſſe bonę & laudatę opinionis. 49.9
Duces & Comites milites ſunt 12.10
Duo eiuſdem rei in uniuerſum domini eſſe non poſſunt 317.32
Duo hæc ſimul ſtare non poſſunt, ut dominus priuet dominio, & actionem perſonalem habeat per quā ſibi conſeruetur dominium 292.9
Duo in ſolidum unius rei nec poſſeſſores, nec domini eſſe poſſunt. 224.39
Duo in ſolidum uno & eodem tempore unoq; reſpectu poſſidere nō poſſunt 149.18
Duo quando parificantur, quod per unum excluditur, excluditur etiam per aliud 34.37
Duo quando ſimul copulata & æqui parata ſunt, eo caſu quod in uno ſtatutum eſt, & in alio ſtatutū eſſe cenſetur • 238.25

E

Ecclesia domina ſuarum rerū eſſe dicitur 185.41
Eccleſia de iure clericis ſuccedit. 182.16
Eccleſiæ baptiſmales plures in una terminatione, id eſt, in eiſdem limitibus eſſe non poſſunt 225.1
Electio unius, inducit repulſionem aliorum 26.26
Eminentiam uirtutum, nemo niſi probus conſequitur 41.20
Emptio cum ſit cōtractus bonæ fidei, extendi debet ad omnes ſucceſſores 168.42
Epiſcopus procurator tantum & adminiſtrator ſeu tutor eccleſiarū eſt, qui eccleſiæ conditionem meliorē, non deteriorē facere poteſt 140.10
Epiſcopus etiam renunciando manet ſponſus eccleſiæ: ſecus in ijs qui ſunt inferiores epiſcopo 179.2
Errans non confitetur 205.15
Error non conſtat, niſi probetur, quia error non præſumitur 315.42
Eſſe hoc non probat, quod contingit ab eo abeſſe 203.5
Euenire quod poteſt non debet inſpici, ubi ſtatus præſens ad hoc nō tendit 347.8
Euentus poſterior formaſ ex primordio tituli 322.17
Euidentia facti, omni alij probationi præfertur 52.3
Exceptio in quibuſdam, uidetur regulam in quibuſdam infirmare. 274.6
Exceptio præſcriptionis dicitur præſidium iniquiſſimum, ideo, ne quis cū iactura aliena locupletet. 285.36.290.2
Exceptio qua ex generali diſpoſitione iura alteri quæſita ſeparantur, ita eſt iure fundata, ut ſuppleri regulariter in diſpoſitionibus debeat. 357.32
Exceſſus modicus in iure non curatur 40.33.42.16
Executio per ſtatutum quamuis ſit expreſſe appoſita compromiſſo, ſi tamen dolus arbitri intercedat, eo caſu ſtatutum nihil operatur 247.38
Exemplum, niſi archetypus literarū producatur, non probat 29.39
Exempla non reſtringunt regulam 102.41.121.6
Excluſio quo ad quædam, incluſio eſt quo ad alia 253.36.254.17
Expreſſio eorum quæ tacite inſunt, nihil operatur 243.35

Expreſſum dicitur quod ſub generalitate uerborũ continetur 343.28
Expreſſum facit ceſſare tacitum. 267.6
Expreſſa ea ſatis dicuntur, quæ ex uerbis poſſunt colligi 263.4
Pro expreſsis quæ habeantur in ſtatutis, ultimis uoluntatibus & contractibus 177.7.179.25.180.1.
Extenſio fit in exorbitãtibus ex identitate rationis 45.22
Extenſio non datur in præſcriptione inter ſpecies ſeparatas 325.35
Extraneus ſi à paribus citatur, impune abeſſe poteſt 167.20

F

FActio cõſpirata potẽtũ, oppreſſuram & uiolentiam ſæpe minatur 6.2 qui hoc nomine intelligant. 8.5
Facti qualitas eſtimatur à qualitate animi 58.16
In facto principis ſemper iuſta cauſa præſumitur 242.9
Facultas cui data eſt reuidendi ſtatuta, is ſi aliqua cõfirmarit, reliqua certe infirmaſſe intelligitur 253.39
Facultates inquirere quid ſit 345.13
Fama cõmunisq; opinio in antiquis rebus plenam fidem facit 313.20
Fama multum ualet, ſi contrariũ non ſit auditum 219.20
Fama quæ fulcitur probabilibus coniecturis, & ex probabilibus ortũ habet, & quam uehemens opinio coadiuuat, plenè probare dicitur. 131.17
Fama uulgi num ſufficiat ad probationem 219.23
Fama ut probetur, requiritur ut teſtes dicãt ita audiuiſſe à maiore parte hominum ciuitatis, uel loci, ubi fama exigitur 86.20
Famæ probatio requirit, ut teſtes deponant ſe à fide dignis audiſſe. 85.38
Familiarum dignitas ſine diuitijs ſalua eſſe non poteſt 16.17
Familiarum ordinem & dignitatem conſeruari reipub. intereſt 16.16
Famuli teſtimoniũ, ſi tempore teſtificationis nõ ſit amplius famulus, an ſit idoneum 83.15
Fatuus eſt qui iudicium ſuum impugnat 51.24
Feudum cauſat titulum utilis dominij 140.2
Feudum decimarũ ad eccleſiam reuerſum, amplius inſeudari laico nõ poteſt 173.5
Feudum emptitium an in uim cõtractus ad fœminas produci poſsit 168.31.169.12.34
Feudum quibus cauſis acquiratur. 167.33
Feudi alienatione facta, feudũ reuertitur ad dominũ, nulla obſtante præſcriptione motus 284.21
Feuda non ueniunt iure hæreditario, ſed domini beneficio 169.42
Feuda omnia regulariter maſculina ſunt, niſi expreſſe probentur fœmina 19.16
Feuda regulariter ſunt perpetua, quãdiu durat agnatio 169.14
Fides bona à bono uiro cauſatur 50.37
Fides bona quando recte ſeruet. 170.32
Fides mala defuncti cõcomitatur hæredem uniuerſalem, ita ut ubi nõ potuit præſcribere, ſic nec ſucceſſor uniuerſalis 300.37.301.34
Fides ubi deficit, omnia ea inficiuntur quæ ex fide effectum ſumunt 53.19
Fidem contractus etiam Cæſar ſeruare debet 190.24
Fines deſignati an cenſeantur ut agri limitati, ita quod fluminis affluxu non mutentur 245.12
Fieri uitioſe, & nihil fieri, paria ſunt 144.34
Fiſcus non ſuccedit iure hæreditario, nec eſt hæres nominandus 332.26
Fiſci ratio non debet haberi propter auaritiam 328.30
Fœderatus fœderati iniuriam propulſare tenetur quantum poteſt 6.34
Fœdus nihil aliud quàm pia & æterna pax 6.26
Fœdera ciuitates uelut communes faciunt 6.27
In fœderibus, maxime inter principes, æqualitas & paritas ſeruari debet 262.2
Fœmina eſt caput & finis ſuæ familiæ 169.40
Fœmina nupta, familiæ nomen amittit, & uiri familiam ſequitur 16.21

Fœminæ à ſucceſsionib. excludi poſſunt, dum dotibus prouideant. 16.11
Forma diligenter ſeruanda eſt, & à ſerie literarū nō recedendum 144.12
Forma mutata, perimitur ſubſtantia rei 144.18
A forma uerborū ſine certa ſententia non eſt recedendum 294.27
Formæ ceſsionū uariæ ſunt 202.15
Funiculus triplex difficile rumpitur 41.15
Frater nō eſt idoneus pro fratre in cauſa ardua, etiam ciuili 74.32
Fratres adoptione fieri nō poſsūt. 5.39
Fraude non caret qui alienas res prorſus inuito domino uſurpat 269.16
Fructuum participatio uel cōmunicatio nihil infert ad cōmunicationem proprietatis 128.14
Fundi pars ab aliquo empta, ad ſe totum fundum trahit 263.42
Furor eſt cum principe uelle contendere 212.23

G

GLoſſæ autoritas omnes alias antecellit 90.17
A gl. & cōmuni opinione quando recedendum 295.28
Geminatio firmitatem arguit 317.11
Generale ad plura extenditur 202.12
Generalitas diſpoſitionis per rationē ſubiectam reſtringitur 142.20
Generalitas quæ nō niſi in una ſpecie uerificari poteſt, ad eandem ſpeciē contrahitur 22.20
Genitiuus regulariter dominium importat 223.41.260.6
Genus ad ſpeciem determinatam reſtrictū, cæteras ſpecies excludit. 15.25
Genus compendio ſermonis ſpecies colligit 35.32
Generi per ſpeciē derogatur 15.28
Per gratiam quod conceditur, reuocatur ad nutum concedentis 140.17

H

HActenus, dictio, indubitanter in ſe comprehendit tempus quadraginta annorū & ultra 291.3
Hæreditas inter milites pacto dari poteſt, etiamſi ad belli diſcrimen non pergant 12.8
Hæreditas pacto dari non poteſt, ſed teſtamento 8.25
Hæreditas quare filiabus ueteris teſtamenti, maſculis deficientibus, à domino ſit indulta 18.32
Hæres licet agens aliquid ignoranter cōtra promiſsionē defuncti, incidat in pœnā cōuentionalem, tamē reſtituitur ex clauſula generali 302.35
Hæredis nomē ad maſculos reſtrictū, fœminas non comprehendit 15.26
Hæredes uaſalli utrum poſsint prēſcribere ipſum feudū ſeu libertatem, & ipſius feudi dominiū directū, non recognoſcēdo dominum longiſsimo ſpatio 281.28
Hæredes non decet ut duplici damno afficiantur 169.5
Hæredum appellatione in rebus feudalibus, ueniunt tantūmodo maſculi, non fœminæ 27.6
Hæredum appellatione, ſi quis inteſtatus deceſſerit, intelligūtur proximiores ab inteſtato 25.4
Hæredum feudalium nomine maſculi intelliguntur 15.23
Hiſtoriæ non reprobatæ in antiquis factis, fidem faciunt 308.41
Homo in dubio ſemper præſumitur eſſe bonę & laudatę opinionis. 49.9
Homini cuilibet eſt licitū ſua iura tueri 207.5
Homines eccleſiæ quiddam cōmune cum ſeruis, quiddam uero cōmune cum liberis habent 350.22
Honeſtas perſonæ in dubio præſumitur 45.1
Honeſtas perſonæ multum operatur ad excludendam præſumptionem calumniæ & doli 49.3
In hoſtes confœderatæ ciuitatis animaduerti poteſt 6.30

I

IAm, pro natura adiuncti ad futurum reſpicit 204.5
Idem à ſeipſo impoſsibile eſt diuidi 225.25
De impedimento an præſtandum ſit 209.25
Imperfecta duo cōiungi nō poſsūt, ut fiat plena probatio. 55.1.60.10.106.34

Impe-

Imperator conceſſa iuriſditione, utrũ intelligatur conceſsiſſe merũ & mixtum imperium 325.37
Imperator in ſpiritualibus non poteſt aliter diſponere quàm eccleſia.239.16
Imperator omnia iura in ſcrinio pectoris habere cenſetur 242.8
Imperatoris ſententia cum cauſæ cognitione lata,facit ius,licet non ſit inſerta corpori iuris 241.29
Imperatori Romano narrãti fides adhibetur 316.10
Imperatori quando nõ credatur.316.22
Imperatori an pars aliqua ex priuatis prædijs debeatur 328.34
Impertinẽtia nõ ſunt admittẽda. 39.24
Impugnans aliquid,ex eo ſe iuuare nõ poteſt 31.39
Impugnare quis hoc nõ poteſt quod approbauit 40.27
Incluſio unius, eſt alterius excluſio 291.9
In cõtinenti fieri quid dicatur, uel per interuallum factum eſſe 117.35.40
In continenti nõ cenſetur quis uelle facere actus contrarios; ſecus ex interuallo 118.36.18
In incorporalibus per unicam ſolutionem fructuum non acquiritur poſſeſsio 149.21.39
Indicium uirtutis manifeſtum eſt in legibus permanere, quod nihil ſit eis iuſtius 62.42
Indicium unumquodq; uel adminiculum faciens ad matrimoniũ, ad hoc ut illius ratio poſſit haberi,debet probari per duos teſtes legitimè. 92.39
In indiuiduis præſcribi in partẽ nõ poteſt,niſi in totum præſcribatur.357.8
Inducíæ non poſſunt eſſe niſi temporales 256.19
Inepte qui agit, ſeſe profligat & ſubuertit 35.21
Pro infecto habetur, quod contra legis prohibitionem fit 185.11
Inferior ſi prę ſcribat legẽ ſuperiori,abſurdum eſt in quacunq; diſpoſitione 234.37
Infirmitas rationis eſt,quærere rationẽ in his quę ad ſenſum probant.344.15
Ingeniũ dum intenderis,ualet 53.32
Inimicus eſt non omnis qui uerberat 63.10
Iniquitas ſi notoriè ex actis conſtat,iudex ex officio ſupplere debet 222.9
Iniuſtitia quę arma habet ſæua eſt.36.8
Innocens nemo puniendus eſt 207.8
Inquirens nõ dicitur negligere 294.5
Inſtrumentum confectum ab Imperatore,facit plenam fidem in his in quibus poterat diſponere 316.39
Inſtrumentũ ſentẽtiæ de proceſſu narrans,an fidem faciat 151.29
Ex inſtrumenti alterius fraudulenta ſubtractione, reus cauſa cadere debet 53.12
Pro inſtrumẽto ſententiæ iudicis præſumitur 151.17
Inſtrumenta antiqua quæ de confinibus mentionem faciũt, ſi plura ſint, probant, etiamſi ab Imperatore nõ emanaſſent, ſed à priuato 317.18
Ad interpoſitionem decreti ſecundi, uel maxime citari debent quorum intereſt 153.42
Interpretatio fit contra eum qui ſe ex conuentione fundat 261.19
Interpretatio ea ſumi debet, quæ à ſapientibus nõ reprehenditur 268.7
Interpretatio ea præfertur, quæ apud ſapientes reprehenſione caret 51.37
Interpretatio in dubio ea debet fieri, per quam dolus excluditur 49.13
Interpretatio ita ſumẽda eſt, ut res ad ſua initia redeat 171.13
Interiora per exteriora præſumuntur 52.18
Inuẽtaria quare introducta ſint.342.37
Inuẽtarij deſcriptio quare fieri debeat 341.42
Inueſtituræ tenori an ſtandũ ſit. 169.31
Per inueſtituram poſſeſsio non acquiritur 161.3
Iudicandum eſt ſecundũ principis cõſtitutiones, nec de eis diſceptandum 17.10
Iudex adiudicatione facit de meo tuũ, & econtra 245.25
Iudex ex animi ſui ſententia æſtimare debet,quid aut credat,aut parũ ſibi probatum uideatur 60.36
Iudex fraudi obſiſtere debet 239.33

Iudex non debet ei fidem dare, quod non est uero simile 96.18
Iudex quēadmodū secundū allegata et probata coram eo iudicare, & se ex ipsis informare debet, ita & arbitri, cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum 235.39
Iudex quilibet principis sentētiam sequi tenetur 242.2
Iudicis actus non debet esse frustratorius 159.1
Iudicis in mera facultate an stet, testem censere legitimum 351.31
Iudicis nihil magis propriū est quàm ueritatem inquirere 94.7
Iudici acta narranti non creditur sine testibus subscriptis 152.19
Iudici de cōtumacia liquidò constare debet 144.38
Iudicē in consilio habere oportet legē, religionē, fidem & æquitatem 62.39
Iurans semel, an eodem iuramēto durante, rursus ad iuramentum cogendus sit 178.5
Iuramentum de iure ciuili an in compromisso teneat 239.8
Iuramentū est de foro ecclesiæ 239.15
Iuramentū in causa matrimoniali in supplementū probationis nō defertur 66.3
Iuramentum non nisi expressa cōplectitur 178.21
Iuramentū præcisè seruandū est, quod sine interitu salutis æternę seruari potest 237.29.238.21.239.22
Iuramentū secūdum naturam cōuentionis obligat, & ad non cogitata nō extenditur 179.23.180.5
Iuramento standum ubi quæstio est de animo 51.6
Iurisditio pariū curiæ cum ad eas tantummodo causas limitetur quæ inter dominum & uasallos occasione feudorum in controuersiā incidunt, nō potest extraneos cōplecti. 167.12
Iurisditionē ordinariā an aliquis habere censeat̄ per nominationē principalis & cōmissarij in cōpromisso 235.1
Ad iurisditionem præscribendam requiritur bona fides 322.29
Ius ad rem, nō facit possessionem. 161.5
Ius agnationis legari non potest. 5.38
Ius caduci non nisi post mortem exigi potest 355.14
Ius hæreditarium non potest ullo pacto ei reseruari cui prius non competierat 30.29
Ius poli æquitatem naturalem significat 18.24
Ius quæsitū alteri per principem, proprio motu tolli non potest 193.30
Ius singulare & exorbitans, in consequentiam non trahitur 102.34
Ius uenandi inter seruitutes prædiales censeri potest 136.14
Ad ius suū quisq; admittēdus est. 159.6
Iuris diuini leges triplicem differentiā habent 18.27
Ius publicum, & usus publicus, in quo differant 245.36
Iure datoris resoluto, resoluitur ius receptoris 171.29
Iure permittente quod fit, pœnam nō meretur 207.41
Ad iura extincta nō dat̄ reditus 30.26
Iura incorporalia causam discontinuā habentia, præscribi nō possunt, nisi tanto tempore cuius initij nō extet memoria 125.28
Iura incorporalia non sufficit uti aliquo iure cœpisse, nisi sciente & patiente aduersario 127.1
Iura omnia Imperator in scrinio pectoris habere censetur 242.8
Iura sanguinis pacto non inducuntur 5.36.7.37
Iuribus suis qui cedit, is renūciare censetur 200.41.201.16

L

LAicus in rebus & bonis ecclesiasticis titulum habere dominij nō potest 140.4
Læsio enormissima inducit dolum re ipsa 241.16
Laudū arbitri quādo habeat atq; mereat̄ executionē tanq; sententia quæ transiuit in rem iudicatam 247.15
Laudum quod contra tenorem compromissi pronunciat̄, nullū est. 243.12
Contra legata ad pias causas, tantummodo spatio quadraginta annorū præscribitur 291.19

L. deprecatio. ad l. Rhod. de iactu. quę dicit Cæsarem dominū mundi esse, quomodo intelligenda 310.23
Lex extendi potest à paritate rationis etiam ad casum ubi non militat tam efficax ratio 289.14
Lex municipij tantū potest inter subditos, quantū ius scriptū in orbe. 14.41
Lex quantumcūq; correctoria, debet extendi, & non restringi 289.34
Lex ubi alienationem prohibet alicu ius rei, etiam intelligitur prohibita eiusdem præscriptio 288.17
Lex ubi nō distinguit, nec nos distinguere debemus 283.35
Contra legem quæ fiūt, pro nullis habentur 153.13
Lege quæ fieri prohibent, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habentur 185.11.290.24
Leges iuris diuini tripliciter differunt 18.27
Libellans impropriare uerba, ut libellus ualeat, potest 156.19
Libellus ineptus & sibijpsi cōtrarius quemadmodum non procedit, ita etiam sententia ex inepto & contrario libello data nulla est 155.28
Libellus penes cōclusionē attendit, ut aptus uel ineptus iudicari possit. 331.4
Liberalitas præsumitur esse inter coniunctos 127.14
Liber esse præsumitur is, qui sine dolo malo in libertate diu est moratus. 355
Liberū esse quid sit 355.30 (31
Libertas supremi iudicij cōstringi nō debet 8.32
Libertas latina quare sublata sit. 352.2
Limitatio legum diuersarum, pacta respicientium 9.6
Limites cōmuni reputatiōe uicinorū circuncolentiū probari possunt. 313.11
Literā acceptās simpliciter, nec prote stans aliquid in contrariū, fateri & in contractū assentiri uidetur 57.14
Literarum cōparatio à quibus & qua liter fieri debeat 97.3.10
Literas propria alicuius manu esse scriptas, quomodo probandū. 87.3
Locus à coniugatis, argumenti necessarij locus est, cui per doctrinas dialecticas non contradicitur 356.24

M

MAiori, & in primis Cæsari obediendum est 206.26
Mala futura præcauere debemus, nō iuuare 168.22
Malæ fidei possessor est, qui contra leges mercatur 126.25
Mandatū principis parte absente nō citata emanans, ius absentis non lædit 195.16
Mandata quæ contra ueritatē, inepte & sine ratione aliqua sunt obrepta, nullius sunt uel roboris uel efficacię 198.34
Mandatorum obreptio assidua est in curijs principum 197.40
Maritus in dote, quo ad exercitiū, pro domino habetur 337.35
Sub masculi uocabulo, fœmina nunquam continetur 170.21
Materia ubi de sua natura difficilis est probationis, lex cōtenta est ea probatione quæ fieri potest 281.15
Materia ubi non est, adesse nō potest materiatum 35.8
Mater etiā data disparitate inter partes, pro filia testificari potest 42.30
Mater et sorores in causa matrimoniali pro filia & sorore testimonium ferre possunt 39.38
Matris & sororis testimoniū, si cadant suspiciones & affectiones, reijcitur in causa matrimoniali 103.8
In matre uidua an malus animus erga liberos præsumatur 347.35
Matrimonialis causa grauis & ardua dicitur 65.35
Matrimonium causæ criminali non assimilatur 54.37
Matrimonium est contractus bonæ fidei 50.35
Matrimoniū contractū præsumit̄ per dationē anuli, seu subarrationē. 69.33
Matrimoniū est sacramentum. 92.21
Matrimoniū species seruitutis. 72.20
Matrimonium per literas & nūcium cōtrahi potest inter absentes. 66.36
Matrimoniū per literas cōtrahere uolens, erit perfectū statim atq; recipiēs declarauerit cōsensum suum, siue illi

qui misit literas, siue alij 68.7
Matrimoniũ per literas & epistolam contrahi potest 95.9.111.32
Matrimoniũ per uerba mutuũ & constantẽ consensum de præsenti expri mẽtia contrahit̃, siue simus in cõcludendo matrimonio per se, & coràm inter prẽsentes, siue in illo quod contrahitur per procuratorem uel per epistolam 111.41.113.20.115.32
Matrimonij tãtus est fauor, ut si inter opiniones Doctorũ unus sit uir excellentis doctrinæ qui pro matrimonio consulat, eius opinio in dubio prẽferenda est omnibus alijs Doct. cõtra matrimoniũ cõsulentib. 61.30
Ad matrimonium probandum requiritur ut testes sint rogati, aliter non probant 89.29
In matrimonio nemo decipiendus est 24.16
In matrimonio contrahendo requirit̃ consensus cõtinuus & simultaneus 98.33
Mediatoris testimoniũ ut suspectũ reijcitur, nisi ex cõsensu utriusq; partis producatur. Idem est in solicitatore, procuratore & similib. 81.23.82.9.12
Meliora in dubio præsumuntur. 43.9
Memoria humana labilis est 80.26
Memoria retinetur eius rei ad quam sæpe respicimus 53.34
Mens cõtrahentiũ cum pateat, de uerbis et de nomine nõ est curandũ. 11.27
Mens statuti attendenda 16.5
Ex mente statuentis inducitur legum correctio, ne noua dispositio fiat ludibrio 295.2
Metus præsens, uel in statum timoris incidere, paria sunt 210.30
Minera est de regalibus 309.37
Minera quid sit 309.35
Minor uigintiquinq; annis licet non admittatur in testem in causa criminali, tamen in defectum probationis licet iudici recipere 75.32
Missio non est facienda contra absentem, nisi prius nũcietur ad domum, uel nullo habitante, libellus ipsis domibus applicetur 145.39
Molestare, possessoriũ denotat. 229.34.
Momẽti alicuius quę sunt, quæq; ponderis habent, nisi exprimantur, præterita esse præsumuntur 268.17
Monetę usum distinguũt & discernũt mores & conditio regionis 314.42
Monetæ usus nõ potest reprobari, nisi per superiorem 315.3
Mortis causa capere quis dicat̃. 184.31
Mulier si per interuallum cõsentiat in uirũ qui prior cõsensit in eam, matrimoniũ est inter eos contractũ. 112.41
Mulieris testimonium de iure canonico est nullum 73.29
Mulieres nõ libenter expendũt. 56.22
Mulieres olim lege Voconia à successione prohibitæ 16.31
Multa facienda sunt nõ iubente lege, sed libera charitate 31.22
Multiplex quod est, eius ueritas cognosci non potest 202.19
In munerib. cõsiderari debẽt personæ dantis & accipiẽtis & quantitas. 55.25
Municipij lex tantũ potest inter subditos, quantũ ius scriptũ in orbe. 14.41
Mutatum quod non est, cur stare non permittitur 339.20

N

NAtura dispositionis dat uerbis intellectum 142.27
Natura et qualitas rerũ ecclesiasticarũ est, ut ad eccles.iã reuertantur 180.34
Naturalia infirmari nõ possunt. 194.21
Natus ex illegitimo toro, si sine liberis legitimis decedat, qui succedant. 332.6
Negatio non semper facit rem dubiã 172.10
Nemo eligit uiam per quam iudiciũ suum subuertitur 344.8
Nemo innocens puniẽdus est 207.8
Nemo ita est ab humanitate alienus, qui, si modo peccare se intelligat, sibijpsi non displiceat 62.14
Nemo sub autoritate dominij decipiendus est 169.4
Nemo præsumitur actum facere uelle per quem sua iudicia subuertantur 23.13.30.11
Nemo quod suum est iactare præsumitur. 202.33
Nemo uno momẽto in debitum et simul in morã incidere potest. 207.27

Nemini res sua seruit 337.38
Nobilitati cognata est potentia 41.2
Nocẽs nemo,uel seipso iudice, absoluitur 62.13
Nomen bonũ præfertur diuitijs. 41.22
Nominatio sola operatur 70.7
Nominatio uxoris,an faciat prẽsumptionem contracti matrimonij.69. 42.70.4
Non entis nullas esse qualitates &c. axioma perplexũ est,& sæpe contrarium inuenitur 21.33
Notabiliter quæ fiunt, specialiter notanda sunt 53.35
Notitia ex actus frequentia præsumitur 133.23
Notorium quid dicatur 219.32
Nouales agri qui sint 221.1.226.36
Nouatio hodie non fit, nisi exprimatur 211.13
Nouationis cõuentio non nisi amborum partium consensu fit 211.26
Nulla,& nullius temporis, dictiones cum uniuersales de sui natura sint, totũ excludunt 286.13.288.30.290.30
Nullitas quæ prouenit ex defectu testatis arbitrorũ, nunquã uidetur excludi lege,statuto uel alia dispositione 246.23
Numus unde dictus 315.8

O

OBligatio naturalis si geminata sit,efficacẽ parit actionẽ 317.8
Obreptio à principe non est insolita 198.13
Obreptio mandatorum assidua in curijs principum 197.40
In obscuris quod uerisimilius est, aut quod plerũq; fit, inspicit 204.30
Odiosa si sunt quę à iure cõmuni,uel à iustitia exorbitãt,quãto magis odiosa censeri debent quę à præcepto diuino uidemus recedere 191.33
Officium cui interdicitur,non desinit esse sacerdos 176.1
Omne qui dicit,nihil excludit. 255.18. 276.10
Onus commodo annectitur 141.34
Onere duplici aliquis prægrauari nõ debet 162.7
Opinio ea sequenda est,quæ nititur meliori & subtiliori ratione 295.35
Opinio cõmunis & fama an semper plenam fidem faciant 317.17
Opinio non consona ueritati,reijcienda est 96.16
Oppositа iuxta se posita, magis elucescunt 66.18
Oppositorum unum considerans,habet & reliquũ considerare 66.21
Ordo scripturæ utrũ attendẽdus sit,an uero tota series ad rationẽ & naturã materiæ subiectę redigenda. 258.5.19
Origo inspicienda est,quia à primordio tituli posterior formatur euentus 176.25.179.6
Originẽ status quæ ex morbida radice sumũt,irrita et inualida sunt.208.3

P

PAcis,cõcordię,& uitandarum turbationum causa,multa cõtra iuris seriem sunt recepta 10.30
Pacti appellatione statutũ uenit. 11.14.
Pacto iura sanguinis non inducuntur 5.36.& 7.37
Pacta ad tertiã personam nõ paciscentem,non extenduntur 25.7
Pacta cõtra bonos mores,ne iuramẽto quidẽ ualidari possunt 8.35.13.30
in quibus personis uerificent 13.27
Pacta cũ statutis sunt cõuertibilia.11.19
Pacta successionum uotum captandę mortis inducunt 8.30
Pactis dotalibus nemo decipiendus 24.16
Parentes creduntur thesaurire filijs æqualiter 26.16
Parentes pro liberis,item sorores pro fratribus,regulariter testificari non possunt 102.5
Pares curię cõpetentes sunt iudices super causis quæ occasione feudi inter dominum & uasallum oriuntur 165.26.36. 167.24
Paritas in personis dari dicitur, etiam si sint excedentia & excessa 42.25
Pars altera per alterã determinari debet 262.6
Pars ea eligenda est,secundũ quã pars minus prędiudicij sentire habeat.71.24
Pars ex eo quod postea facit, talẽ animũ ab initio habuisse prẽsumit. 52.5

Pars ſi ineuitabili neceſsitate abſens ſit an eo caſu teſtiũ receptio ualeat.354.9
Pars ſi iuraſſet ſeruare futurum præceptum iudicis,& iudex modum excedat,appellari poteſt 248.16
Pars trahit ad ſe totũ in homogenijs, id eſt,in his in quib. eadem ratio,natura & conditio eſt 263.20
Pars una nõ debet ita foueri,ut altera denudetur 262.37
Partis maioris ratione bonorũ in loco certo exiſtentium,in cętera bona præſumptio in dubio inſurgit.315.30
Partis ratiõe de toto iudicamus. 315.25
Partem in fructu qui habet,etiam partem in fundo habere cenſetur. 220.6
Partes toto inſunt 218.33.230.34
Patientia cum taciturnitate cõſenſum important 57.9
Patientia ſequens cogitatam inducit repetitionem actus præambuli.58.7
Pauper teſtis,ſed fidelis,non eſt reijciendis in his in quibus requiritur idoneitas circa fidem 47.38
Pauperis teſtimonium regulariter nõ eſt idoneum 82.23
Paupertas ſola nõ facit hominem improbum 47.35
Peculium profectitium quid ſecundũ Canoniſtas 182.12
Penſio quæ beneficio eccleſiaſtico datur,eccleſiaſtica dicitur 176.36
Perditur aliquando quod non habebatur 21.35
Perfectũ & plenum id dicitur cui nihil deeſt 337.18
Perfectius præfertur,& magis dignũ trahit ad ſe minus dignũ,cauſaq; potentior inſpicitur 41.42.42.3
Periculum maius ubi fuerit,cautius agendum 66.8.228.12
Permiſſum cenſetur,quod nõ eſt prohibitum 24.22
Perpetui,uerbũ, quanq; in iure uariè accipiatur,tamẽ in caſu ubi cum laicis eſt facta cõuentio, laicali modo intelligendum eſt 169.19
Perſeuerãtia eiuſdem uoluntatis non prẽſumit̃,niſi in cõtinẽti fiat.117.13.26
Perſonæ illuſtres citari poſſunt. 143.37
Perſonæ mediatricis teſtimonium nõ recipitur,niſi concurrat utriuſq; partis conſenſus 101.13
Pertinentiarũ appellatio latiſſima eſt φραπχία 6.5 (20.3
Plenitudine poteſtatis utẽs princeps, nõ opus eſt uocari tertiũ,imò etiam ſine cauſa ius tertij non uocati auferre tunc poteſt 17.34
Pluralitas non præſumitur in re quæ una & eadem eſſe poteſt 48.35
Plures cum delegantur,eorũ par & uniformis eſt iuriſditio 234.30
Pœna in permiſsis non eſt recepta 207.10
Poſitionẽ qui cõfitet̃,& poſtea negat, à limine iudiciorũ eſt arcẽdus. 40.26
Poſſeſsio abſentis lędi nõ debet.150.10
Poſſeſſio uacans,& pluribus de poſſeſſorio adipiſcẽdę agẽtibus,ei adiu dicanda erit qui melius & potẽtius ius allegat & probat 305.28
Poſſeſsio in incorporalibus per unicã ſolutionem fructuũ non acquiritur 149.21
Poſſeſsio iniuſta contra uerum dominum nihil proficit 330.30
Poſſeſsio non omnis,ſed iuſta duntaxat uaſallum defendit 168.12
Poſſeſsio per inueſtiturã non acquiritur 161.3
Poſſeſsio ſine animo accipientis non acquiritur 147.37
In poſſeſsiõe ſua quiſq; defendi debet, donec alius contrarium doceat. 158.30.162.17
In quaſi poſſeſsione ſuo nomine qui eſt,triginta annis præſcribit 356.38
Poſſeſſor fictiõe iuris quis dicat̃.160.31
Poſſeſſor malæ fidei eſt,qui contra leges mercatur 126.25
Poſſeſſor uerus quis ſit 160.36
Poſſeſſor uiolentus nõ poteſt ullo colore poſsidendi,aut ulla bona fide ſe defendere 168.5
Poſſeſſore nõ audito,omnia reuocantur 158.27
Poſſeſſores dicuntur actiue & paſsiue 156.41
Poſſibile nõ inſpicitur,ſed quod eſt ueriſimile 96.20
Poteſtas abſoluta principis Roma.ad iura

iura priuatorum uiolanda nō extenditur 192.5
Poteſtas & potentia principis quæ dicatur 193.11
Poteſtas limitata, limitatum habet effectum 243.10
Præcedentia ubi ſunt aduerſatiua, tūc clauſula ſequens ad illud refertur cui probabilius adaptatur 275.34
Ex præcedentibus ſequentia declarantur, & econtra 254.14
Præiudicij notabilis quę ſunt, exprimi ſub certitudine debent, & niſi expreſſa ſint, habentur pro omiſſis 202.35
Præferendus eſt in teſtificādo, qui melius eſt de negocio informatus. 47.15
Prælatus ſicut per mortem naturalem, ita per reſignationem, quo ad titulū beneficij, mortuus eſſe intelligit. 178.8
Prælatus quāuis de bonis in adminiſtratione eccleſiæ acquiſitis teſtari nō ualeat, nihilominus tamē in uita fautoribus et benefactoribus aliqua moderate donare poteſt 180.22.183.21
Prelati dignitas etiam poſt ceſſionem durat 176.4
Præpoſitura renūciata, ſtatutis renunciare præpoſitus non poteſt 176.40
Præpoſitus bona in fraudem eccleſiæ alienare non poteſt 176.8.180.17
Præpoſitus quāuis renunciarit præpoſiturę, & ab ea abierit, tamē nihilominus remanet iuramēto eccleſiæ ſuæ per eū facto obligatus. 175.41.176.31
Præſcripta inſtitutione, pręſcribitur etiam cuſtodia uacantis eccleſiæ, tanquam pars ſub ſuo toto 326.18
Præſcriptio eſt alienatio 288.1
Præſcriptio cum ſtrictiſſimi iuris ſit, ad non poſſeſſa non extēditur, iuxta illud quod uulgo dicitur, tantū pręſcriptum quantum poſſeſſum 323.5.37
Præſcriptio cur auferret, quod poſſeſſio non abſtulit 324.7
Præſcriptio & conſuetudo in quibus differant 329.12
Præſcriptio etiam longiſſima non currit contra eam diſpoſitionem in qua promittitur uel ordinat aliquid perpetuo ualere debere 287.2
Præſcriptio eſt odioſa, nec de re ad rem extenditur 356.41
Præſcriptio generis, reſultat ex præſcriptione ſpecierum 310.6
Pręſcriptio in feudis decem uel uiginti annorū, quæ fauorabilis dicitur, cum ſublata ſit, multo magis præſcriptionem quadraginta annorū, quæ odioſa eſt, ſublatam eſſe conſtat 285.19
Præſcriptio memoriā hominum excedens, pro ueritate habetur 311.3
Præſcriptio minor centum annis, non currit contra habētem ſeu gerentem liberè iura Imperatoris, & facientē in dominio ſuo omnia ſicut Imperator in ſuo Imperio 296.12.298.11
Præſcriptio nulla currit contra dominum feudi, etiam ſi lōgiſſima ſit, maxime quo ad directum dominium 283.32.284.39
Præſcriptio nulla currit cōtra ſereniſs. Rom. regem 282.17.283.22
Præſcriptio non habet locum ubicūq; res eſt prohibita alienari 284.13
Præſcriptio ſine poſſeſſione, etiam uetuſtiſſima, non procedit 323.26
Pręſcriptio temporis ultramemorialis ubi adeſt, fruſtra de titulo & bona fide diſputatur 133.33
Ad præſcriptionem legitimam titulus & bona fides neceſſaria ſunt 126.27
Præſens actui ſi ius ſuum durare noue rat, ex eo cōſenſiſſe non cenſetur. 25.5
Præſens præſenti cōſentire intelligitur dum per epiſtolam cōtrahitur. 45.28
Pręſens qui plus fuit, in eo plus pręſens præſumitur 219.12
De præſenti eſſe obligatū aliquem, aut promiſiſſe quod obligari debeat, paria ſunt 201.12
Pręſumendū non eſt quod ab eo quod fuit tacite paulo ante cōceſſum, dicatim receſſum 275.6
Præſumptio à natura & cōditione muliebris ſtatus & uirginitatis ſumpta, uiolenta eſt & plene probat 56.26
Præſumptio ea ſumenda in dubio quę uitio caret 24.31
Pręſumptio facilis teſtimonia adiuuat 167.8
Præſumptio iuri repugnans non recipitur 355.35

Præsumptio quando fuerit cõtra confitentem, alterũ sine altero acceptari non potest 221.22
Prę̃sumptiones plures, uincũt paucio res 149.37
Princeps alteri quod suum est, sine ratione, imò cõtra rationem, pro solo uolũtatis motu & libito, auferre nõ potest 193.26
Princeps contractu eatenus obligatur ut nec plenitudo potestatis, nec ulla urgens clausula eum eximat 190.34
Princeps contra subditum, eo non citato, in eius damnũ nihil potest decernere 195.24
Princeps in suo principatu tantũ potest, quantũ Imperator in Imperio 9.26.309.40
Princeps iusta causa moueri prę̃sumitur 317.2
Princeps licet lege positiua nõ obligetur, tamen dictamini rationis subijcitur 190.39
Princeps nec ex plenitudine potestatis, nec ex certa sciẽtia, ius alteri quę̃situm tollere uel infirmare potest, nisi hoc urgens publicę utilitatis causa impediat 191.25.37
Princeps rationi obedire debet 193.13
Princeps per clausulã, plenitudinis potestatis, nõ censetur ullius partis ius infringere uel uiolare 195.35
Princeps qui ius alterius nõ citati lędere pergit, defensionem ei subtrahit iure naturæ concessam 195.12
Princeps raro uti debet plenitudine potestatis 193.7
Princeps Rom. suo contractu ligatur, sicut priuatus aliquis 190.21
Principis actus, omnis malitiæ & dimi nutionis expers esse debet 190.30
Principis mens talis esse debet, qualis est legum candor, & rationis natura lis integritas 192.9
Principis rescriptũ an per sententiã dif finitiuam tolli possit 194.29
Principis sententiam quilibet iudex sequi tenetur 242.2
Principis testamentũ sine ulla solenni tate ualet 9.38
Principem quæ commendent 10.23
Principe plenitudine potestatis utẽte, tertiũ uocari opus nõ est 17.34
In principe rectitudo clariori lumine prę̃fulget 9.13
Principes circa modũ succedendi statuta facere possunt 11.33
Principes cũ publici iuris numero censeantur, non astringunt legibus quæ propter priuatorũ pactiones proditæ sunt 9.21
Principum conuentiones cum sint bonæ fidei, fidelissime seruari debent 253.20
Principum donationes absq; insinuatione ualent 29.12
In principibus ueritas firmior esse debet quàm in alijs 31.11
Principibus solis quę̃ cõpetãt. 290.27.35
Principalis quis sit 234.29
Priuatio nõ semper operatur ad habitum 21.29
Priuatio præsupponit habitũ 20.36
Priuato ut non licet cõtra factũ uenire proprium, ita maxime dedeceret si princeps Roma. sibijpsi contradiceret 190.15
Priuatorũ iura per principẽ publicę utilitatis fauore auferuntur 17.23
Priuilegiũ & cõsuetudo uetustissima, paribus passibus ambulant 311.13
Priuilegia quæ in successionibus data sunt militibus, multò prę̃rogatius militibus competunt 12.18
Ad probandum literas alicuius propria manu esse scriptas, quę̃ requirantur 87.3
Probatio in matrimonijs debet esse cõcludens 118.31
Probatio dubia an releuet 353.41
Probatio impertinẽs & inconcludens, minime attendenda est 95.22
Probatio nulla fortior est, q̃ quæ propria confessione producitur 200.32
Probatio nulla melior est, quàm quæ ex propria resultat cõfessione. 40.30
Probatio prę̃sumptiua propter maximam temporis longitudinem rectè admittitur 129.35
Probatio quæ fit per comparationem literarum, est probatio omnino fallax 88.11

Probatio ſufficiens ea cenſet̃,quæ iudicem ad credulitatẽ inducit 60.28
Probationes admittuntur propter difficultatem probandi,ſeu quando res aliter probari non poteſt 281.10
Probationibus peremptis per oppoſitiones,dicitur peremptũ negocium principale 120.26
Proceſſus ubi nullus eſt, ibi & ſentẽtia nulla erit 155.2
Prohibitum quod non eſt,permiſſum cenſetur 24.22
Proprietas an ſub nomine uſus & fructus ueniat 339.39
Proprietas cum uſufructu formali nihil commune habet 340.32
Prorſus, penitus, omnino, dictiones quid operentur 345.31
Proteſtari de metu in re notoria,non eſt neceſſarium 210.12
Proteſtationis fructũ perdit qui contra proteſtationem facit 31.37
Prouiſionis cauſa ceſſante,deficit prouiſio 141.37
Prouiſiones aptam perſonam requirunt 142.29
In prouiſionibus generalibus ea nõ includuntur, de quibus ſpecialiter eſt prouiſum 265.38
Proxenetæ teſtimonium etiam altera parte inuita admittitur 46.31
Publica utilitas præfertur priuatę.10.5
Publicæ utilitatis gratia etiã priuatorũ bona auferũtur 10.8.36.& 17.23
Publici cõmunisq; boni ratio, animũ facit ceſſare maleuolum 10.34
Publicè utilia aliquo modo quæ ſunt, eis cedunt in quibus eſt maior publica utilitas 10.11
Publicè utilia non includuntur in his quæ lege prohibentur 9.41

Q

QVæ relatiuum, reſtringit 260.12
Quæſtio feudalis quę dicat̃.166.1
Qualitas adiecta diſpoſitionẽ eatenus limitat, ut nihil in ea includi poſſit. 260.15
Qualitas annexa diſpoſitioni adhęret, eamq; reſtringit 266.17
Qualitas à quo remouetur,& rem remoueri conſtat 141.26.29
Qualitas ex nomine dinoſcitur. 319.37
Qualitas facti,ęſtimatur à qualitate animi 58.16
Qualitas hæc,nempe teſtes eſſe bonæ uitę & ualde honeſtę,in cauſa matrimoniali deducẽda & probanda eſt 104.28
Qualitas in articulis allegata, neceſſario probanda eſt 228.3
Qualitas rei ex nomine cognoſcitur 126.22
Qualitatẽ alicui ineſſe per naturã, uel ex priuilegio,paria ſunt 7.26
Qualitates aduẽtitiæ ſi uariãt,non nocent, dũ nihil in ſubſtãtia mutet̃.33.3
Qualitatum pluralitas, ad qualitatem rerum requiritur 148.34.
Quilibet in dubio honeſte ſe gerere et uerſari præſumitur 43.6

R

RAdix mortificata non facit uirentem ſtipitẽ. 150.19.194.24.231.36
Rationabile agẽs,nunquã fruſtra agere præſumitur 269.29
Ratio expreſſa in ſtatuto, porrigitur ad caſum ſimilem 177.2
Rationẽ quęrere in his quę ad ſenſum probant̃,infirmitas ratiõis eſt.344.15
Ex rationis diuerſitate, oritur diuerſitas iuris 134.10
Rationes duę uel plures ubi impediũt una ſublata nõ ſuſtollit̃ altera 33.41
Reditus ad iura extincta nõ dat̃. 30.26
Reductio eſt quædam appellationis ſpecies 237.42
Reductio gradatim ad proximum ſuperiorem interponi debet, quemad modum appellatio 238.25
Reductio in cõpromiſſis iuratis pro læſione enormiſſima ſeu intolerabili admittitur,niſi expreſſe cautũ eſſet quod prætextu læſionis etiam enormis uel enormiſſimæ,reduci non debeat 240.25
Reductioni licet renunciatũ ſit,poteſt tamẽ ex cauſa probabili peti. 240.6
Refugiũ omne cum ſit excluſum,utrũ etiam eo caſu reductionẽ includat 238.7
Regalia,aliaq; principi Romano reſeruata,utrũ præſcribi poſſint. 310.26

Regalium appellatione quid ueniat 327.14
Reges, duces, comites & similes, habentes dominium temporale & perpetuum, in terris suis habentur loco principis 297.5.16.30
Regula exceptione non firmatur, si aliæ etiam exceptiones alio fine expressæ reperiantur 265.29
Regulæ in dubio standum est 185.3
Regulam habens, rem certam habet 170.14
Reipublicæ interest familiarum ordinem & dignitatem conseruari. 16.16
Reipub. status tolerabilior est in malo principe, quàm ubi boni principis mali sunt amici 206.2
Relatio ad proxima fieri debet, si id ex tacita mente colligi possit 254.36
Relatio ad omnia posita, in una & eadem oratione, referri debet 254.30. 267.22
Relatio fieri debet tantum ad proxima, ex tacita mente 275.37
Relatio nō est faciēda ad omnia, quando ex tali relatione induceretur contrarietas 275.27
Remotum à uerisimili, imaginem habet falsitatis 96.15
Renunciari iuri quod non sit, non potest 20.37
Renuncians sub conditione, si conditio deficiat, perinde habetur ac si ab initio non renunciasset 21.2
Renūciata præpositura, statutis renunciare præpositus non potest 176.40
Renunciatio non sit elusoria 20.40
Reponere illud dicitur quod in pristinum statum reducitur 163.7
Resignatio præpositurę, utrum titulū præpositi in totum extinguat 177.42
Res contra bonos mores dupliciter intelligitur 13.33
Res facile reuertit̄ ad naturā propriā 26.15.62.28.262.27.271.9
Res simpliciter nominata, tota uenit 20.7.26.31
Res sua nemini seruit 337.38
Res uel subiectum denominatur ex accidenti qualitate, intelliguntur̄ res diuersæ ex qualitatibus 319.39
Res una duobus solui nō debet. 162.6
Res una duplicis iuris censeri non debet 315.23
Res quæ in alio continetur, cum omnibus suis contentis contineri censetur 314.15
Rei qualitas ex nomine cognoscitur 126.22
Rem suam propriam nemo præscribere potest 327.38
Res suas nemo iactare pręsumit̄. 127.30
Rerum ecclesiasticarū natura & qualitas est ut ad ecclesiam reuertantur 180.34
Rebus uti & frui pro arbitrio, ad dominos pertinet 309.36
Reseruatio conseruat ius 21.7
Ex responsione apparet qualis fuerit interrogatio præcedens 58.25
Restituere & acquirere differūt 148.3
Restitui non potest, quod non erat ablatum 23.3
Restitui quæ debent, non ineleganter remanere dicuntur 257.16
Restitutio in integrum quando hodie competat 213.21
Restitutio in integrum nititur æquitati, qua deficiente, & ipsa deficit. 213.12
Restitutio in integrum aduersus sententiam, ex capite iustæ ignorantiæ, datur propter instrumenta de nouo reperta 304.39
Retinacula duo melius nauem defendunt 41.14
Reuocans simpliciter, in totum reuocat 230.37
Reus causa cadere debet ex fraudulenta subtractione instrumenti alterius 53.12
Rex omnis monarcha est in suo regno 297.26
Rusticis senibus an fides sit adhibenda circa probationem limitū 219.18

S

SAcerdos non esse desinit cui officium interdicitur 176.1
Sacerdotes in bene administrando & dispensando, domini esse intelliguntur 183.19
Sacrilegio simile est de Imperatoris potestate disceptare 7.22

Sangui-

Sanguis filii dominetur. 331.

Sanguinis iura pacto nō inducuntur 5.36.&7.37
Scriptura priuata,ut sunt regesta,libri censuales &c.an probent 354.20
Scriptura priuata uirtute consuetudinis, quæ aliàs non probaret, de iure ualidam facit probationem 280.24
Scriptura priuata non facit fidem si illa negetur 88.16
In scriptura priuata probanda quæ necessaria sint 123.5.38
Scripturæ domesticæ quando credatur 354.36
Segnis non potest dici is qui ignorat ius sibi cōpetere, seu rem esse suam, uel alium possidere 294.2
Senes uicini limitū notitiam habere præsumuntur 219.10
Senibus rusticis an fides sit adhibenda circa probationem limitū 219.18
Sententia diffinitiua quæ in rem iudicatā transiuit, ne à principe quidem infirmari aut tolli potest 194.26
Sententia diffinitiua uim rei iudicatæ continet, & pro ueritate habetur 189.19.194.38
Sentētia debet petitioni libelli esse cōformis 173.13
Sententia Imperatoris lata cum causę cognitione,facit ius,licet nō sit inserta corpori iuris 241.29
Sententia in absentē lata, ex qua causa lata esse præsumatur 190.15
Sententia in dubio pro libertate ferenda est 357.33
Sententia nulla est quæ ex causa de iure & facto falsa,uel saltem de iure falsa procedit uel fundatur 155.23
Sententia principis sine citatione nulla est 195.21
Sententia principis uim legis obtinet 189.24
Sententia pro actore ferri debet, si ius rei dubium est 231.19
Sentētia procuratoris uel officialium nō nocet domino,quia dominus habet probabilem causam ignorandi factum procuratoris 304.42
Sententia quæ ex rei euidentia iniusta & iniqua apparet,nulla est 231.26
Sententia quæ lata est propter contumaciam,est sentētia quædam interlocutoria 249.6
Sententia quæ non est conformis libello,nulla est 163.32
Sententiæ Cameræ Imperij quæ per iudicem & assessores pronuncian-tur,cum nomine Cęsaris diffiniant, recte ab ipso principe diffinitæ esse intelliguntur 189.26
Sententiam principis quilibet iudex sequi tenetur 242.2
Per sententiam diffinitiuam procerū Imperij nomine Cæsaris decisum, alio processu refricari nō licet 189.34
Separatorum separata est ratio.184.10
Ex separatis nihil infertur.148.33.340.33
Sequentia ex præcedentibus lumen sumunt & intellectum 57.41
Ex sequentibus demonstratur qualis fuerit animus in præcedentibus.58.1
Seruitus personalis morte utentiū extinguitur 128.18.136.5
Seruitus morti æquiparatur 353.13
Seruus uel serua,si mala fide tanquam fugitiui,uel aliàs clanculum in libertate morarētur,eo casu præscriptio etiam longissimi temporis eis non suffragaretur 356.13
Serui Germaniæ propria bona habere possunt 351.7
Serui non possunt testificari pro dominis,nec contra eos,siue causa ciuilis,siue criminalis sit 350.8
Similitudinem habentia, facilem dationem cōsequentiæ admittunt,57.5
Simpliciter quæ disponuntur,ad materiā subiectā sunt reducenda 58.21
Singula quæ nō prosunt, simul iūcta, an & quando prosint & probent 71.6.106.16.21
Signum cui competit,eidem etiam signatum competit 130.22
Signum qui acceptat,etiam signatum amplectitur 57.1
Signa quibus cognoscitur utrum aliquis ut iudicem uel arbitrum adierit 236.14
Socij negociatores fratrū iure censentur 6.38
Solutio particularis tantū circa soluta, & nō amplius præiudicat 149.29

Solutio ſimplex niſi adiuuetur, tẽpore obligationem non inducit. 149.27
Sororum teſtimonium non eſt ſuſpectum, caſu quo æquales eſſent uir & mulier, uel etiam ſi ſit modicus exceſſus 44.22
Species ſub genere poſitæ, habent caudas ſimul colligatas 310.8.324.9
Status mutatio etiam in melius, nõ liberat uel eximit à priſtina obligatione 176.19.179.15
Status originem quæ ex morbida radice ſumunt, irrita & inualida ſunt 208.3
Statuti mens & intentio attendi debet 16.5
Statuto libera teſtandi facultas tolli poteſt 14.34
Studium facit memoriam 53.33
Stylo non ſeruato, nihil agitur. 208.39
Subiectum habile eſſe debet ad ſuſcipiendam qualitatem 141.32
Subiecta qualia eſſe debeant 170.42
Subiecta talia ſunt qualia permittuntur ab eorum prædicatis 58.17
Subſcribens, ſe in omnia illa obligat quibus ſubſcripſit 201.4
Subſcriptio ambigua in genere facta, certæ renunciationis effectum habere non poteſt 202.28
Subſcriptio unius partis quid operetur 201.32
Subtilitas impertinẽtium intellectuũ, in caſu claro admitti nõ debet. 23.35
Succedens in ius alterius, utrum ſemper iuſtam ignorantiæ cauſam habere cenſeatur 301.19
Succedendi conſuetudo nedum per principes, ſed etiã per familias nobilium, imperium & poteſtatem condendi leges habentiũ, introduci poteſt 11.40
Succeſſionis ius non eſt iuris diuini 18.6
A ſucceſſione excluſus, etiam ab hæreditate eſt excluſus 20.8
In ſucceſſionibus non eſt diſcretio fratrum uel ſororum 26.17
Succeſſionum pacta uotum capiendæ mortis iuducunt 8.30
Superflua cautela non nocet 21.38
Superflua etiam ſi non proſunt, non obſunt tamen 171.19
Superflua non ſunt quæ effectum legitimum habent 171.6
In ſymbolizantibus facilis eſt tranſitus 57.3

T

TEmporale ex ſui natura quod eſt & ad tempus deſinit, nõ poteſt perpetuum fieri 259.26
Tempora remotiſsima id habere præſumitur, cuius certum non apparet initium 129.29
Temporis ab initio quod non ualuit, tractu temporis confirmari non poteſt 283.41
Tempore qui uincitur, meritorũ comparatione ſuperat 41.35
Tenor compromiſsi ſtrictiſsimè ſeruandus eſt 330.41
Territoriũ dupliciter accipitur 321.12
Territorium quid ſit 320.37
Territorium unde dictum 218.16
Territorij dominus qui bona uacantia cõfiſcauit, an creditoribus defuncti reſpondere teneatur 333.10
Territoriorũ loca quibus ſignis diſcernantur 313.41
Teſtandi facultas per ius ciuile introducta eſt 14.25.28
Teſtandi facultas libera ſtatuto tolli poteſt 14.34
Ad teſtificandum ij potiſsimũ admittendi ſunt qui negocia tractauerunt 47.18
In teſtificando præferendus is qui melius eſt de negocio informatus. 47.15
Teſtamentum irritatur, ut bona eccleſiæ reſeruentur 181.42
Teſtamentũ patris & filij, quo ad quædam unum eſt teſtamẽtum, quo uero ad alia quædam duo teſtamenta ſunt 339.6
Teſtamenti factio à principe eſt 15.2
Teſtamẽti factio ex cauſa tolli poteſt per legem municipalem 14.38
Teſtari is dicitur libera uolũtate poſſe, qui in bonis certis hæredem quẽ uult inſtituere poteſt 14.15
Teſtimonium famuli, ſi tempore teſtificationis non ſit amplius famulus, an ſit

an sit idoneum 83.15
Testimonium matris & sororis, si cadant suspiciones & affectiones, reijcitur in causa matrimoniali 103.8
Testimonium mediatoris ut suspectũ reijcitur, nisi ex consensu utriusque producatur. Idem est in solicitatore, procuratore, & similib. 81.23.82.9.12
Testimoniũ mediatricis personę non recipitur, nisi concurrat utriusq; partis consensus 101.7
Testimonium mulieris de iure canonico est nullum 73.29
Testimonium de auditu fragile est & caducum 101.41
Testimoniũ nullũ maius mẽtis est, q̃ qualitas inspecta uerborum 58.36
Testimoniũ pauperis regulariter non est idoneum 82.23
Testimonium singulare non probat 78.25.101.7
Testimonium sororum non est suspectum, casu quo æquales essent uir & mulier, uel etiam si sit modicus excessus 44.22
Testis affectans non probat, sed ut suspectus repellitur 101.29.103.30
Testis causam scientiæ dicere non debet, nisi interrogetur 352.26
Testis de auditu deponens, nihil probat 84.27
Testis deponens de his quorum ueritas non est perceptibilis sensibus exterioribus, sed fundatur in intellectu, necesse habet quod etiam non interrogatus causam scientiæ dicat 352.28
Testis deponens de fama nõ probat, nisi etiam non interrogatus reddat rationem 86.15
Testis deponens de fama nõ probat, si simpliciter deponat, & non appareat de causis de quibus originem traxerit 86.6
Testis etiã si esset infamis, si tamen nõ probetur eum pro infami habitum & reputatum, non repellitur 48.4
Testis de facto, non de iure deponere debet 134.23
Testis idoneus quilibet reputatur, & non est repellendus, nisi expresse reperiatur prohibitus 68.23
Testis infamis, ut quia dedit operam lenocinio, reijcitur 101.19
Testis instructus an fidem faciat. 354.4
Testis omni exceptione maior dicitur, cui nulla exceptio potest opponi 77.26
Testis unus idoneus deponẽs cum fama & uoce publica, regulariter probat, sed non in causa matrimoniali 93.3.8
Testis unus de ueritate deponens, & duo testes de fama, plenam faciunt probationem 60.1
Testis unus fidem facit, cum de facto suo proprio testificatur 47.21.218.5
Testis dictum ambiguum cõtra producentem interpretatur 83.42
Testes an admittendi sint minus idonei, quando ueritas aliter haberi nõ potest 106.5
Testes diligentius examinãdi sunt in arduis & grauibus causis quàm in leuibus 353.31
Testes domestici & qui continuam familiaritatem & conuersationem habent, omnino à testimonio repellendi sunt 103.37.351.19.24
Testes duo quando deponũt, & unus dicit ambo præsentes fuisse, alter uero negat, de necessitate alter eorum est periurus, nulloque modo eis est credendum 85.9
Testes duo siue masculi siue fœminæ, in causa matrimoniali sufficiũt. 69.13
Testes eadem uerba formalia prẽmeditata deponentes, reijciũtur. 104.6
Testes in causis criminalibus nõ probant, nisi causas scientiæ etiam non interrogati dicant 353.24
Testes in causa matrimoniali debent esse personæ honestæ, & talis qualitatis ut careant suspicione peierandi, item & bonæ famæ & uitæ. 104.18
Testes in causa matrimoniali nõ sufficiunt, nec sunt idonei, nisi sint omni exceptione maiores, dato quod aliàs essent idonei 72.39
Testes in causa status, sine scientię causa non probant 353.29
Testes licet singulares, si tamen uiri

sunt insignes & præcipuæ autoritatis, ueriſimiliaq; deponũt, iudex eis indubitatam fidem adhibere poteſt 60.18

Teſtes mille ſingulares tantum probant quantum unus 78.36

Teſtes propter affectionem non admittuntur 126.10

Teſtes ſi dicant ſe recordari de uerbis formalibus, non dicunt ueriſimilia 80.29

Teſtes ſingulares licet non probent, ſi tamen ex illis iudex in credulitatem deducitur, poteſt eis plenam fidem adhibere 60.32

Teſtes ſi uarient in tẽpore, non refert, cum principaliter de tempore non agitur, dummodo ad unũ finem tendant 223.1

Teſtium dicta non tam ex uerborum cortice, quàm etiam ſenſu ſunt æſtimanda, eorumq; dicta adiuuanda potius ſunt, quàm calumniãda. 129. 31.132.29

Teſtium pluralitas eſt apta ſupplere defectum, ſi quis ſubeſſet 70.17

Textus ubi eſt, ibi nulla debet eſſet dubitatio 54.6

Timor banni, eſt timor mortis. 205.34

Timoris uani nulla æſtimatio 347.10

Titulus iniquus & initium ruinoſum ſicubi eſt, ceſſat omnis præſcriptio 322.22

A tituli primordio poſterior formatur euentus 58.13.155.6.231.34

Totum & omne æquipollent 337.14

Tranſactio quæ ad ſpeciem determinata eſt, non extenditur ad non expreſſa 357.21

Tunc, dictio, extremitatem temporis importat 203.42

Turbare aliquem in ſua pacifica poſſeſsione non licet 311.34.330.29

Tutor nomine minoris nihil acceptare creditꝰ quod minori noceat. 26.10

Tutori legitimo & datiuo, an inuentarium remitti poſsit 347.16

V

VAſallus in tempore nõ recognoſcens feudum, priuatus eſt feudo ipſo iure 291.29

Vaſallus qui feudum recognouit, nõ poteſt aliquam præſcriptionem inchoare, obſtante mala fide, ſeu ſcientia rei alienæ 300.32

Vaſalli hæredes utrũ poſsint præſcribere ipſum feudum, ſeu libertatem, & ipſius feudi dominiũ directum, non recognoſcendo dominum longiſsimo ſpatio 281.28

Vaſalli ambigui qui ſint 167.1

Venditori fines enarrãti creditꝰ, quod eos de nouo poterat cõſtituere. 316.35

Verba æquiualentia tantum operantur quantum propria 129.25

Verba debent intelligi ut aliquid operentur 238.9

Verba generalia ita ſunt intelligenda, ut res in tuto ſit 142.22

Verba improprianda ſunt ut tollatur contrarietas 257.42

Verba non ſolum in cõtractibus, ſed etiam ſyllabæ, ſi poſsibile foret, operari debent 269.32

Verba ſecundum conditionem perſonæ quam reſpiciũt, intelligi debent 22.35

Verba ſtatuti obſcura & non intelligibilia, pro nihilo habentur 348.1

Verborũ inculcatio adiecta nihil operatur 22.39

Verbis nudis alicuius an credendum ſit 318.13.41

In uerbis generalibus non præſumitur includi id quod quis ſpecialiter non erat facile facturus 202.30

Veriſimile nõ eſt, quod eſt à uero diſſimile 51.28

Veriſimile quod non eſt, non debet attendi: quia non veriſimilia falſitatis habent imaginem 136.3

Veriſimilia quę non ſunt, pro eis non præſumitur 192.25

Veriſimilia ſemper amplecti debent in iudicando 60.39

Veritas captioſis ſubtilitatib. utrunq; inumbratur 271.23

Veritas in principibus firmior eſſe debet quàm in alijs 31.11

Veritas quando haberi non poteſt à teſtibus integris, tunc admittuntur minus integri 75.27.76.13.28

Veritas rei & negocij erroribus gesto rum præualet 31.17
Veritatis gratia omnia grauia subeũ. da 5.19
Veritatis simplex est oratio,quam im plicare non oportet 61.16
Veritatem inquirẽtes sine dubitatio-ne,similes sunt nescientibus quò ire debeant 66.12
Veritatem qui tradit non laborat, sed in his quæ inducũtur pro eius oppo sitione, magno labore argumenta trahuntur 61.18
Verum dicere non sufficit, nisi etiam causa falsitatis assignetur 66.14
Viam eam nemo eligit per quam iu-dicium suum subuertitur 344.8
Viam ferro aperit,qui per cõtraria ua dit 125.10
Vicini maiorem cognitionem locorũ habere iure præsumunt.261.22.268.32
Vicini senes limitum notitiam habe-re præsumuntur 219.10
Vim ui repellere licet 195.9
Viro bono fidẽ habens excusat. 50.29
Viro uni solenni quis potest credere, & excusatur 59.25
Viri boni non allegant quod proba-re non possunt 47.42
Virorum bonorũ dicto standũ.60.24
Virtutis indicium manifestũ est,in le-gibus permanere, quod nihil sit eis iustius 62.42
Virtutum eminentiã nemo nisi pro-bus consequitur 41.20
Vitiose fieri, & nihil fieri, paria sunt 144.34
Vnitas maior ex collectiuo nomine inducitur,quàm si copula intercede ret 263.17
Vnus uicem duorum sustinere non debet 162.9
Vnum qui includit,cætera excludit 15.34.& 21.20
Voluntas ex ipso facto apparet. 52.13. 133.13
Voluntatis mutatio non præsumitur, nisi doceatur 52.21
Voluntatẽ mutatam qui dicit, proba re debet 116.12
Vox unius,uox nullius 118.40
Vsufructuarius fundum fructilem de tinet pro fructibus percipiendis, & nihil aliud quàm detẽtationem uel naturalem possessionẽ habet 337.6
Vsus cõmunis loquendi attendendus est 238.14
Vsus communis loquẽdi, omni regu læ & cõstitutioni in exaudiendis ser monibus derogat 132.24
Vsus monetæ distinguitur & discerni tur ex moribus & conditione regio-nis 314.42
Vsus monetæ non potest reprobari, nisi per superiorem 315.3
Vterinus frater pro agnato habetur, postquã Imperator ei priuilegium agnationis tribuit 7.28
Vtile per inutile non uitiatur 33.43
Vti et frui rebus pro arbitrio, ad do-minos pertinet 309.36
Vtilia publicè quæ sunt,nõ includun tur in his quę lege prohibentur.9.41
Vxor in bonis mariti limitatũ domi-nium habere potest 340.27
Vxor quæ in bonis mariti duntaxat usumfructum habet,an ad inuenta-ria adstringatur 341.33
Vxor relicta domina & guberna-trix &c.an per ea uerba nõ nisi usus fructus intelligatur 336.35
Vxoris nominatio,an faciat præsum ptionem contracti matrimonij. 69. 42.70.4

INDICIS CONSILIORVM
secundi Tomi finis.

Summaria Consilij primi.

1 Pro ueritate asserenda, omnia grauia subeunda.
2. 8 Confraternitas inter aliquos coiri an possit.
3 Locus in c. conspirationem. xi. q. i. restitutus.
4 Fœdera ciuitates fœderatas uelut communes faciunt, alteraq; alterius ditionem communiter conseruat.
5 In confœderatę ciuitatis hostes, sicuti in hostes nostros animaduerti potest.
6 Fœderatus fœderati iniuriam propulsare tenetur quantum potest.
7 Confraternitas efficit ut plura corpora in unam coëant essentiam.
9 Sacrilegij instar est de Imperatoris potestate disceptare.
10 Paria censentur, qualitatem alicui inesse per naturam uel ex priuilegio.
11 Frater uterinus pro agnato habendus.
12 In fratrem aliquis adoptari potest, accedente Imperatoris autoritate.
13 Confrater confratrem ad iniustum bellum iuuare non tenetur.
14 Confraternitates consuetudine sunt receptæ
15 Confratres an sese mutuò hæredes pacto facere possint
16 Pacto hæreditas dari non potest, sed testamento.
17 Libertatem supremi iudicij constringi non oportet
18. 39 Pactum de succedendo ne iureiurando quidem ualidari potest.
19 In principe rectitudo clariori lumine præfulget.
20 Omnis contractus cum principe initus, bonæ fidei esse intelligitur.
21 Principes & Comites in eorum territorio tantum possunt quantum Imperator in Imperio.
22 Principis testamentum ualet sine ulla solennitate.
23 Publicè utilia quæ sunt, non includuntur in his quæ lege prohibentur.
24 Publica utilitas præfertur priuatæ
25. 28. 58 Propter publicam utilitatem etiam priuatorum bona auferuntur.
26 Publicè utilia aliquo modo quę sunt, eis cedũt in quibus est maior publica utilitas
27 Propter pacem, concordiam, & uitandas turbationes, multa contra iuris seriem sunt recepta.
29 Pro benefacto habendum si quid ratione pacis & quietis contra ius factũ fuerit.
30 Appellatione pacti statutum uenit.
31 Pacta cum statutis sunt conuertibilia.
32 Quoties de mẽte contrahentiũ cõstat, de uerbis & de nomine cõtractus nõ curat
33 Principes circa modum succedendi statuta facere possunt.
34 Consuetudo succedendi non solum per principes, sed etiam per familias nobiliũ, imperium, & sic potestatem condendi leges habentium, introduci potest.
35 Hæreditas inter milites pacto dari potest, etiamsi ad belli discrimen nõ pergant.
36 Duces & Comites sunt milites.
37 Comitum origo.
38 Priuilegia in successionibus data militib. multò prærogatiuis principib. cõpetũt.
40 Contra bonos mores esse aliquid, dupliciter intelligitur.
41 Qui in bonis certis hæredem quem uult instituere potest, satis dicitur libera uoluntate testari posse.
42 Testãdi facultas cum sit à iure ciuili introducta, per Imperatorem in quibusdam personis ex causa tolli potest.
43 Libera testandi facultas statuto tolli potest.
44 Lex municipij tantum potest inter subditos, quantum ius scriptum in orbe.
45 Hæredum feudalium nomine masculi intelliguntur.
46 Nomen hæredis ad masculos restrictum, fœminas non comprehendit.
47 Cum ex duobus de altero disponitur, taxatiua intelligitur, ut alterũ excludatur.

Qui

48.69 Qui includit unum,cætera excludit.
49 Si uinco uicentem te &c.
50 Mens & intentio ſtatuti attendi debent
51.56 Conuentiones ſeu ſtatuta quibus fœminæ à ſucceſſionibus excludũtur,fieri poſſunt,dum dotibus prouideantur.
52 Reipub.intereſt familiarum ordinem & dignitatem conſeruari.
53 Familiarum dignitas ſine diuitijs ſalua eſſe non poteſt.
54 Fœmina nupta familiæ nomen amittit,& uiri familiam ſequitur.
55 Lex Voconia ex Ciceronis oratione pro Corn.Balbo,& Pomponio Læto.
57 Secundum principis conſtitutiones iudicandum,non de eis diſceptandum.
59 Citandus non eſt,cuius præſentia actum gerendum non prohiberet.
60 Cum princeps plenitudine poteſtatis utitur,tertiũ uocari opus nõ eſt,imò etiam ſine cauſa ius tertij non uocati auferri tunc poteſt.
61 Ius ſucceſſionis non eſt iuris diuini.
62 Omnia feuda ſunt maſculina,niſi expreſſe probentur fœminea.
63 Bonorum appellatione ueniunt mobilia & immobilia,iura & actiones.
64 Pertinentiarum appellatio latiſſima eſt.
65 Res ſimpliciter nominata,tota uenit.
66 Renunciari iuri quod non ſit,non poteſt.
67 Renuncians ſub conditione,ſi conditio deficiat,perinde habetur ac ſi ab initio non renunciaſſet.
68 Reſeruatio conſeruat ius.
70 Priuatio non ſemper operatur ad habitum.
71 Nõ entis nullas eſſe qualitates &c.axioma perplexũ eſt,et ſæpe cõtrariũ inueniť.
72 Superflua cautio non nocet,etiamſi non proſit.
73 Generalitas quæ nõ niſi in una ſpecie uerificari poteſt, ad eandẽ ſpeciẽ cõtrahiť.
74 A contractu altera parte inuita recedi non poteſt.
75 Verba ſecundum conditionem perſonæ quam reſpiciunt intelligi debent.
76 Verborum inculcatio adiecta nihil operatur.
77 Reſtitui non poteſt quod non erat ablatum.
78.98 Nemo præſumitur actum facere uelle,per quem ſua iudicia ſubuertantur.
79 In caſu claro ſubtilitas impertinentium intellectuum admitti non debet.
80 In pactis dotalibus ſeu matrimonio,nemo decipi debet.
81 Quod non prohibetur,permiſſum intelligitur.
82 In dubio ea ſumẽda eſt preſumptio quę uitio careat,quę doli et fraudis ſit expers.
83 In omni diſpoſitione tacite ineſt conditio,ſi res in eodem ſtatu maneat.
84 Præſens actui ſi ius ſuum durare nouerat,ex eo conſenſiſſe non cenſetur.
85 Pacta ad tertiam perſonam non paciſcentem non extenduntur.
86 Appellatione hæredum ſi quis inteſtatus deceſſerit, intelliguntur proximiores ab inteſtato.
87.95 Determinatio debet æqualiter determinare, niſi ratio & natura negocij paritatẽ non admittat.
88 Tutor nomine minoris nihil acceptare creditur quod minori noceat.
89 Res facile reuertitur ad naturam ſuam.
90 Electio unius inducit repulſionem aliorum.
91 In generali clauſula non ueniunt ea de quibus eſt facta ſpecialis mentio.
92 In rebus feudalibus appellatione hęredũ ueniũt tantũmodo maſculi,nõ fœminę.
93 Vna determinatio adiecta rebus uariæ conditionis, determinat unumquodque ſecundum ſuam naturam.
94 Dictio ſemel poſita,proprie & improprie intelligi poteſt.
95 Principum donationes abſque inſinuatione ualent.

97 Exemplum,niſi archetypus literarum producatur,non probat.
99 Ad iura extincta non datur regreſſus.
100 Non poteſt ullo pacto ius reſeruari hęreditarium ei cui prius non competierat.
101 Veritas in principibus firmior quàm in alijs eſſe debet.
102 Veritas rei & negocij erroribus geſtorum prævalet.
103 Contra proteſtationem faciens,fructum proteſtationis perdit.
104 Quod quis impugnat,ex eo ſe iuuare non poterit.
105 In contractibus parti abſenti ne doli quidem datur exceptio ex pacto.
106 Qualitates aduentitiæ ſi uariant,non nocent,dum nihil in ſubſtantia mutetur.
107 Cauſa prima intuenda.
108 Sequentes actus cum eorum qualitatibus trahũtur ad primos ex quibus fluunt.
109 Vbi duæ uel plures rationes impediunt,una ſublata,non ſuſtollitur altera.
110 Quando duo parificantur,quod per unum excluditur,excluditur etiã per aliud.
111 Vbi non eſt materia,ibi non poteſt adeſſe materiatum.
112 Qui inepte agit,ſeſe profligat & ſubuertit.
113 Genus compendio ſermonis ſpecies colligit.
114 Confraternitas eſt ius indiuiduum,quia incorporale.

Concluſionum primi Conſilij finis.

DN. VDALRICI ZASII
LL. DOCT. CLARISS. CONSILIORVM LIBER SECVNDVS.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.

ILLVSTRES quondam principes, Fridericus Balthazar & Guilhelmus, Marchiones N. &c. cum Landtgrauijs Henrico & Hermanno I. principibus, confraternitatem pacto ſeu ſtatuto, occaſione principatuū utriuſq; familiæ, cum dominijs, iuriſditionibus, & omnibus alijs eorum territorijs & ſubditis, conſenſu Cæſareæ tunc Maieſtatis accedente, inierunt: eo conuento, quod altera familia ſeu domus, alteri adſiſterent, tuereutur, adeſſent &c. Et in euentum quo principes ex altera domo ſine hæredibus maſculis obirent, decedentium principum Ducatus, dominia, territoria &c. cum oīibus ſubiectis, ſubditis & iuribus, ad principes alterius domus, ſeu eorū maſculos hæredes deuoluerentur, ad eosq; iure proprietatis pertinerent &c. nonnullis alijs ea confraternitate adiectis cautionibus & prouiſionibus. Quæ conuentio facta eſt anno Domini M. CCC. LXXIII. prout in actis mihi præſentatis continetur. Eodem deinde anno Carolus Romanorum Imperator huiuſmodi confraternitatem, iuriſq; hereditarij ſucceſsionem & communionem tanq; inter fratres, in preſentia principum & procerum Imperij confirmauit, & ſupradictos principes ex utraq; parte, pro ſuo quenq; iure, de dicta confraternitate inueſtiuit, eisq; uiciſsim eandem in feudum conceſsit, legem ſub pragmatica ſanctione ferendo, quod altera domus, alterius ſine hæredibus maſculis decedētibus, legitimi fratres, confratres & ſucceſſores cenſeri, haberi, & eſſe debeant, ac ſi naturali natalium ſerie fratres nati, & una progenitorum agnatione producti eſſent, iuribus obſtantibus pleniſsimè derogando, Imperiali ſuo decreto pro eiuſdem legis firmitate interpoſito &c. iuxta tenorem Carolinę latiorem. Deinde anno M. CCCC. XXXIII. illuſtres principes T. Federicus, Sigiſmundus, Henricus, Guilhelmus &c. cū Ludouico Landtgrauio H&c. ueſtigia maiorū ſecuti, dictam cōfraternitatē ſuper uniuerſis eorū ducatibus, dominijs & bonis renouarunt, ut altera domus alteri ſine hæredibus maſculis decedenti, iure legitimæ hæreditatis ſuccederet: hoc prouiſo, quod teſtamenta quæ alterutri principes facerent, rata eſſent, dum tamē ſupra ſummā decem milliū floren. nō teſtarentur: cauto etiā quod fœminis in alterutra familia pro tempore natis, cuilibet uiginti millia floren. in dotem ſeu aliam prouiſionē cōſtituerētur, obligatione

etiam ſecuta, de ſeruãda in perpetuum dicta fraternitate, nec ullo pacto uiolanda: quam fraternitatem etiam dicti principes iurarunt, prout latius in actis primis perſpicitur. Pòſt ſecuta eſt cõfirmatio Imperatoris Sigiſmundi, qui uetuſtiorem confraternitatem ſuprà memoratam roborauit, & omnes ducatus, dominia, territoria, bona &c. eiſdem principibus & filijs maſculis in feudũ cõceſsit &c. anno domini M. CCCC. XXIIII. quod idipſum acta docent extentius. Poſtea confraternitatem renouarunt coeundo, & coiuerunt renouando, principes Fridericus, Guilhelmus T. Duces, Ludouicus Landtgrauius I. inter ſeipſos, & cum Marchionibus de. C. qua apertè cauetur, quod hi principes cenſeri & eſſe debeãt, uelut ueri & legitimi fratres, ſuccedẽdo inuicem eo modo qui iam ſæpe tactus eſt. Fœminis etiã, prout plures eſſent uel pauciores, prouiſionem in alia confraternitate factam auxerunt &c. alijs etiam clauſulis accedentibus: quod totum in actis quæres. Datum Anno domini M. CCCC. LVII. Pòſt deinde ortis inter principes I. Ludouicum & Henricum, certis diſſenſionibus, facta eſt inter eos amica compoſitio, deſcriptis omnibus eorum dominijs & bonis, ut ita quilibet poſsideret ſuam portionem: alienatione tamen bonorum prohibita, & cauto quod ſenior inter eos feuda dominiorum, & alia iura, ſibi & fratris nomine impetrare deberet &c. Datum anno M. CCCC. LXV. Deinde Ludouicus Princeps I. ſenior inter fratres, pro ſe & dicto Henrico principe fratre ſuo, ab Imperatore Federico in uim eius cõuentionis quæ proxime ſuprà patet, in feudũ recognouit, & ſuſcepit regalia domus I. cum alijs pertinentijs, & ad hoc confraternitatem quam haberent cum principibus T. &c. qua conceſsione dicta confraternitas cœpit recognoſci in feudum ab Imperio, anno &c. M. CCCC. LXXI. prout in actis continetur. Euenit deinde, anno fortaſſe ſeptimo uel circiter poſt ſupradictam inueſtiturã, & imperialem prouiſionem, quod Eliſabetha filia Principis Henrici I. neptis ex filia Philippi Comitis L. matrimonialiter iungeretur cum Ioanne Comite de O. certis inter eos pactis dotalibus conuentis. Inter quæ præcipue cautum eſt, quod renunciare dicta Eliſabeth Landtgrauia omnibus bonis paternis & maternis, alijsq; ſucceſsionibus debeat, ſub conditionibus tamen & reſeruationibus, quæ omnia commodius proprio uerborum tenore, qui infra ſcriptus eſt, enarrare uolui: quoniam in eis nodum præſentis controuerſiæ non modicè hærere uideo. Sic ergo cautum eſt:

Es ſollen auch die obbenant frow Eliſabeth/vnd der vorgenant Johan/vnſer lieben tochter vñ ſchwager/ für ſich vñ ihre erben/vff derſelben frow Eliſabeth vätterlich vnd mûterlich erbe/es ſeien eygen/lehen/pfandtſchafften/vñ anders/ vnd vff alle landt mitt ihren zůgehörungen/die der obgenant Furſt (intelligo Landtgrauium Henricum) yetz hat/oder hinach gewinnen mag/ nichts außgeſcheiden/ gentzlich vnd zůmal verzyhen etc. Es were dañ das der obgenant Landtgraue Heinrich vnd ſeine ſône alle mitt tod

tod abgon würden/alſo das kein recht eelich manßerß von ihren leiben geborn/in leben wer/ alßdañ ſo ſollte die vorgenant frow Eliſabetß vñ ihr erben/ihres erbs vñ rechtens an ihrem můterlichen erb / vñ allem dem ſo von der Grafſchafft L. herkommen were/ vnd ſunſt warzů ſie recht hetten/zů ihrem rechten ſton/das hierin̄ vorbehaltē ſein/vñ ihr oder ihrn erben diſer obgemelter verzyg darin̄ kein ſchad nit ſein oder bringen/in keiner hand wiſe/on alle geuārd.etc. iuxta latiorem continentiam literarum in actis deſcriptarum. Datum Anno M. CCCC. LXXVIII. hoc eſt: Porrò domina Eliſabetha, & dominus Ioannes prædicti, filia & gener noſtri dilecti, pro ſe & hæredibus ſuis, dictæ dominæ Eliſabethæ hæreditati paternæ, maternæq; ſiue fuerint bona feudalia, ſiue allodialia, pignorationésue, ſeu quid aliud, adeoq; iuri omniū prouinciarum, cum attinentijs quas præfatus princeps Landtgrauius Henricus nunc poſſidet, aut in poſterum imperio ſuo iunget, ſine omni exceptione, omnino, eodémque momento renuncient. Niſi fortè dictus Landtgrauius Henricus, eiusq; filij maſculi omnes defecerint, ita ut nulla ſoboles maſculina legitima, ex eorū corporibus prognata, reliqua ſuperſtésue amplius ſit. Quia eo caſu dictæ dominę Eliſabethę, eiuſdemq; hęredibus, ius ſuum ad hæreditatē earum maternam, adq; omnia alia ex Comitatu L. prouenientia, & aliàs ad quæcunq; ius haberent, ſaluum illibatumq; remanere, adeòq; illi hæredibusq; illius hæc præinſerta renunciatio in nihilo præiudicare deberet omnino, abſq; fraude & dolo &c.

Quinto poſt anno uel circiter, illuſtris quondam domina Anna, filia Philippi Comitis de L. uxor, dum uixit, illuſtris quondam principis Henrici de I. mater illuſtris principis Guilhelmi iunioris de I. & dominę Eliſabethę actricis & ſororis ſuę &c. proprio motu, bene deliberata & uoluntariè, pro ſe & alijs ei attinentibus, in uim perpetuę renūciationis, renunciauit & ceſsit omnibus literis uel inſtrumentis obligatorijs quas dictus Landtgrauius Henricus ei dederat, omnibusq; actionibus, impetitionibus, querelis & iuribus, quas & quæ ad ducatum I. ad Comitatus L.E.A.& O.& omnibus in & ad dicta dominia pertinentibus, & item omni iuri hæreditario & ſucceſsionibus, quæ ei competere potuiſſent, ad bona, dominia, feuda, pignora, pecunias, mobilia & immobilia dicti mariti Principis I. & dicti Comitis de L. patris ſui, ut ita illuſtris Princeps Guilhelmus iunior Landtgrauius in I. filius dictæ Annæ renunciantis, ipſe & hæredes ſui, huiuſmodi bona & dominia poſſideret, haberet &c. ſine cuiuſq; impedimento: confitendo, ſe à reuerendiſs. domino Epiſcopo Colonienſi, tutore dicti Guilhelmi & ſororum ſuarum, honeſta prouiſione eſſe prouiſam. Quam renunciationem dictus Epiſcopus tutorio nomine Guilhelmi & ſororum ſuarū acceptauit, prout latiore continentia hæc in actis ſunt inſerta. Datum anno dñi M. CCCC. LXXXIII. die XXVII. Ianuarij. His ita actis, cōuentiones in quatuor annos poſtea factæ & initæ eſſe referuntur, inter principes Fridericum, Albertum & Ioannem, T. duces, & tres

Guilhelmos principes I. in quibus memorantur initio confraternitates inter dictos principes, & eorum anteceſſores, domus & familias, ultro & citro conſtitutæ: & quod poſtea ad principem I. Henricum, patrem principis Guilhelmi iunioris, per uxorẽ ſuam dictam dominã Annam immediate peruenerit Comitatus L. & ſimiles. Vnde dicti principes perpendentes quod is Landtgrauius iunior ſuas ſorores adhuc habeat, dominã Eliſabetham actricem, & dominam Mechtildam: quapropter ſi dictus Landtgrauius ſine hæredibus maſculis obiret, conſenſerunt præfati principes cuilibet ſorori quinquaginta millia floren. numerari intra duos menſes, pro earum paterna, materna, & fratris hæreditate: quod niſi ita fieret, debeat eis actio ad dicta bona ſalua eſſe &c̃. cum latiori prouiſione. Datum anno M. CCCC. LXXXVII. poſt natiuitatem Mariæ. Harum literarum originalia non ſunt producta, ſed tantum uidimus. Dictæ tamen conuentioni contradixerunt, & eam reclamauerunt publica & ſolenni proteſtatione, dominus Comes Ioannes de O. & domina Eliſabetha uxor ſua actrix, in quantũ contra ſe eſſet &c̃. & eſt ea proteſtatio publicata intra annum poſtea. Verũ eſt tamẽ quod ſupradicto anno lxxxvij. principes I. renouauerũt confraternitatem, & dominus Guilhelmus iunior in eandem cõfraternitatem incluſit Comitatum L. cum pertinentijs, ut literæ in actis inſeruntur. Nouiſsimè anno M. CCCC. XCV. Guilhelmo ſeniore, & Guilhelmo iuniore principibus I. inſtantibus & petentibus, Cæſar MAXIMILIANVS eiſdem in feuda conceſsit regalia, & confraternitatem à maioribus ipſorum introductam: & nihilominus idem Cæſar ex plenitudine poteſtatis fecit Guilhelmum ſeniorem participem Comitatus L. ut pleno iure feudi ad Guilhelmum ſeniorem deuolui debeat &c̃. id quod literæ canunt extentius. Tandem mortuo ſine liberis Guilhelmo Landtgrauio I. iuniore, Guilhelmus ſenior pater domini Philippi nunc uiuentis, denuò ſibi regalia, confraternitatem & Comitatum L. renouari, & in feudum concedi petijt: quod & Cæſar Maximilianus fecit, licet fateretur eam renouationem non eſſe neceſſariam, quod alioqui dictus princeps tutus eſſet: renouauit tamen & confirmauit &c̃. anno domini M. CCCCC. V. His ſic omnem in partem prouiſis, cum dictus iunior Landtgrauius Guilhelmus ſine prole maſculina obijſset, & proinde patruus ſuus Guilhelmus ſenior Ducatum I. Comitatum L. cum dominijs & pertinentijs in uim confraternitatum, ut legitimus ſucceſſor, in poteſtatem ſuam redegiſſet, dicta illuſtris domina Eliſabetha eundem Guilhelmum iure cõuenit, petendo ab eo hereditatem patris, matris, & fratris, pro ſua portione, oblatis tribus libellis. Verum poſt longam concertationem dictus Guilhelmus ſenior Landtgrauius ab impetitione dictæ dominæ actricis, quo ad patris & matris bona, abſolutus eſt, reſeruato tamen eidem dominæ

minæ actrici, iure ſuper hereditate fratris litem agendi. Et licet inter poſitis per dominã actricem appellationibus, iudicibusq; mutatis, res hæc ſit uariè concertata, fertur tamen inter partes actum eſſe, ut relicta appellatione, domina actrix cauſam ſuper fratris ſui bonis & hæreditate proſequeretur. Quod dicta actrix fecit, intentando, ut ſuprà attigimus, petitione hæreditatis fraternæ ſuper omnibus dominijs, Comitatibus, territorijs, caſtris, uillis, alijsq; bonis immobilibus & mobilibus, quæ à maioribus ſuis in fratrem deuoluta eſſent, & iam per dominum reum poſsiderentur. quę petijt ut hæres, pro parte dimidia ſe-
10 ſe etiam hæredem declarari petendo &c̃. Huic actioni Guilhelmus ſenior quondam Landtgrauius I. & iam dominus Philippus filius eius, præſentis cauſæ rei, uehementer contradixerunt, ex multis fundamentis: cum quod propter confraternitatem ipſa actrix, ut fœmina, huius hæreditatis non ſit capax: tum quod & pactis dotalibus renunciarit &c̃. & quædam alia quæ per utraſq; partes in actis pluſquam diffuſe & prolixe diſceptantur. Hoc arduo in negocio, nomine illuſtrium principum I. conſultus ego Vdalricus Zaſius Doctor infra ſcriptus, negocium quidem conſulendi ſuſcepi, ſed in nullius partis fauorem deuinctus, ad meram ueritatem (pro qua, ut defendam, omnia 1
20 grauia ſunt ſubeunda. xiij. q. iij. c. nemo peritorum.) quatenus ab alto conceſſum eſt, ſuſcepi: oculos, ingeniũ, uires, animum, eô intendens, quô iuſtitiæ lanx deuergeret & declinaret. Vt autem ordinatius cuncta procedant, tria in hoc conſilio præcipua capita tractabimus. Primum caput circa confraternitatis pactum ſeu ſtatutum uerſabitur. Secundo, ad ius actricis pactáque dotalia, & quæ alia per eam allegata ſunt, deſcendam. Tertio quædam miſcellanea ex actis, aduocatorũque allegationibus extra ordinem occurrentia uentilabimus: adiecta pro totius negocij coronide, quæ ſub epilogo, quid iuris ſtatuendum ſit, colligat. Ad primum itaq; caput accedentes, circa confraternita
30 tis nodum tria dubia diſſoluemus. Primo igitur dubitari poteſt, an dicta confraternitas coiri potuerit. Secundo, an ijdem confratres ſeſe mutuò pactis conuentionibúsue hæredes facere potuerint. Tertio, an eiſdem conuentionibus fœminę à ſuccedendo excluſæ ſint: & dato eo, an certe ipſas excludi licuerit.

Super primo dubio primi capitis, uidetur dictos principes & fa- 2
milias ſeſe mutuò fratres pacto facere non potuiſſe: iura enim ſanguinis pacto non inducuntur. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. l. ius agnationis. ff. de pactis. Sicut & ius agnationis nec legari poteſt. dixi poſt Bart. in l. cætera. ff. de leg. i. Sed nec adoptione fratres fieri poſſunt. l. nec
40 apud. C. de hæred. inſtit. ubi eſt tex. Igitur &c̃.

Iam huiuſmodi ſodalitia factionem minantur intolerabilis potentię

quæ meritò ſuſpecta ſit uicinis: ſiquidem ex conſpirata id genus potentum factione, oppreſſuræ & uiolentiæ ſæpe oriuntur. argumento l. cum cognatum. C. de ingenuis manumiſſis. l. reſpiciendum eſt iudicanti. §. delinquunt autem. ff. de pœnis. Et ſolent huiuſmodi factiones cõtegi ſub nomine fratrum, adeò quod Græci φρατείαν eam conſpirationem nominauerunt. xi. quæſt. i. c. coniurationem. ubi corruptè phara treas pro phratrias legitur. Nec id ratione caret. Sæuam enim eſſe iniuſtitiam, Philoſophus in Politicis dicit, quę arma habeat, id eſt, armatam potentiam. fa. l. nolumus conuelli. C. de teſtamentis. l. qui potentiam. C. de omni agro deſerto. lib. undecimo. l. i. ff. de colleg. & corpor. illicitis. in princ.

Sed non obſtantibus his & alijs quæ obijci poſſent, decidendum eſt ſine ulla dubitatione, huiuſmodi confraternitates coiri potuiſſe, & eſſe iuſtiſsimè conuentas. Nam per eas confraternitates acceditur ad mores uetuſtiſsimi iuris gentium, in quo antequam bella naſcerentur, teſte Iuſtiniano, omnia communicabantur: erat inter omnes fraterna cõmunio. Quæ res uſqueadeo laudata eſt, ut ea ætas ſeculum aureum nominaretur. Hanc fraternam unionem Socrates & Plato in eorum republica, ſi in finibus honeſtatis manſiſſent, laudatiſsime induxiſſe iudicantur, cum omnia inter ciues communia eſſe iuſſere. Porrò nouimus Romanam urbem prima origine, & deinde temporum ſucceſſu, amicitiæ fœderibus cum extraneis populis non mediocriter auctam, quod Cicero in oratione pro Cornelio Balbo eleganter docet, dum enarrat, non ſolum Latinos populos Romanæ ciuitatis ab initio ſocios, ſed etiam uetuſto tempore Germanorum, Heluetiorum, & aliorum cum Romanis fœdera extitiſſe: quòd nihil aliud quàm pia & 4 æterna pax ſit in fœdere. Iſthæc fœdera ciuitates fœderatas uelut communes faciunt, altera alterius ditionem communiter conſeruat, ut colligitur ex l. non dubito. ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis. ubi dicit 5 Bartol. in hoſtes confœderatæ ciuitatis poſſe animaduerti, ſicuti in hoſtes noſtros. & Bald. in Authen. ſed omnino. circa iiij. col. C. ne vxor pro mar. ſocium confœderatæ ciuitatis poſſe in ciuitate confœderata repreſſalias (ita enim uulgò nominant) obtinere, ſicut in propria. Item 6 fœderatus fœderati iniuriam propulſare tenetur, quantum poteſt. xx. q. iiij. c. fortitudo. Et dicit Innocentius in c. ſi uero. de ſent. excõm. non eſſe excommunicatum eum qui ſocio uel familiari iniuriam propulſurus opem ferat. Quæ omnia ſi in confœderatis recepta ſunt, quanto plus in his qui fratrum iure ſimul connectuntur. Porrò ſi ſocij negociatores fratrum iure cenſentur. l. uerum eſt. in princ. ff. pro ſocio. quomodo non meritiſsimè fratrum iura noſtri principes uindicarent? Illi enim propter quæſtum & lucra, hi propter pacem, concordiam, quietem,

tem, tranquillitatem ſubiectorum. Hæ confraternitates, ut dicit An- 7
gel. conſil. cccIxxvi. efficiunt ut plura corpora in unam coëant eſſenti-
am, ut adeò non poſsit non adeſſe pax, ubi tam iucundi & utiles fra-
trum nexus interueniunt. Libuit hoc loco pulcherrimam Chryſoſto-
mi ſententiam inſerere, quum Homilia centeſima prima, inter alia di-
cit, nihil eſſe æquale conſentientium amicitiæ. Nam quamuis mini-
mus ſit qui unus eſt, ſi uero unanimes ſint duo uel decem, iam cū qui
unus erat, decuplum effectum, uno offenſo, decem offendi. Horum
quenq; uiginti manus habere, oculos uiginti, totidem pedes, & ita non
10 ſuis ſolum, ſed alienis etiam uel oculis tueri, uel operari manibus. Si ue-
ro ſint & centum & mille, uel eo amplius, idem eſſe, ſemper produ-
ci potentiam: atque adeo quod natura non poſſet, confici amicitiæ ne-
xu. Eam in rem uel ex hiſtorijs, uel ex moralibus doctrinis, etſi multa
mihi congerenda occurrerent, tamē quando hic tractatus alioqui plus
nimio extenditur, procedere uolui. Concludo igitur, dictam confrater 8
nitatem principum coiri iuſte potuiſſe: ad quæ allego l. ſodales. & quę
ibi ad finem colligi poſſunt. ff. de collegijs & corporibus illicitis.

Imò fortius dico, dictos principes cenſeri & haberi ac ſi eſſent legi-
timi & naturales fratres. Hoc enim Carolus Imperator, ut ſuprà à
20 principio in caſu narratum eſt, lege lata conſtituit. At quis negat Im-
peratorem hoc potuiſſe? Inſtitut. de iure naturali, gentium, & ciuili. §.
quod principi. cum uulg. Eſſet enim ſacrilegio ſimile, de eius poteſtate 9
diſceptare. l. i. & ij. C. de crimine ſacrilegij. ſa. gl. c. ex parte. ij. de foro
competenti. c. in memoriam. decimanona diſtinct. Huic ſuccedit ele-
gans doctrina Bald. in l. cum ex oratione. ff. de excuſ. tut. ubi dicit, pa-
ria cenſeri qualitatem alicui ineſſe per naturam, uel ex priuilegio. Ea- 10
propter & Comitatenſes ad ciuilitatem receptos, ueros eſſe ciues. ex
qua doctr. Soc. conſil. i. defendit fratrem uterinum pro agnato habe- 11
ri, poſtquam Imperator ei priuilegium agnationis tribuit. in l. memi-
30 nimus antea. C. de legitimis hęredibus. allegat l. ſi filius. ff. ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato &c̄. ubi fictus hæres omnia iura ueri
hæredis cōſequitur. & Bal. in l. gallus. §. & quid ſi. ff. de liberis & poſt-
humis hæredibus inſtituend. Quapropter cū in caſu noſtro dicti prin-
cipes priuilegio Imperatoris eiúsque lege lata ſint facti tanq; ueri & na
turales fratres, meritò pro talibus habebuntur.

Et non obſtat quod ſuprà prætendebatur, fratres pacto fieri non
poſſe: quia hoc uerum eſt, ut ſint ueri & naturales fratres: poteſt ta-
men Imperatoris lege conſtitui, ut pro talibus habeantur. Nec ob-
ſtat quod adoptione fratres non fiunt &c̄. quia hic non ſumus in caſu
40 adoptionis fratrum, ſed in eo caſu quo confraternitas conuentione mu
tua inter principes inita eſt, quod fieri ſuprà probauimus. Deniq; quid 12

impediret, si filius adoptari potest, quin & in fratrem aliquis adoptari posset, si hoc consentiret, iuberet, confirmaret Imperator? sicuti in nostram confraternitatem Imperator consensit, eamq; firmauit, ut iam docuimus. Ergo d. l. nec apud. nō obstat, quia ibi priuatus fratrem sine cō sensu Imperatoris adoptauerat. Nec obstant quæ de factionibus sodalitijs, & de immani potentia &c̄. obiecta sunt: quia de latronibus, nebulonibus, oppressoribus, conspiratoribus iniustis intelliguntur. Nos hic de honestissimorum principum concordia & fraternitate loquimur, quorum alij electores sunt Imperij, alij eiusdem Imperij columnæ superiores. Isti nebulones de quibus suprà diximus, copulantur, ut concutiant, opprimant, rapiant: hi uero nostri principes, ad pacem, tranquillitatem, defensionem subditorum (id quod literæ fraternitatum sonant) & item in Imperij Romani augmentū, connexi sunt. 10

13 Ad iniustum enim bellum alteri alteros iuuare non tenerentur: quod & literæ confraternitatum uolunt, & docuit Iaſ. in l. quidam cum filium. ff. de uerb. oblig.

14 Tandem & Doctores nostri eas confraternitates consuetudine esse receptas testantur. Ang. Imol. in l. ille autem. ff. de hæred. instit. Alexand. in l. si pater. C. eod. Iaſ. in l. licet. viij. not. C. de pact. quod ipsum usu uenire experientia rerum magistra in principibus Germaniæ docet. 20

15 NVNC ad secundum dubium primi capitis, an ijdem confratres sese mutuò hæredes facere pacto potuerint.

Et potest multipliciter contrà pugnari, uidelicet quod huiusmodi pacta non ualeant, imò sint utroq; iure reprobata. Nam notissimi iuris est,

16 pacto hæreditatem dari non posse, sed testamento. l. hæreditas. C. de pactis conuent. l. pactum quod dotali. C. de collat. l. pactum. l. fin. C. de pact. l. ex eo. C. de inutil. stipul. l. cum donationis. C. de transact. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. oblig. Sunt em̄ huiusmodi pacta cōtra bonos mores. d. l. ex eo. d. l. stipulatio hoc modo. & proinde meritò reprobata. l. pacta quæ contra. C. de pact. & inducūt uotū captan 30

17 dæ mortis. d. l. fi. C. eod. & item tollunt liberā testandi facultatem, quā tamen tolli non decet, quod libertatem supremi iudicij constringi non oporteat. l. si fratres. §. idem respondi. ff. pro soc. aliàs allegatur l. cum duobus. §. Papinianus &c̄. & Ia. gl. in c. ultima uoluntas. xiij. q. ij.

18 Quæ adeò uera sunt, ut pacta suprà memorata ne iuramento quidem ualidari possent, ut late tractat Alex. consil. xxviij. col. iij. lib. iij. Bart. in d. l. fin. in ij. q. C. de pactis. & Angel. ibi. Cyn. Bart. Angel. Salic. in d. l. pactum quod dotali. Bart. in l. si quis pro eo. in princ. ff. de fideiussorib. Baldus d. l. pactum. C. de collat. gl. in l. si quando. i. C. de inoffic. testam. Ant. de Butr. c. cum contingat. circa tertiam col. 40 de iureiur. Ludouic. Rom. in d. l. pactum. C. de collat. Dominic. de S.

Geminia-

Geminiano in c. quãuis. de pactis. in vi. Aluar. in c. moribus. de contr. inter do. & ag. & tenuit hoc consulendo Decius consil. lxiij. ad fin.

Contra has tam cõmunes opiniones quid dicemus? Nam ueremur, ut si uel hiscere cõtrà pergamus, uno omniũ ore Euthicetis exẽplo dam nemur, iuxta Imperatorum uerba in l. quoniã uenerabilis. C. de epis. & cler. Dabũt tamẽ mihi ueniã, si isthæc iura aliqua limitatione tẽperaue ro. Vnde breuiter aperiendo quæ sentiam, puto iura & rationes autoritatesq; suprà allegatas locum habere in hominibus priuatis, qui de hæreditate paciscerentur, cum eos nulla ratio excusaret. Veruntamen in negocio nostro res longe aliter se habet. Multis enim rationibus ostendi potest, principes illos uiros, nempe Duces T. & Landtgrauios I. conuentione iusta, pacta seu statuta successionum præsentis quęstionis cauisse. Et primo constat, quod in principibus nulla talis timetur sinisteritas quæ in priuatis, quod in eis rectitudo clariori lumine præfulgeat. epistola, Inter claras. C. de sum. trin. & fid. cath. faciũt quę traduntur per Bald. in c. fin. qui feud. dar. pos. Quo fit, ut omnis cõtractus principis, bonæ fidei esse intelligatur. Bald. c. i. §. si uero. in princ. de pac. Constan. in usib. feud. Proinde causæ finales quibus dicta pacta legibus improbantur, in eis cessant, ut & meritò leges huiusmodi in eis locum habere non debeant. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pat. cum uulg. Eo accedente, quod cum principes eorum numero censeantur qui publici iuris sunt, nempe magistratuum Romani Imperij. l. i. §. ius publicum. ff. de iust. & iur. probabile est eos non astringi his legibus quæ propter priuatorum pactiones proditæ sunt. arg. l. ius publicum. ff. de pact. Accedat id quod per manus traditur, principes & Comites in eorum territorio tantum posse, quantum Imperatorem in Imperio. Hoc enim Philipp. Corneus consil. cc. i. part. amplè tractat, qui dicit, principis testamentum ualere sine ulla solennitate. allegat Bald. in l. sancimus. C. de donat. in l. ij. ff. de orig. iur. i. not. & in procem. fforum. iij. col. Ioan. And. in tit. de instr. edit. §. porrò. in addit. ad Spec. Ang. consil. ccxvij. incipit, In causa accusationis, ij. col. Paul. de Castr. consil. ccxxviij. post princ. iuxta meam quotam, incipit, Super primo dubio. Et alibi idem Philipp. Corneus consil. cc lxxviij. post princ. qui allegat Bald. consil. lxxxiij. incipit, Recolo me consuluisse. Idem consulendo tenuit Philippus Decius consil. cxci. in prin. qui allegat Paul. consil. supradicto, quod dux sit loco principis in suo territorio. Et dicit Aegid. Bellamer. cõsil. xv. uers. iuxta quod. maie statẽ habere Comites & Barones. allegat Archidiaconũ in c. felicis. de pœn. lib. vi. Vnde sicut Romanũ principẽ nõ ligarent leges sup pactis hęreditarijs, ita nec duces & principes alios in suis territorijs ligari cõueniet. Ad hęc, tãtus est publicę utilitatis fauor, ut ea quę publicè utilia sunt, nõ includant in his quę lege prohibẽtur, ut elegãter docet las. in l.

19 20 21 22 23

cætera. §. ſed & ſi quis. ubi dixi. ff. de leg. i. qui allegat l. ſi quis in graui. §. utrunq;. ff. ad Syllan. l. hoc modo. ff. de cond. & demonſtr. & fa. gl. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. ij. Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſit. lib. xi. in l. ij. §. exercitū. ff. de his qui not. infa. Deniq; uulgò dicit,
24 publicam utilitatem præferri priuatę. l. utilitas. C. de primipilo. lib. xij. Bonū enim gentis melius eſſe, q̄; bonū unius, Philoſophus primo Ethicorum docuit. Et allegatur pro hoc diuinus Thomas ſecūda ſecundę,
25 quæſt. cxxviij. Quę utilitas publica tanti eſt, ut etiam priuatorū bona propter eam auferantur. l. Lucius. ff. de euict. l. item ſi uerberatū. ff. de
26 rei uend. fa. c. licet. de reg. iur. cum multis ſimilibus. Quinimo ea quæ aliquo modo eſſent publicè utilia, ijs cedunt in quibus eſt maior publica utilitas. laſ. d. l. cętera. qui allegat Bart. in Authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. & eſt text. in d. l. cætera. §. hoc ſenatuſconſul. ubi publica utilitas quæ uerſatur in eo, ne adfixa ædibus detrahantur, pluris eſt q̄; debita publica ſoluere. Adde quę tradit laſ. in l. ſi ex toto. ff. de leg. i. cū ſim. Nunc in propoſito certū eſt, quod cōuentiones prę ſentis quæſtionis propter bonum publicum, propter pacem, tranquillitatem, quietem ſubditorum, in augmentum Romani Imperij ſunt factæ, id quod literæ confraternitatum, & Carolina, de qua paulò poſt, apertè teſtantur: conſequens eſt eas q̄; maxime eſſe publicè utiles. Quæ enim ulla eſt publica utilitas maior, q̄; nō unam ſolam rempublicam, ſed plures Ducatus, Comitatus, dominia, prouincias, ſeruare cum honeſtate pacificas? Porrò quid per deum immortalem eſt quod principem magis commendet, Caſsiodoro dicēte, quàm quietus populus, tranquilla & ſecura cōuerſatio ſubditorum? Concordia enim paruę res creſcunt, (ut ille ait) diſcordia magnæ dilabuntur. Igitur conuentiones noſtræ quęſtionis, etiamſi alioqui pacta ſucceſsionum ſunt lege prohibita, ma ioris momēti ſunt, & publicæ utilitatis eminentia excellentiores, quàm
27 ut huiuſmodi prohibitiuis legibus includātur. Accedat, quod propter pacem, propter concordiam, propter uitandas turbationes, multa contra iuris ſeriem ſunt recepta. Sic enim princeps, imò & communitas, priuatorum iniurias propter bonum pacis contra ius remittit. Ang. in l. uenditor. §. ſi conſtat. ad fin. ff. cōm. præd. & in l. conuentionum. ad fin. ff. de pact. Ratio enim communis & publici boni animum facit ceſſare maleuolum. l. iniuriarum. §. is qui. §. quæ iure. ff. de
28 iniur. Sic & propter publicam utilitatem, res priuatorum auferri licet. d. l. item ſi uerberatum. ff. de rei uend. d. l. Lucius. ff. de euict. fa. quæ traduntur per Bald. in tit. de pac. Conſtan. §. hoc quoq; nos. ad fi. ubi
29 putat, prō benefacto haberi, ſi aliquid ratione pacis & quietis, contra ius factum fuerit. fa. gloſ. c. hoc quippe. iij. q. vi. & c. quis enim. xxiij. q. v. Nec enim ignotus eſt uerſus, Vt pax ſeruetur, moderamen iure tenetur. Ad prædicta allegari multa alia iura poſſent. Bart. l. quæcunque.

que. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. x. l. æquiſsimũ. ff. de uſufr. c. urgen. de re iud. c. fin. de tranſact. Rom. in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. mat. Sed faſtidiũ eſt in re aperta diffundi. Qui ergo pacta & conuentiones principum præſentis negocij tentet euertere, is pacem & quietem iam ab antiquo, imò à uetuſtiſsimo tempore, inter ducatus prædictorum principum laudabiliter obſeruatam, obturbare pergit & euellere.

Iam uero ſi præfatas principum conuentiones accuratius inſpexerimus, ad naturam ſtatutorum accedunt, & pro ſtatutis haberi iure poſsunt: ſunt enim ordinationes, quibus continetur, quo uinculo altera domus alteri nexa eſſe debeat: quo ordine ſit ſuccedendum: qualiter pacis, qualiter belli tempore altera adſiſtere alteri: qua fide, qua dexteritate altera domus alterius ſubditos regere, tueri debeat: & alia id genus, quæ nemo pactionibus priuatis, ſed publicis deputet conſtitutionibus. Nec eſt nouum, quod appellatione pacti ſtatutum ueniat. arg. c. quæ contra. in fin. viij. diſt. ubi dicitur, generale pactum eſſe ſocietatis humanæ, regibus obtemperare: quod tamen non pacto, ſed ſtatuto tribuendum eſt. Sic in ueteri teſtamento, ea quæ deus ſtatuit, uocabulo pacti ſæpenumero edicta ſunt: ut Hiere. xi. Verba pacti huius. & alibi. Adde quod pacta cũ ſtatutis ſunt conuertibilia, ut dicit Ioan. Cald. conſil. vij. in tit. de conſtit. Signor. conſil. ccxlv. qui allegat l. non impoſsibile. ff. de pact. gl. in rub. C. de decret. decur. & paſſim doct. in conſilijs & alijs locis. Licet aliquando ratione uariante, de altero ad alterum non arguatur. At hic nulla ratio uel uariat, uel impedit, ut conuentiones noſtras pacta nomines uel ſtatuta. Mens enim principum apertè patet, uolentium perpetuis ordinationibus conſulere paci, tranquillitati & quieti, ducatuum, Comitatuum & dominiorum &c̃. Quę mens quũ pateat, de uerbis & de nomine non eſt curandũ. gl. l. ſi in uenditione. ad fin. ff. cõm. præd. Bald. l. quamuis. C. de fideicõmiſſ. l. i. C. plus ualere. fa. l. iij. §. conditio. ff. de adim. leg. c. intelligentia. de uerb. ſignific. text. in l. ſi uno. in princ. ff. loca. l. inſulam. ff. de præſcript. uerb. cum uulg. Quæ cum ita ſint, conuentiones noſtræ quæſtionis uim & effectum ſtatutorum habent, quibuſcunque uerbis nominentur. At ſtatuta per principes circa modum ſuccedendi fieri poſſe, nemo eſt qui neſciat, ut qui regalia habeant, merique & mixti imperij exercitium. Bart. in l. omnes populi. uerſ. quarto quæro. ff. de iuſt. & iur. Et latius proſequitur Alexand. conſil. cxxiij. col. ij. iiij. parte. Quod ſi etiam ſtatuta non eſſent dicta, tamen fraternitas ſaltem conſuetudine defenditur, quando iam à centum uel quinquaginta uel circiter annis, ea fraternitas in domibus & familijs dictorum principum obſeruata fuit. At conſuetudinem in huiuſmodi rebus & ſucceſsionibus introduci poſſe, etiam per familias nobilium, nedum per principes, iure receptum eſt. Ioan. And. in addit.

ad Spec. in tit. de inſtr. edit. §. compendioſe. uerſ. ſed nūquid dicemus, quam addit. Ang. Imol. in l. iij. ff. de teſta. dicūt nō eſſe alibi, & eam adprobant Alex. in l. ſi non ſpeciali. ij. col. Ang. in l. fin. C. de teſta. dummodo tamen ea nobilium progenies habeat imperiū, & ſic poteſtatem condendi leges. Iaſ. in l. ſi quis à filio. §. fin. & ibi latius dixi. ff. de leg. i. Poſſe autem in huiuſmodi genere ſucceſsionū de quo nos tractamus, ſtatui, & cōſuetudinem introduci, in proceſſu ſequentium docebitur.

35 Sed age fortius urgeamus. Certum eſt quod inter milites pacto poteſt dari hæreditas, etiam ſi ad belli diſcrimen non pergant, iuxta uerū
36 intellectum l. licet. C. de pact. ſed duces & Comites ſunt milites. l. i. §. miles. ff. de re milit. l. ij. C. de domeſt. & protect. lib. xij. De comitibus habes per Cornel. Tacitum in libro de moribus Germanię, qui ſcribit,
37 duodecim ex melioribus militibus comites ducibus adiunctos fuiſſe, unde Comitum eſt origo. Quicquid ergo militibus eſt indultū, idem & ducibus indultum cenſeri, tanto felicius, tanto prærogatius, quanto ſunt principes militibus eminentiores. Et ne diffundar in re aperta, una Bal. doctrina ſufficiat, qui dicit in l. precibus. C. de impub. & aliįs ſub-
38 ſtit. (ut eum ibidem poſt prin. Iaſ. allegat) priuilegia quæ in ſucceſsionibus data ſunt militibus, etiam principibus terræ competere. quod & Alex. ibi ſequitur, & Claud. de Siſello. Qua tam eleganti doctrina nihil dubij relinquitur, quin d. l. licet. in qua pacto datur hęreditas, in principibus quoq;, nedum in militibus, locum habeat. Tandem pro cardi-
39 ne negocij Carolinā adduco. Nam Carolus IIII. Imperator Romanus in huiuſmodi ſucceſſionū pacta conſenſit, ut fierent, & facta confirmauit. Motus enim iuſtiſsima ratione, ſcilicet quod ex fraternitate illa, pace q; & concordia principalium & ſubditorum, Imperium Romanū incrementum ſumeret, in feudum dictam fraternitatem cum ſuis pactis, utriſq; familijs principū conceſſit, conſtituitq; & uoluit eoſdem principes tanq; naturales fratres dici alteris alteros, iuxta cōtinentiā fraternitatis & pactorū, ac ſi ex unis & eiſdē parētibus proceſsiſſent ſuccedere, ſpeciali & pragmatica lege propterea lata, derogauitq; iuribus in cōtrariū. Quo caſu iura ſuprà allegata, quibus pacta ſucceſsionū improbantur, in hūc caſum operari nō poſſunt, utpote, quod cōſtitutione poſitiua & ſcripta lege, pacta ſucceſsionū noſtrę quæſtionis ſint cōfirmata. & debet ea lex meritò pragmatica cenſeri, poſtq; in tam magnifico & ſplendido procerū Imperij conſeſſu, eorumq; præſentia & cōſilio lata eſt. l. iubemus. i. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Nec enim minorem habuit Carolus legis condendæ poteſtatem, imò maiorem rationem q; anteceſſores ſui, qui paria pacta militibus indulſere. d. l. licet. Taceo hic Sigiſmundi, Federici, Maximiliani, tam repetitas inueſtituras, quibus dicta
40 fraternitas cum eorum pactis & continentijs in feudum principibus præfatis cū regalibus cōceſſere. Eſſent hic de poteſtate Imperatoris

Roma-

Romani nonnulla fortaſſe differenda, ſed quia omnes doctorum libri ea in re pleni ſunt, ſuperſedendum putaui, licet in ſequentibus aliqua quaſi ſuſpenſo pede tangantur. Nunc ergo ad obiecta breuibus reſpondentes, non obſtat quod primo prætenditur, per pacta ſucceſſionum, uotum induci captandę mortis: quia de hoc in præſentia ne mentio quidem haberi debet, poſtquam dicta pacta ex cauſis iuſtiſsimis à ſupremo legumlatore principe Romano firmata ſunt & roborata. Deniq; principes dictę fraternitatis eorũq; anteceſſores, centũ & quinquaginta annis uel circiter in huiuſmodi fœderibus & ſtatutis ſtetere, & nihil unq; ſiniſteritatis in eis compertũ eſt. & à præteritis ſumitur coniectura. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Item & natura confraternitatis præſentis non patitur uotum captandæ mortis. Cum enim altera domus alteri non antè ſuccedat, q; ſi deceſſerit ſine maſculis hęredibus, quomodo poteſt captari eius mors qui nondum natus eſt? Cæterum tam ſiniſtra uota captandę mortis Italis relinquimus, apud Germanicam integritatem parum cognita. Item non obſtat, quod pacta ſucceſſionũ cenſeantur contra bonos mores &c. quia hoc poſſet uerũ eſſe in perſonis priuatis, qui ad lucra inhiantes, nulla iuſta cauſa hæreditatum compendio paciſcerentur: ſicut olim Romę factum eſſe, ſatis ex hiſtoriis & Poëtis conſtat. Si autem huiuſmodi conuentiones ex iuſta cauſa, cõſtitutione Imperatoris accedente, erigerẽtur ſtatuto uel cõſuetudine, eas nemo peritus cõtra bonos mores eſſe dixerit. Quis em̃ tam incocti & intẽperati iudicij fuerit, qui d. l. licet. C. de pact. (quę ſimilia indulget) cõtra bonos mores eſſe dicat? Quapropter nec in caſu noſtro improbis moribus locus eſt, & tãto minus, quod noſtra pacta nõ à priuatis, ſed à principibus inita ſunt, & ſunt ornamẽtis, publicæ utilitatis, pacis & quietis popularis, inſtructa, & pro incremẽto Rom. Imperij facta, id quod omnes propè literæ fraternitatũ docẽt, & teſtat̃ Imp. Carolus. Hæc om̃ia quia ſunt manifeſtiſſima, quid eſt quod reuerẽdiſſimos dños iudices pluribus diſtinemus? Quod aũt prętendit̃, pacta ſucceſ- 39
ſionũ nec iuramẽto firmari &c. nõ eſt expeditũ, & multi contrariũ tenẽt. Siquidẽ Philip. Corn. cõſil. ccxij. ad fi. ij. part. & cõſil. ccxciij. iij. parte, cõtrariũ cõſuluit, uolens rem cõtra bonos mores dupliciter intel 40
ligi. Ea em̃ aliquãdo dici cõtra bonos mores, quos ius ciuile improbos eſſe diceret: & talia pacta iuramento firmari, quod nõ ſint cõtra ſalutis interitũ. Alios eſſe improbos mores naturaliter, ut quia contra animæ ſalutem forent, tunc iuramentum nihil efficere. & ſic intelligi c. non eſt obligatoriũ. allegat pro hoc Dynum in d. l. ſi quis pro eo. Spec. de inſtr. edit. §. compendioſe. uerſ. ſi iurauerit. Imol. in c. cum cõtingat. col. xij. & ibidem Abb. de iureiur. Bald. Paul. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Bald. in l. pactum quod dotali. xix. quæſt. C. de pact. Idem Bald. Imol. in l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. i. cũ quibuſdam aliis. & idem

Philip. cõsil. lx. col. iij. ij. parte, idipsum cõsuluit, licet timide firmet, ut solent qui à fune pendent opinionũ. Sed quia ea res parũ deseruit proposito nostro, cũ & per iuramentũ cõuentiones præsentis quæstionis ex rationibus suprascriptis sint ualidæ, unde hunc nodum in præsentia latius nõ discutimus: etiãsi uerũ sit, quod in secunda fraternitate principes eam confraternitatẽ iurauerint, quod tamen nõ erat opus, cũ aliàs per præmissa essent securi. Distinctionem tamen quã Philip. Corneus circa mores improbos posuit, semper probauimus in lectionibus nostris, ut quæ sit ueritati, rationi & naturæ consona: pro qua addo elegantem determinationem Baldi in rub. C. de condict. ob turp. caus.

Non obstat ultimo quod suprà prætẽdebatur, per huiusmodi pacta successionum tolli liberam facultatẽ testandi &c. quia hoc non est uerum. Principes enim præsentis quæstionis in secunda fraternitate renouata, facultatem testandi in summa certa bonorum sibi mutuò reliquerunt. Et satis dicitur is testari libera uoluntate posse, qui in bonis certis hæredem quem uult instituere potest: quod Bald. & communiter Doct. in d. l. fin. C. de pact. in d. l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. obligat. tenent: & tenuit Alexand. consil. xxix. in v. parte. col. vij. mihi. in uers. uidentur etiã ualere. allegat l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. ubi hoc à remotis colligitur. l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donat. & quædam alia. Deniq; si etiam dicta fraternitas facultatem testandi prorsus sustulisset, hoc tamen reprobari in casu nostro non posset, postquam Imperator in eam confraternitatem consensit, eam lata pragmatica lege firmauit & adprobauit, ut suprà tactum est. Nam facultas testandi per ius ciuile introducta est. l. iij. l. si quæramus. in fin. ff. de testam. l. moribus. ff. de uulg. unde per Imperatorem in quibusdam personis ex causa tolli potest. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. Nam uidemus quod ius ciuile filiofamiliâs interdicit facultatem testandi: item prodigo, item uniuersaliter omnibus ante xiij. annum, item obsidibus, item surdo & muto, nisi à principe impetrent: si interim multos alios casus taceam. Cur etiam Imperator facultatem testandi in principibus nostris tollere non potuisset, ut eo firmior esset fraternitas, ex qua tot fructus, tot utilitates, ut suprà diximus, orirentur? Quid quod & Ang. in Authen. ut factę nouę cõstit. §. i. docet, facultatẽ liberã testãdi statuto tolli posse? ut eũ allegat Ias. in d. l. stipulatio hoc modo. post prin. ea ratiõe, quod ius ciuile, à quo testatio originẽ sumpserit, per aliud ius ciuile tollat. allegando Dyn. in c. indultũ. de reg. iur. & quędã alia. Et clarius idem Ang. cõsil. cccxxiij. tenet, lege municipali posse ex causa tolli factionẽ testamenti, quod testamentũ à iure ciuili sit, etiam si sit iuris publici. d. l. iij. ff. de testam. allegans eam in rem multa. Legem enim municipij tantum posse inter subditos, quantũ ius scriptũ in orbe. l. cũctos populos. C. de sum. trin. & fid. cath. fa. c. i. de cõstit. lib. vi.

& fa.

& fa. ſecunda cõſtit. C. §. hunc. ubi Imp. expreſſe omnia uetera iura tollit. Et q̃d teſtamẽti factio à principe ſit, fa. l. ſi quãdo. C. de inoff. teſta. Inſtit. de teſta. in prin. & dicit l. iij. ff. eod. Nemo ergo tumultuari poſſet, ſi principes in eorũ fraternitate, ex cauſa publicæ utilitatis, teſtamẽti factionẽ inter ſe penitus ſuſtuliſſent, quod tamẽ nõ fecerũt, ſed mode ramẽ duntaxat teſtamẽtis faciendis impoſuerũt, quod eis & iure licuit, per iura ſuprà allegata. Quod ſi in d. l. licet. pacta ſucceſsionum inter milites, eis ſunt loco ſupremi iudicij: cõcludendũ igitur ex ueritate puto, dictam cõfraternitatẽ iuſtè & legitimè eſſe coitã, alteramq; domũ alteri, iuxta cõuentiones principũ, ſuccedere rectè & legitimè poſſe, non obſtantibus legibus pacta ſucceſsionũ prohibentibus, ut ſuprà fundatiſſime euicimus. Et in huius dubij diſſolutione, totius cauſæ cardo uertitur. Proinde non ſunt negligenter expendenda quæ iam ſuprà eam in rem ſcripſimus, ſumq; paratus doceri à quocunq; melius ſentiente, cui tamen, ſicut mihi eſt, amica ſit ueritas.

Venientes ergo ad tertiũ dubiũ primi capitis, eandem dubitationẽ in duas diuidimus particulas. Prima, an fœminę per dictã cõuentionẽ ſeu fraternitatẽ, ſint à ſucceſsione hæreditaria excluſæ. Deinde, an excludi iure potuerint. Quo ad primã particulam, ex literis cõfraternitatum ſatis patet, eas fœminas excluſas eſſe. Cum em̃ literæ huiuſmodi apertè diſponãt, quod decedẽtibus Landtgrauijs l. ſine hęredibus feudalibus, ſuccedere debeãt principes T. &c̃. cõſequens eſt, fœminas in ducatu l. natas, à ſucceſsione excludi, cũ nomine hæredũ feudaliũ maſculi intelligãtur. c. & ſi clientulus. de alie. feud. Tum quia certi iuris eſt, quod nominãdo hęredes maſculos, fœminę excludũtur. Genus em̃ ad ſpeciẽ determinatã reſtrictũ, cęteras ſpecies excludit. Sic nomẽ hæredis ad maſculos reſtrictũ, nõ comprehẽdit fœminas. Card. c. quãto. de off. ord. d. c. & ſi cliẽtulus. de alie. feud. fa. quod uulgò dicit, generi per ſpeciẽ derogari. regula, generi. Tum etiã, quod cũ ex duobus de altero diſponit, taxatiua intelligitur ut alterũ excludatur. l. cũ prętor. ff. de iud. c. qualis. xxv. diſt. dixi in l. ſi cũ dotem. in prin. ff. ſol. mat. & fa. Bart. in l. Iulianus. uerſ. ſequit. de ſententia abſolutoria. ff. de cõdict. indeb. ubi quia natura debitor manet, nõ ergo ciuiliter. Sic in præſentia, ſi hæredes maſculi ſuccedere debent, non ergo fœminæ: & adeò qui includit unũ, cætera excludit. d. l. cũ prętor. & fa. gl. in l. qui pluris. i. uerſ. ad ſuperſtites. ff. de uulg. Tum etiã, ſi domus T. fœminas excluderet in caſu non exiſtentium maſculorum domus I. longe fortius maſculi ſuperſtites eas excludent. per regulam, Si uinco uincentẽ te &c̃. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & temp. præſcrip. laſ. in l. ſi cui legetur. §. hoc autem. num. xi. ff. de leg. i. cum uulg. Proinde nõ obſtat quod prætenderetur, fœminas in prima fraternitate non excluſas &c̃. quia mens & indubitata ratio conuentionis eas excludit, quæ mens poſtea in ſequenti-

bus fraternitatibus expreſsius relucet, in quibus clarè diſponitur, quo modo debeat fœminis prouideri. Nimirū ſi debuiſſent fœminę participes fuiſſe ſucceſsionis hæreditarię, nō erat opus ullā fieri ſpecialē prouiſionē. arg. l. i. C. de theſaur. lib. x. l. in cauſæ. ff. de minor. cum uulg.

50 Mentem aūt & intentionē ſtatuti attendi debere, iuribus uulg. cognoſcitur. l. in cōuentionibus. ff. de uerb. ſig. l. i. §. hoc interdictū. ff. de fonte. Bal. l. quicūq;. circa v. col. C. de ſer. fugit. cū ſim. Non ergo dubiū relinquitur, fœminas à ſucceſſione hæreditaria Ducatus l. eſſe excluſas.

An autem excludi fœminę iure potuerint, nodus nō eſt difficilis. Vn de dimiſsis quæ in contrariū obiici poſſent, de l. maximū uitium. C. de 10

51 lib. prętet. & ſi qua ſint ſimilia, credo expeditū eſſe, tales conuentiones ſeu ſtatuta fieri poſſe, ſicuti per totā Italiā ſtatuta fœminas à ſucceſſione excludunt, dum dotibus prouideātur. Hoc enim Doct. Bart. Bald. Ang. Alex. Iaſ. & cæteri in ſuis lecturis tanq; certū & cognitū ſupponunt. Habet autem ea fœminarū excluſio euidentes rationes. Intereſt

52 enim reipub. quod familiarum ordo & dignitas cōſeruetur. l. i. §. ſed &

53 ſi ſeruus. ff. de uentr. inſpi. Et ſine diuitijs ea dignitas ſalua eſſe non poteſt. Authen. de teſti. §. ſancimus. l. pietatis. C. de ſuſpect. tut. l. creditores. ff. de priuil. cred. facit quod cū per maſculos gerātur onera reipub. l. fœminæ. ff. de reg. iur. unde & cōmodum ſentire debent. l. ſecūdum 20 naturā. ff. de reg. iur. l. i. §. fin. de aq. plu. arc. Item quia in fœmina nupta

54 finitur familiæ & agnationis nomen. l. pronūciatio. in fin. ff. de uerb. ſig. ſequitur enim forum nouum & familiā uiri. l. fœminæ. ff. de ſenat. l. cum quædam. ff. de iuriſd. om. iud. At fœminæ quia naturaliter nubere cupiunt, & liberos parere, ad nuptias ſunt deſtinatæ. l. ij. C. de indict. uid. toll. Vnde ſi fœminæ in huiuſmodi principum familijs ſuccederent, tales familiæ facile uel caderent uel declinarent, in alienasq; familias bona transferrentur: quod ne fieret, Deus in ueteri teſtamento lege cauit. c. fi. Numeri. Non ergo immeritò ſic uiſum uetuſtati fuit, iura cō ſtitui, ut hæreditates ad maſculos confluerent. Inſtit. de leg. ag. ſucceſſ. 30 §. quod ad fœminas. Deniq; & lege Voconia mulieres à ſucceſsione olim prohibitæ ſunt: quod licet Iuriſtæ communiter ignorent, tamen

55 eius legis Cicero in oratione pro Corn. Balbo meminit. Hoc eſt quod Auguſtin. de ciuitate Dei, lib. iij. cap. xxi. dicit, intra ſecundum & tertium bellum Punicum lege cautum fuiſſe, ne quis hæredem fœminam faceret, ne unicam quidem filiam: nimirum de lege Voconia ſentiens. cuius meminit etiam Pomponius Lætus, dum de Romanis legibus

56 tractat. Pro hac fœminarum excluſione per Doct. paſsim multa allegantur & in lecturis & in conſilijs: allegatur enim Baldus in l. i. C. quæ ſit long. conſue. & in d. l. maximum uitium. C. de liberis prætet. 40 Bal. in l. nō dubium. C. de ll. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. l. i. ff. de iur. immu. Cyn. in l. publico. C. de adult. cum

ſimil.

simil. quæ ample prosequitur Philipp. Corne. consil. xxvi. quasi per totū, iiij. part. Pro dicta exclusione consuluit Ang. uarijs in locis, consil. cxlvij. & alibi. Nec finem facturus sum, si omnia omnium allegare contendero. Accedat Carolina pragmatica constitutio, quæ dictas fraternitates, & ex consequenti fœminarum exclusiones, roborat, & lege lata firmat. Adde & Imperatorum Sigismundi, Federici, Maximiliani inuestituras, qui easdem fraternitates cum earum consequentia, principibus utriusq; domus in feudū concesserunt. contra quæ robora & fundamenta, non puto audiendum quenquã, qui contradicere per-
10 gat: siquidem secundum principis cõstitutiones iudicandum est, non 57
de eis disceptandum. c. in istis. iiij. distin. Butr. in d. c. ex parte. ij. post gl. ibi. de foro comp. d. c. in memoriam. xix. dist. Nec obstat quod pro parte actricis prætenditur, confirmationes & inuestituras Imperatorum non ualere, eo quod per huiusmodi concessiones & confirmationes ius tertij non uocati uioletur &c̄. Nam non docetur ullas tunc fœminas extitisse, cum fraternitates istæ sunt uel erectæ, uel per Cæsareas constitutiones stabilitæ. Quod si etiam aliquæ in uita fuissent, uocari tamen eas non erat necesse, quandoquidem nihil iuris habebant, quod eis in uita parentum esset quæsitum. Deniq; non poterat censeri
20 ullum eis inferri grauamen, cum de earum prouisione in dictis fraternitatibus tam piè sit dispositum. Quod si etiam eis uiolata essent ulla ipsarum iura, hoc tamen fauore tam euidentis publicæ utilitatis licebat. Nam suprà satis probauimus, iura priuatorum per principem 58
fauore publicæ utilitatis auferri, nedum lædi posse. d. l. Lucius. ff. de euict. d. l. item si uerberatum. ff. de rei uendic. Et fa. elegans & memorabilis sententia Cassij apud Cornelium Tacitum, qui lib. xiiij. circa fin. Habet, inquit, aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur. Quibus cõsequens, quod fœminæ, si etiam uocatæ per Cæsarem fuissent, dictæ tamen conuen-
30 tioni, & Cæsareæ cõstitutioni, propter publicæ utilitatis tam amplum fauorem, contradicere non potuissent. Vnde eas nec uocari necesse erat: non enim uocandus per Cæsarem est, cuius præsentia actum ge- 59
rendum non prohiberet, ut dicit Salic. l. ij. C. de ll. & fa. regula, qui potest. ff. de reg. iur. Adde uulgatum illud quo dicitur, Cum princeps ple 60
nitudine potestatis utitur, nõ opus esse uocari tertium. Doct. l. gallus. §. & quid si tantum. ibi Iason post Doct. num. xlvij. ff. de lib. & posthum. Alexand. latè consil. ccxvi. ij. parte, qui pro hoc multa allegat. & idem sæpe alijs in consilijs, uolentes quod etiam sine causa possit auferri ius tertij non uocati, si utatur plenitudine potestatis: quod tamen
40 ego nunquam nec credidi, nec docui, ut alibi in Intellectibus nostris pluribus disputamus. Hic tamen quia causa interuenit iustissima, nempe publicæ utilitatis incrementum, meritò Romanus Imperator usus

plenitudine poteſtatis, præiudicare fœminis potuit, maxime quod eis aliàs ex honeſtate prouideri oporteat.

Tandem non obſtat quod pro parte actricis in actis prætenditur, dictas fraternitates propter fœminarum excluſionem eſſe contra ius diuinum & humanum, allegantes neſcio quod dictum Auguſtini, fortaſ-
61 ſe c. fin. xvij. quæſt. iij. &c. quia ſicut ſucceſsio, ita ſucceſſionis excluſio iuris ciuilis ſunt. l. lege obuenire. ff. de regulis iuris. Inſtit. de legiti. agnatorum ſucceſſione. §. quod ad fœminas uero attinet. nec quicquã habet cum iure diuino commune. Imò ſaluator noſter rogatus ab aliquo, ut fratrem eius iuberet hæreditatem diuidere, noluit, quod negaret ſe eſſe conſtitutum hæreditatis arbitrum, & ſimul deteſtatus auaritiam, monuit ſuos ut ab eo cauerent. Lucæ cap. duodecimo. Imò è contrario ſaluator iubet, ne theſauros in terra reponamus. Matth. capite ſexto. Et alibi eodem capite monuit, non poſſe nos Deo ſeruire & temporalibus. Et item præcepit, ne poſsideamus aurum neque argentum, Matth. cap. decimo. Et alibi adoleſcentem iubet, non adire hæreditatem, ſed omnia uendere quæ habeat, ſi uelit ſe ſequi. Marci decimo. Quæ omnia ideo latius exequor, quod error non eſt immodicus, ſentire uel dicere, quod ius ſucceſsionis hæreditariæ, ſit de iure diuino: quæ tamen nihil magis diuinum habet, quàm ulla alia res poſitiua.

Nec obſtat dictum Auguſtini, quo fertur noluiſſe bona legitimis hæredibus debita. d. c. fin. quia Auguſtini uerba non ſunt ius diuinum, erátque ſui arbitrij bona temporalia ei tunc oblata, accipere aut reijcere. Licet naturalis æquitas, quæ ibidem per ius poli intelligitur, non patiatur filios ſine cauſa exhæredare. Nec obſtat Numeri caput uiceſimũ ſeptimũ, ubi dominus ſuper hereditatum ſucceſsione cõſtituiſſe legitur. Quia ex mente Theologorum, iuris diuini leges in triplici ſunt differentia: ſunt enim ceremoniales, ſunt & iudiciales, & morales. Priora duo genera tametſi ſint iuris diuini, abierunt tamen ſucceſſu noui teſtamenti: quia nec ceremonijs nec iudicialibus ludeorum utimur: ſolæ morales in nouo teſtamento durant, ut ſunt decem præcepta &c. Denique lex domini in d. c. xxvij. ideo indulſit filiabus hæreditatem deſinentibus maſculis, quod dominus eadem lege conſtituerat, eaſdem filias in tribu & familia propria, non in aliena, nuptum iri. Quod ſi filiæ non feciſſent, dominus eas quodam uelut iure ab hæreditate excluſiſſet: id quod apertè cauetur d. c. fin. in libro Numer. ubi abominatur dominus poſſeſsionem unius familiæ transferri in alienam. Quod ſi hodie apud nos hi mores in familia uel tribu nubendi reciperentur, non eſſent fœminæ excluſæ à ſucceſsione nec lege nec ſtatuto. Sed fingamus d. c. xxvij. etiam hodie uigere, ut deſinentibus maſculis fœminæ ſuccedant, ſicuti ſunt multa eo tenore

nore nobilibus ſtatuta: hoc tamen in negocio noſtro non officeret. Cum enim Principes I. in fratres ſuos ueros & naturales, Imperatore id firmante, adſciuerint Principes domus T. & hæredes maſculos, ut ſic omnes pariter cenſeantur fratres legitimi: quibus omnibus tanquam maſculis ex utraque domo deficientibus, non credo controuerſum iri, quin fœminæ, quæ tunc uixerint, ius ſucceſsionis quęrant. Sed quando uenient ea tempora?

Quæ cum ita ſint, errare mihi uiſi ſunt Aduocati dominæ actricis, qui d. c. xxvij. Num. pro ſe aliquanto aſſeuerantius allegarunt, quod tamen eos omnem in partem oppugnat.

Reſtat adhuc nodus, an fœminæ à ſucceſsionibus, ut prædicitur, excluſę, ſint ab omnibus bonis excluſę. Nam quod à Ducatibus, Comitatibus, iuriſditionibus, territorijs, & alijs quæ eis appendent, ſint excluſæ, credo nemo controuertet, cum tales Ducatus, Comitatus, iuriſditiones &c. ſint feuda maſculina ab Imperio Romano: & regulariter omnia feuda ſunt maſculina, niſi expreſſe probentur fœminina. c. i. §. hoc autem notandum. ibi Aluarot. Præpoſ. & alij. qui feudum dar. poſſ. c. i. §. & ſi clientulus. de alien. feud. in uſibus feud. & ſæpe alibi. Et quia inepta res eſt fœminas iuriſditionibus & officijs præſe uirilibus. l. fin. C. de arbitr. l. fœminæ. ff. de reg. iur. & Doct. paſſim, cum ſcribunt de lege Salica. De priuatis uero & mobilibus bonis an ſint excluſæ, in caſu noſtro dubitari poteſt. Et poſſet uideri eas excludi tantummodo à dominijs, territorijs, & iuriſditionibus &c. non autem ab alijs mobilibus uel immobilibus, quorum fœminæ capaces eſſe poſſunt. Nam prima fraternitas duntaxat territoria, & homines complectitur. Sic & aliæ ſequentes fraternitates, ut habeat locum argumentum ſuprà tactum, quo dicitur, incluſione certorum alia excludi. d. l. cum prætor. Et quia Imperatores Romani Landtgrauios I. ſolum inueſtierunt de feudis Imperij, ſicuti eſt Ducatus, cum alijs regalibus: bonorum autem priuatorum & mobilium nulla fit mentio, ut nõ immeritò in ſuo iure manere debeant, maxime quod dictæ fraternitates quo ad excluſiones fœminarum ſint odioſæ. Bald. d. l. maximum uitium. C. de liberis præteritis, cum uulgat. Vnde non debent extendi per odia &c.

62

Sed his non obſtantibus, puto fœminas ab omnibus bonis, ſiue ſint dominia, territoria, iuriſditiones, caſtra, oppida, uillæ, feuda, pignora mobilia, uel alia quę ad Ducatum I. pertinent, eſſe excluſas. Et licet primæ literæ fraternitatis hoc apertè non exprimant, tamen Carolina explicatius rem complectitur, quæ literas fraternitatis enarrans, non ſolũ Ducatus, territoria ſeu prouincias, & homines, ſed etiam iuriſditiones, feuda, & alia bona cum pertinẽtijs, in dictam fraternitatem ueniſſe de-

63 clarat. At appellatione bonorum ueniunt mobilia & immobilia iura, & actiones &c. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom. l. rem alienam. ibi
64 Bart. ff. de pignor. act. Appellatio autem pertinentiarum quàm sit lata & extenta, nemo peritus ignorat, per ea quæ tradit Innoc. in c. cum ad sedem. de restit. spol. fa. l. i. §. cum urbem. ff. de off. præf. urb. Deniq; cũ fœminæ excludantur ne succedant, à tota successione exclusæ intelli-
65 guntur. Nam res simpliciter nominata, tota uenit. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. Et quia excluſus à successione, etiam ab hæreditate est excluſus. arg. l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. Et quod bona etiam mobilia in dicta fraternitate includantur, satis per 10 sequentes literas fraternitatum constare potest, & præsertim in secunda, in qua disponitur, fœminis de earum prouisione ex bonis mobilibus esse satisfaciendum. Quod nisi bona mobilia continerentur, quo modo per ea fœminis posset satisfieri? quod ad sensum patet, & fa. in argum. l. i. §. Iulianus. in uers. itaque inutile. ff. de itin. act. priuat. Euidenter igitur constare puto, fœminas per literas fraternitatis esse excluſas à successione omnium bonorum Ducatus I. excludique ab eis iure potuisse.

Sed hic imminet maius dubium, an domina actrix in pactis dotalibus sub conditione hæreditati parentum renunciando, aditum sibi 20 ad successionis facultatem existente conditione fecerit? Accedentes igitur ad secundum caput principale, hunc nodum non facilem, quatenus ab alto conceditur, explicabimus. Tria autem in hoc secundo capite examinabimus. Primo, quid operetur dicta renunciatio. Secundo, quid operetur pro domina actrice cessio iuris. Tertio, an prouisio facta per fratrem dominæ actricis Landtgrauium Guilhelmũ de consensu aliorum principum, dominæ actrici suffragari possit.

Super primo. Suprà in casu summario narrauimus, dominam actricem, cum matrimonio iungeretur Comiti de O. renunciasse hæreditati patris & matris, nisi contingeret patrem eius & filios eius sine ma- 30 sculis hæredibus morte defungi: tunc enim dominæ actrici & hæredibus suis reseruatum esset ius hæreditarium ad materna bona, & ad alia ex Comitatu L. prouenientia &c. Ex huiusmodi renunciationis conditionalis clausula, duo pro domina actrice urgere uidentur. Primo, quod ista renũciatio ostendit, dominam actricem hæreditatis parentum fuisse capacem. Priuatio enim præsupponit habitum. l. de-
66 cem. & quæ ibi dixi post Doct. ff. de uerb. oblig. Et constat non posse renunciari iuri quod non sit. gl. in l. ij. C. de pact. & melius in l. si quis legauerit fundum. ff. de leg. i. Siquidẽ non entis nullæ sunt qualitates. l. eius. ff. si cert. pet. Et nõ debet ea renunciatio esse eluſoria. l. iuris gen- 40 tium. §. sed si fraudandi. ff. de pact. Secundo, quod renunciatio non fuit purè, sed sub conditione facta, si parens cum filijs sine prole masculina

lina decederet. At ea conditio defecit: nam frater dominæ actricis sine masculis decessit, quo casu eius conditionis defectus facit ac si à princi- 67
pio nõ sit renunciatũ. l. qui potior. l. qui balneũ. ff. de pignor. act. Verũ nulla renunciatione facta, remansisset ei ius succedendi, quod & iam ei cœpit cõpetere. Tertio, hoc prouisum est expresse in literis dotalibus, ut in defectum conditionis, reseruatum sit dominæ actrici ius hæredi- 68
tarium, ac si ipsa non renunciasset: quæ reseruatio conseruat ius. l. si debitor. §. i. ff. quemad. pignor. uel hyp. sol. Quid hic dicemus? Verba renunciationis conditionalis sunt aperta: an cauillabimur? ut uerba
10 luriscõsulti usurpem, in l. i. ff. de reg. Cat. Aduocati domini principis uaria & quidem acuta disputant. Ego securus subtilitatum, quid mihi ex ueritate uideatur, sequentibus cõclusionibus aperiam. Prima: Renũciatio dñę actricis quo ad bona paterna, ex euẽtu cõditionis adiectę in pactis dotalib. nõ cecidit: quod apertè patet ex uerbis dictæ cõditionis. Nam à principio domina actrix renũciauerat bonis patris, matris, & omni iuri. Postea adjcitur: Si pater cũ filijs suis sine prole decederet, reseruari ei deberet ius ad bona materna &c̃. Hic nihil reseruatur super bonis paternis: quapropter in eisdem bonis renunciatio non infringitur. Nam quod non mutatur, cur non stare non permittitur? d.
20 l. sancimus. C. de testam. Et fa. quod suprà diximus, uno incluso cæte- 69
ra excludi. d. l. cum prætor. Et est pro hoc gl. not. in l. transigere. C. de transact. ubi gl. eleganter perpendit, duo uerba ab initio legis fuisse expressa, & postea alterum duntaxat repetitum. Item quia aliàs, etiam si nulla extaret renunciatio, uis & potestas fraternitatis principum, dominam actricem ab omnibus paternis bonis excluſit, ut etiam suprà declarauimus, impossibile est quod ullus ei ad bona huiusmodi reditus reseruetur. Quod suprà obiectum est, ex renũciatione dominam actricem esse factam capacem, quasi priuatio præsupponat habitum &c̃. non est uerum. Nec enim priuatio semper ad habitum operatur, ut latè 70
30 dixi post lasonem in d. l. decem. Qui enim negat sententiã recte esse latam, non per hoc fatetur latam esse, ut ibidem lason cum similibus exemplis. Præterea perplexa est, uel, ut uulgò dicitur, procardica ea oratio qua dicitur, non entis nullas esse qualitates: quia sæpe contrarium 71
inuenitur, ut latè Host. in summa, de rescript. §. quod cui prejudicet. Et fit aliquando quod perdatur id quod non habebatur. gl. mag. in l. omnes. ff. usufruct. quemadmod. cau. Dicta igitur renunciatio quo ad paterna bona nihil operatur, sed ad superabundantem cautelam adiecta est, quæ cautela non nocet, ut ex uulgatis iuribus cognosci- 72
tur. gl. in l. si pupilli. §. item si procurator. & ibi Bart. ff. de negocijs
40 gest. text. in l. testamentum. & ibi Baldus. C. de testam. l. si serui. in fin. ff. de adim. leg. Nec obstat d. §. sed si fraudandi. quia ibi superfluitas in uitium sonat, quæ est solutio Bart. in d. §. item si procura-

tori. Deniq; per manus traditur, actũ superfluũ etiam si nõ prosit, nihil obesse. l. si duobus. §. hæres. ff. de leg. i. cũ sim. Et satis est, si dicta renũciatio dñæ actricis, aliquo saltẽ casu operari potuisset, ut pòst patebit.

Secunda conclusio. Dicta renunciatio cõditionalis, cõditione defecta, dominã actricẽ nõ fecit capacẽ iuris hæreditarij, quo ad fratrẽ sine prole masculina mortuũ. Quod certe euidẽtissime ex uerbis eiusdẽ renũciationis patet, ubi de bonis fratris nulla fit mẽtio: nec posset utiliter facta fuisse eorũ mẽtio, obstante conuẽtione fraternitatis, quæ dominã actricẽ & oẽs fœminas à successione Landtgrauiorũ l. perpetuò excludit, ut suprà diximus. Sed huic cõclusioni ualide obstat, quod ista uerba uulgaria, Ob Landtgraff Heinrich vnd sein son on manßerben abgiengen/ sol sie die Klegeri ihres mũterlichen gũtshalß/ vnd sonst warzũ sie recht hat etc. zũ ihrem rechten ston etc. Id est, Quod si Landtgrauius Henricus eiusq; filius sine hæredib. masculis decesserint, debet dña actrix ratione hereditatis suę maternæ, & aliàs ad quæcunq; ius haberet, iure suo uti, siue ius suum saluum habere. Hæc uerba, vnd sunst warzũ sie recht hat etc. licet sint generalia, tamen quia non possunt in ulla specie alia uerificari, nisi in successione fratris Landtgrauij Guilhelmi, unde ea species, scilicet quod ius successionis in bonis fratris sit ei reseruatũ, per prędictã generalitatẽ expressa
73 esse censetur. Nam generalitas quæ non nisi in una specie uerificari potest, ad eandem speciem contrahitur. Ias. in l. qui Romæ. mihi. xi. ff. de uerb. oblig. & idem Ias. in l. ij. num. vi. & num. xij. ff. de lib. & posth. fa. l. fundus qui locatus. cũ l. seq. ff. de fund. instr. Sequit̃ ergo, dictã dominam actricem post̃q; conditio renũciationis extitit, bona fratris tanq; soror legitima petere bene potuisse &c̃. Sed nõ puto obstare hanc obiectionẽ. Cum enim domina actrix in bonis fratris, recte sicut in bonis paternis, per statuta & conuẽtiones fraternitatis sit à successione seclusa, non poterat dicta reseruatio ei ullũ ius tribuere, quod ante renũciationẽ non habuit. Nam nec directo ei ius succedendi dari potuisset cõ-
74 tra conuẽta fraternitatũ, parte altera non consentiẽte. l. ratas. C. de rescind. uend. l. de contractu. ff. eo. l. sicut. & ibi gl. cũ multis cõcord. C. de act. Vnde longe minus reseruari ei ullũ ius potuit, arg. eorũ quæ tradit Ias. in l. cætera. §. itẽ quæri. & quæ ibi notaui. ff. de leg. i. Nec eñ debebant huiusmodi uerba ei ius tribuere quod prius non habuit. Ias. d. l. si quis legauerit. ff. de leg. i. Debent ergo illa uerba, Vnnd sunst warzũ sie
75 recht hat etc. intelligi secundum conditionem personæ quam respiciunt. Iason in l. stipulatio illa. §. hi qui. in prin. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerb. oblig. Quod si cõiectura nos nõ fallit, credimus omnino
76 prędicta uerba ex quadã styli cõsuetudine ingenio scriptoris, uel ex quadam uerborũ inculcatione adiecta fuisse, quæ nihil operant̃. gl. l. certe. in prin. & ibi dixi. ff. si cert. pet. tex. in l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. leg. Cũ eñ dña actrix fraternę hereditati in pactis dotalib. prorsus

non

nō renūciarit, quomodo debebat ei ius fratri ſuccedēdi reſeruari, quod nō erat renūciatione uiolatū: arg. l. legata inutiliter. in prin. de adi. leg. Nec poteſt reſtitui quod nō erat ablatū. l. ij. §. reſtituas. ff. ne quid in loco pub. l. unde etiam. §. reficere. ff. de itin. act. priuat. fa. l. nec utilem. ff. quib. ex cauſ. manu. 77

Ex prędictis duabus cōcluſionibus poteſt reſpōderi ad aliā obiectionē, quę pro parte dñæ actricis in actis facta eſt, ſcilicet, quod principes l. per iſthęc pacta dotalia à cōuentione fraternitatū diſceſſerint. Cum em̄ ſuprà probauerimus in prima cōcluſione, renunciationē dominæ actricis quo ad bona paterna, ex ſuperabundanti facta: reſeruationē aūt iuris, ſi quod domina actrix haberet, accommodari ad bona fratris non poſſe, ut in ſecunda cōcluſione: nō poteſt alia iuſta aut rationabili cauſa uel dici uel prętendi, principes l. per dicta pacta dotalia à cōfraternitate abiſſe. Non enim eſt ullo modo pręſumendum, principes l. aliquē actū facturos, per quē tam laudabilis fraternitas, tot ſudoribus, laboribus, uigiliis, tanta ſolennitate erecta, tot Imperatoriis legibus, firmamētis, inueſtituris munita & roborata, uiolareť. arg. l. ſi quādo. C. de inoff. teſta. c. cauſam quę. de reſcrip. c. eccleſia ueſtra. ij. §. deniq;. ad fi. de elect. cū ſim. Quod ſi dicti principes l. à fraternitate diſcedere maxime uoluiſſent, tamē nō poterant ſine conſenſu conſortiū principū. per d. l. ſicut. C. de act. cū aliis iuribus ſuprà allegatis. 78

Sed quid agimus? Conſtat principes l. in ſecunda eorū renouata fraternitate, eandē cōuentionē, & quod ab ea in perpetuū nunc; diſcedere uellent, ſolēniter iuraſſe. An tot illuſtres principes attentari deceat iuramenti neglecti: neq; em̄ eis obiici poteſt, quod à fraternitate diſceſſerint, niſi ſimul eis obiiciatur iuramēti neglectio. Iſthæc quis ęqua mēte accipiat? Eſt tamen ueriſimile, dñam actricē, ſi ad hoc periculū reſpexiſſet, pro eius honeſtate cōſenſurā ſuis aduocatis nō fuiſſe, ut talia quę ad famā principū ſibi cognatorū pertinēt, in actis obiicerētur. Conſultiſſimum igitur erit de huiuſmodi obiectione uerbum non facere.

Tertia cōcluſio: Renunciatio dñæ actricis quo ad bona materna reſciſſa eſt, propter euentū cōditionis in dicta renūciatiōe adiectę: & pro nō adiecta, facta cēſeri debet: adeò quod eidē dñæ actrici ex reſeruatione iuris ſibi ibidē facta, ius hæreditariū ad dicta bona materna cōpetiſſet, ſi nō alia obſtarent impedimēta. Hęc cōcluſio ex uerbis dictę renūciationis clarè probat, nec eſt hic admittenda ulla cauillatio uel ſubtilitas impertinentiū intellectuū. l. non aliter. ff. de leg. iij. l. quicquid. iij. reſponſ. ff. de uerb. oblig. l. i. §. in re igitur dubia. ff. de exerci. cū ſimil. Vnde infero, q̄d dña actrix, non obſtāte renūciatione, ſi alio obſtaculo nō impediat, bona materna, & ea quę ex Comitatu L. proueniſsēt, quorū fœminę forēt capaces propter dictā reſeruationē, quę propter euentū conditionis uires accepit, cōſequi poſſet. Quod etſi durū uideret, tamen ſeruandū eſſet, quia ita cōuentū fuit. l. proſpexit. ff. qui & à quib. 79

Sed quia in actis inuenio quod domina Anna Comitissa de L. uxor Landtgr auij principis Henrici de l. mater iunioris Guilhelmi & domine actricis, cū sorore sua, cessionē omniū bonorū suorū fecit: unde ueniendo ad secundum punctū dicti secundi capitis, examinādus est uigor literarū cessionis supradictarum, cuius tenorem hic recensere supersedeo, quod eum supra à principio in narratione facti recensuerim. Et posset prima fronte uideri, dictę dominę Annę nō competisse ius faciendæ dictę cessionis bonorū suorū maternorū. Cū enim in pactis dotalibus dnę Elisabethæ regressus ad materna bona in defectū conditionis ibidem adiectæ, & ius hæreditarium reseruatū sit, & idipsum matre, ut ualide præsumitur, nō ignorante: probabiliter infertur, matrem postea in necem dominę actricis, & contra uim pactorū dotalium, istam cessionem facere non potuisse. Nam siue ista domina Anna præsens pactis dotalibus fuit, siue non fuit, cum tamen statim post resciret, & tacuit, consensisse uidetur, per iura uulg. qui tacet &c. Item per manus tra-
80 ditur, in pactis dotalibus seu matrimonio neminem decipi debere. l. de die. l. si liberis. ff. de pact. dotal. & est text. in l. si donaturus. §. i. ff. de cōd. ob caus. At dna actrix hic circumuenta intelligeretur, quæ spe sue cessionis maternę frustraretur. arg. l. si quis cū aliter. ff. de uerb. oblig.

Sed nō obstantib. his uel similibus, puto cessionē dominę Annę ua-
luisse, tū quia quilibet est moderator & arbiter rerū suarū. l. in re mād.
81 C. mādati. l. nemo. ij. C. de Iudæ. Itē quod nō prohibet, permissum censetur. l. i. in princ. ff. de aur. & arg. leg. Authen. de admi. off. §. fi. col. iij. Quis ergo facultatē disponendi de rebus suis dominę Annę adimeret, quod ei ius non adimit? arg. l. nec ulli. ff. ex quib. caus. maior.

Item poterat & ratione optima duci dicta domina Anna, ut in fauorem filij sui cederet, & bonis suis renūciaret. Cum enim ipsa ex Comitū natalibus esset, nupta aūt principi l. cuius eminētia etiā ipsa splēdebat. l. fœminæ. ff. de senat. probabiliter præsumitur filiū suū l. principem adiuuare uoluisse, ut domus & familia sua auctis diuitijs esset potētior.
82 Est autē in dubio ea sumenda prę sumptio, quę uitio caret, quæ doli & fraudis sit expers. l. quoties. ff. de reg. iur. l. meritò. ff. pro socio. cū sim.

Nec obstant quæ suprà sunt obiecta. Quod enim prætēdebatur, dominæ actrici ius ad materna bona in euentū conditionis esse reseruatū &c. nō obstat. Hæc enim reseruatio dominā Annā nō impediuit, quin uteretur facultate cedendi. Nec inficiamur, reseruationē huiusmodi dominæ actrici utilem esse potuisse, si res mansisset in eo statu quo erat à principio. Sed quia matre postea bonis suis cedente, status rei mutatus
83 est, nō potest ullus reseruationis huiusmodi esse effectus. arg. l. cū quis sibi & Titio. l. uero. §. sed & si quis. ff. de sol. Et inest tacitè in omni dispositione ea conditio, si res in eodē statu maneat. d. l. cū quib. gl. in c. ne quis. xxij. q. ij. Nec obstat quod prætenditur, dominā Annā cedere

non

non potuisse,eo quod ipsa præsens pactis dotalibus fuisse, & adeò consensisse credatur &c. Equidem nō controuerto,siue prȩsens fuerit,siue non. Hoc perpendo,in pactis dotalibus nō caueri quod domina Anna sese in eisdem pactis ulla obligatione cōstrinxerit,quo casu eā præsentē fuisse nō nocet: nō enim ex eo cōsensisse intelligitur,quę ius suū durare 84
nouerat.l. Titia cū testamēto.l.Lucia.ff.de leg.ij.&colligitur ex l. fideiussor.§.i. in ratione sui. ff. de pignor. Et certū est quod pacta ad tertiā personam non paciscentem,non extenduntur.l.si unus.§.ante omnia. 85
ff.de pact. Imò si etiam mater expresse se obligasset,quod uellet reserua
10 re bona sua filię, ea tamē promissio nō aliter intelligeret,quàm reseruatio successionis ex cōtracta fiducia.arg.Instit.de legit.ag.succes.in fi.ut sic filię nullū aliud nisi ius fiducię accessisset. Quo casu mater nō impediretur uel cedere postea bonis,uel testari.quę est uera ratio cur Bart.pacta reseruatę successionis suo casu nō improbet,licet obscurè loquatur in d.l.fin.C.de pactis.Deniq; in eadē promissione,tacita intelligeretur cōditio,scilicet rebus in eodē statu manētibus,ut suprà allegaui. Nā nisi sic intelligeretur, uitiosa esset ea pactio, quod per eā facultas tolleretur liberè uel disponendi uel testandi de bonis,per iura latè suprà in primo capite allegata,quę regulariter locū habēt,nisi ab eis propter iustas cau
20 sas recederetur,quod ipsum ampliter suprà docuimus. Addo ad prędicta Philip.Deciū cōsil.clxiiij.ubi tractat pacta de nō auentagiando filios,id est,de reseruanda eis pari portione(hoc enim dictū barbarissimū uerbū denotat)qui pacta reseruatę successionis pulchrè examinat. Sed nō est in eo morandū,quia domina actrix hic in nullo se obligauit.

Quod aūt deinde opponit,neminē in pactis dotalibus decipi oportere &c. uerū est. Sed hic nulla fuit deceptio. Supposito em̄ quod propositū matris pro tunc fuerit reseruare filiæ successionē in euentū cōditionis, pòst tamē melius deliberata,& perpēdens melius esse ut filij sui tanc̄p principis l. eiusc̄p familiæ & domus ratio haberet,mutare propo
30 sitū citra culpā potuit. Et cū domina actrix eiusc̄p maritus hoc futurum esse & euenire posse prospicerēt (prospicere enim tenebātur, quod eos ignorātia iuris nō excusasset)nō potest dici quod per cessionē dn̄ę Annæ matris ullo modo sint circūuentę.d.l.si quis cū aliter.& fa.d.l.cum donationis.C.de transact.

Sed alijs adhuc armis nitūtur aduocati dominę actricis. Putāt enim dictā dominæ Annæ cessionem esse factam non solum in fauorē principis Guilhelmi iunioris, sed etiā in fauorē dn̄æ actricis & sororis suæ. Quæ dn̄ę actricis intētio uidetur fundari posse urgentibus rationibus. Et primo, nam domina Anna bonis suis in fauorē nō solum Guilhel-
40 mi principis iunioris,sed & hęredū suorū renūciauit. Sed appellatione 86
hæredum, nemo alius nisi sorores hoc loco ueniūt,cum dictus Guilhelmus princeps sine alia prole masculina intestatus decesserit,adeoc̄p hæ-

redes propiores nõ reliquerit q̃ꝫ ſorores. fa. Bald. in l. ſi nõ ſpeciali. C. de teſta. & l. ſi quis ita hæres inſtit. ff. de hęred. inſtit. l. in annalibus. C. de ll. l. hæredis appellatione. ff. de uerb. ſig. & eſt tex. in Auth. ceſſante. C. de legit. hæred. Deinde, quia reuerend. dñs epiſc. Colonieñ. tanq̃ꝫ tutor principis Guilhelmi, dñę actricis & dñę Mechtildis ſororũ, dictã ceſsionẽ acceptauerit, unde ſicut in fauorẽ principis Guilhelmi accepta
87 uit, ita & in ſororũ fauorẽ acceptaſſe intelligit: quia determinatio debet ęqualiter determinare. l. iam hoc iure. & ibi latè Alex. laſ. ff. de uulg. l. hęreditatẽ. l. q̃uis. C. eo. l. in teſtamẽto. ff. de teſt. mil. Accedat q̃d tutor
88 nomine minoris nihil acceptare creditꝫ, quod minori noceat. arg. l. gene- 10
raliter. l. à tutoríb. ff. de adminiſt. tut. Et tertio, quia dicta bona quibus dña Anna renũciauit, dicũtur prouenire ab auo & patre principis Guilhelmi & ſororũ, nempe à principe Henrico Landtgrauio l. & à Comite de L. & c̃. unde facile prę ſumũtur per dominã Annã ita diſpoſita, ut re-
89 uertãtur ad hęredes proprios: quia res facile reuertitur ad naturã ſuã. l. iuris gentiũ. §. quod ferè. ff. de pactis. & parẽtes creduntꝫ theſaurire filijs æqualiter. l. ſcripto. ff. unde lib. Porrò regulariter in ſucceſſionibus nõ eſt diſcretio fratrũ uel ſororũ. l. maximũ uitiũ. C. de lib. præt. in Auth. de hęred. quæ ab inteſt. defe. poſt prin. Sed nõ obſtantib. illis, credo omnino decidendũ fore, dictã ceſſionẽ ſeu renũciationem dñę Annæ, 20
in fauorẽ ſolius principis Guilhelmi & hęredũ maſculorũ, & nõ in fauorem ſororũ ſuarũ eſſe factã, ex rationibus ſubſcriptis. Primo, quia in dictis literis renũciationis ſeu ceſſionis ſatis claré cauetꝫ, q̃d domina Anna mater principis Guilhelmi nominauerit cuius fauore renũciaret, & tamẽ ſciuit ſe adhuc habere filias. Vnde ſine dubio eũ tantũmodo cenſe-
90 tur elegiſſe, & nõ filias: quia electio unius, inducit repulſionẽ aliorũ, ut dicit elegãter Bal. in l. i. C. de fur. & fa. l. ſerui electiõe. et ibi dixi poſt gl. & Doct. ff. de leg. i. d. l. cũ incertus. ff. eod. cum ſim. Quapropter appellatione hæredũ Guilhelmi, nõ poterãt intelligi ſorores ſuę, quę iam electione in filiũ facta, fuerãt excluſæ. Et ad prædicta faciũt quę ſuprà dixi- 30
mus, res ſimpliciter nominatas ſub taxatiua intelligi: & certis incluſis, excludi alios. d. l. cũ prætor. & ſuprà latè probaui. Deinde fa. doctrina
91 iuris, qua dicitꝫ, in generali clauſula nõ uenire ea de quibus eſt facta ſpecialis mẽtio. l. doli clauſula. ff. de uerb. oblig. l. cohæredi. §. qui patrẽ. & quę ibi dixi. ff. de uulg. & pup. d. l. i. ff. de aur. & arg. leg. & fa. l. alimẽta. §. baſilicę. ff. de alim. leg. Sed ſpecialis eſt facta mẽtio ſororũ in d. literis renunciationis ſeu ceſsionis. Nam reuerendiſs. dñs Epũs Colonieñ. ſemper nominatꝫ ut tutor ſororũ: quo caſu iuris neceſsitas exigit, ut ſorores ſub uocabulo hęredũ Guilhelmi non cõtineantur. Et tandem euidentiſſima, ut putamus, ratione hoc euincitꝫ. Nam principes domus 40
l. fraternitatem cum cæteris principibus ſuper omnibus bonis, & quæ in præſentia haberent, & quę poſt in futurũ acquirerent, coiuerũt: quę

frater-

fraternitas principibus I. & cõsortibus, in feudũ est ab Imperatoribus cõcessa. Nunc dictus iunior princeps I. Guilhelmus cum omnibus suis bonis, & quæ habebat, & quæ acquirebat, in dictã fraternitatem est inclusus, eiq; innodatus: quo casu bona à matre per cessionem ad eum deuenta, statim in feudum fraternitatis pertinuere. Sed habeo quod in rebus feudalibus appellatione hęredum ueniunt tantũmodo masculi, 92
non fœminæ. c. i. §. i. de his qui feud. dar. poss. c. i. §. & si clientulus. de alien. feu. in usib. feud. & utrobiq; Aluar. & Doct. Consequẽs est quod in his bonis quę ad Guilhelmũ iuniorẽ peruenerũt, sorores suę appella
10 tione hęredũ nõ includantur. Quę assertio eo est fundatior in negocio nostro, q̃d etiam ex pactis, statutis, cõuentionibus principum I. fœminę sunt ab eorum principũ successione excluse: & est uerisimile quod dña Anna cedendo bona in filiũ, cõformare se statutis & cõsuetudinibus dictę domus uoluerit. arg. l. nũmis. l. ligni. §. lignorũ. ff. de. leg. iij. l. cũ suę ff. eo. alioqui si uoluisset filias capaces, cur cessit, cũ aliàs fuissent securę? Si tamẽ dña Anna principi Guilhelmo cessionẽ nõ feciſſet, tũc propter euentũ cõditionis in pactis dotalib. dña actrix matri suæ in partẽ succedere potuisset, & habuisset actionẽ cõtra dominũ reum fundatã: huiusmodi emm̃ bona eo casu ad confraternitatẽ nõ essent obligata. Ad ipsum
20 uero Comitatum L. ius dñæ actrici nunq̃ cõpetijt, sicut nec matri eius, cum sit feudũ masculinũ ab Imperio. c. i. de feud. March. et in c. i. in tit. quis dicat̃ dux, march. Com. in usib. feud. quod feudũ est à fœminis alienũ, per iura uulg. Et potest pro hoc sumi arg. à Comitatu O. quẽ feudũ esse masculinũ, ex pactis dotalib. suprà memoratis ante finẽ clarè liquet. Sed & Imperator Romanus Maximilianus Comitatũ L. tanquã feudum masculinũ Imperij, principibus I. in feudum contulit: quo casu satis mihi mirũ uidetur, cur pro parte actricis super eodem Comitatu cõtendatur: nisi fortè probare posset, tale feudum etiam fœminis patêre: quod quia facti est, meo non eget consilio, sed probatione egeret.
30 Per prædicta nõ obstant quę suprà sunt opposita. Quod emm̃ in uers. Et primo cũ domina &c̃. prętẽditur, Guilhelmũ principẽ iuniorẽ propiores hęredes nõ reliquisse cũ sorores &c̃. nihil est: quia qualitas hæredis in sorores hoc loco, propter cõfraternitatẽ & propter feudũ masculinũ dictę cõfraternitatis, cadere nõ potuit, ut suprà satis deduxi. Quapropter licet uerũ sit quod princeps Guilhelmus nõ habuerit propiores cognatos quàm sorores, hęredes tamẽ appellari nõ potuerũt: ut sic pro parte actricis nõ sine errore passim arguatur, Soror est, ergo hęres. Hoc emm̃ cõsequens ex antecedenti necessariò nõ inferr̃, imò in negocio nostro inferri nullo iure potest, ut in iij. capite latius docebit. Postea
40 in uers. Deinde quia reuerẽdis. opponit̃ satis colorato argumẽto, quod reuerẽdis. tanq̃ tutor fratris & sororũ acceptauerit hãc cessionẽ, & sic in utilitatẽ sororũ, & quia determinatio æqualiter determinet &c̃. Sed nõ

obstat: quia dictus reuerendiss. episc. noīe principis Guilhelmi acceptauit cessionē tanc̄p̄ in eius fauorē factā. Sed noīe sororū acceptauit, eo fine, ut ipsæ sorores postea nō cōtradicerent. Et sic iuxta uariā conditionem & statū fratris & sororū, acceptatio sua uariè, iuxta naturā cuiusq; facta intelligit. Qui certe intellectus licet expresse in literis cessionis nō caueatur, tamē necessarius est, & est iuri & rationi cōsonus, quapropter sine ambiguitate prę ferēdus. Si em̄ intelligeret q̄d ista acceptatio participes faceret sorores cessionis, is esset intellectus absurdus & prauissimus, q̄d de bonis cessis participare deberēt hæ personę quę in cessione nō nominarent, & quod succedere deberēt fratri, à cuius successione ex principū fraternitate essent excluse. Reiciēdus ergo est prauus iste intellectus, & assumēdus intellectus rationabilis, quē suprà declaraui. Nec
93 em̄ nouū aut rarū est in iure nostro, q̄d una determinatio adiecta rebus uarię cōditionis, determinat unūquodq; secūdū suā naturā. Sic em̄ filij familias & serui emācipari dicunt, propriè in filijs, impropriè in seruis. l. i. ff. quādo act. de pecul. ann. est. l. ij. ff. de off. procons. Sic seruitutes, itē rem tradi, itē facta dicunt æqualiter indiuidua, & est tamē uaria in huiusmodi indiuiduis natura, ut latius dixi in l. stipulationes nō diuidunt. in prin. ff. de uerb. obl. & possem eo loci plura alia dare exempla, si nō omnibus notissima esset hęc doctrina qua dicit, Dictionē semel positā pro
94 propriè & impropriè intelligi posse. per gl. uulg. in d. l. ij. ff. de off. procōs. cū multis sim. Hoc tamē fateor, in dispositionibus hominū nō facile his doctrinis utendū esse, nisi non possit ullus alius rationabilis intellectus
95 ex cōuentione elici. Nam quādo in dispositionibus determinatio æqualiter determinare ulla ratiōe potest, standū est paritati, ut dicit Paul. de Cast. in d. l. iam hoc iure. iij. not. Secus si ratio & natura negocij parita tem nō admittit. pro quo allego duos not. text. in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de uulg. & tex. mirabilē, cuius nemo meminit, in l. si duobus. §. fi. ff. de leg. i. ubi unū & idē uerbū cōiunctoriū, iam cōiunctos re, iam cōiunctos uerbis, iam utroq; determinat, ut ibi latè diximus. at hic in casu nostro natura & cōditio rei nullū aliū recipit intellectū, c̄p̄ suprà adduxi, quapropter nō est standū pari determinationi. Et hic noster intellectus ex eo maxime fundari potest, q̄d prędictus reuerēdiss. Epūs Colonien. postea eidē dn̄æ actrici & eius marito scripsit anno &c̄. lxxxviij. & cōfessus est hęreditariā confraternitatē principū ante plures annos esse initā, fide & iuramēto subnixā, ab Impp. Ro. cōfirmatā, & propterea ipse in ea re agere nihil possit &c̄. quę missiua in actis pro parte dn̄æ actricis in quadā replica producta est. Ex qua clarissimè patet, animū et intentionē reuerēdiss. dn̄i Epis. q & ipse fuit princeps I. nullatenus fuisse, q̄d cessionē dn̄æ Annę tanq̄ tutor sororū eo fine acceptarit, ut per talē suū actū cōfraternitas iurata lęderet. Nō ergo potest alius esse intellectus dictę acceptationis, q̄ quē nos suprà posuimus. Tertia oppositio, in uers. Et tertio, qa

dicta

dicta &c̃.cum ex cõmunibus locis ſumpta ſit,nihil habet momẽti. Nõ enim ſequitur, bona ex auo & patre proueniunt,quod ergo tibi auferri non poſsint,& ex iuſtis rationibus conferri in alterum. Per prædicta patet,literas ceſsionis maternæ, ſoli principi Guilhelmo,non etiam ſororibus ſuis,prouidiſſe. Cæterũ aduocati dominæ actricis, quibus fortaſſe dicta fundamenta ſubolebant, uariando dictas literas ceſsionis quibuſdam rationibus impugnare conantur. Putant enim quod dicta ceſſio ſeu renũciatio ſit donatio,& nõ inſinuata &c̃.Equidem de uocabulo nõ cõtrouerto,ſiue ſit donatio,ſiue renũciatio, poſtq; mens in eis clara eſt,transferre in Guilhelmũ principem bona ſua uolentis. Sed ſit ſanè donatio,tamen nõ eget inſinuatione,tum quia nõ eſt libera donatio,ſed habet cauſam de prẽterito:tum quod principũ donationes abſque inſinuatiõe ualent. Oldr. cõſil. ccxxx. qui allegat l. ſancimus. C. de donat. inter uir.&uxor. 96

Item opponũt,quod ea donatio ſit inofficioſa &c̃.ſed nõ obſtat, ex prẽdicto fundamento, quod inter principes eſt facta,qui iſtis legalibus nodis nõ ligantur,per ea quæ ſuprà à primo capite diffuſe dixi. Deniq; quia reuerend. dñs Epũs Colonieñ. tanq; nomine ſororũ eandem ceſſionem acceptauit, ceſſat inofficioſi querela.

Cæterũ alius nodus imminet,& is eſt tertius punctus huius ſecundi capitis. Nam pro parte dñę actricis productę ſunt literæ à principibus I.& T. qui conſenſerunt principi Guilhelmo iuniori,ut dñæ actrici & aliį ſuę ſorori prouideret de certa pecunia,nempe cuilibet quinquaginta millia flor. pro earũ paterna,materna,& fratris hæreditate:hoc prouiſo,q̃d niſi intra duos menſes poſt eius obitũ ſoluerentur, debeat ius hæreditariũ dictis ſororibus eſſe ſaluũ &c̃. iuxta latiorem continentiã earũdem literarum. Ex his literis fundat ſe dña actrix. Primo,quod ei cõpetat ius hæreditariũ ad parentum & fratris bona,aliàs frater eorum huiuſmodi ſummã eis non deſtinaſſet. Deinde,quia princeps I. ſenior quõdam dñs Guilhelmus dum uixit reus huius cauſæ,huiuſmodi ſummam ſororibus intra duos menſes nõ numerauerit,ideoq; eis,& prẽſertim dñæ actrici,ius hæreditariũ ad paterna, materna & fratris bona debeat eſſe ſaluũ. Et tandem,q̃d dñs reus nõ audiret,uolens eam ſummã dñæ actrici numerare,quod in pœnã habeat dicta fratris prouiſio,non admitti moræ purgationẽ,fortaſſe per l. traiectitiæ. ff. de act. & obli. l. magnã. C. de contra. ſtip. Sed nõ obſtant huiuſmodi obiecta. Vnde ad declarandas dictas literas prouiſionis factas ſororib. dñi Guilhelmi iunioris,in primis aduertendũ eſt,literas originales nõ eſſe productas, ſed exemplũ uidimatũ (ſi ita barbarè loqui liceat) per oppidanos quoſdam: quo caſu niſi archetypus literarũ producat̃, exemplа nihil faciẽt. 97 Spec. in tit. de inſtr. edit. §. iij. in prin. et uerſ. ubi aũt. et ſeq. §. iiij. & vij. quaſi per tot. Sed ſi dederimus literas originales extare, tamen nõ puto eas dñæ actrici ſuffragari poſſe, propter plures rationes,& maxime

propter ſequentes. Primo, quia tenor dictarũ literarũ ad quædã impoſ
ſibilia tendit, uidelicet, quod ſi ſumma florenorũ illic deſcripta nõ ſol-
uatur, actrici ius ad bona paterna ſaluũ eſſe debeat. At hoc eſt impoſſi-
bile, tum quia iam actrix eiſdẽ bonis purè renũciauerat in pactis dotali-
bus, id q̃d ſuprà deduxi. & quomodo potuit ſaluari dñæ actrici ius hæ
reditariũ ad patris bona, quod iam peremptũ erat & exinanitũ? arg. l.
domũ. de cont. empt. et l. ſi homo mortuus. ff. de uerb. obl. Tum quia
dicta reſeruatio iuris ad bona paterna, immediate & directo uim & po
teſtatẽ cõfraternitatis principũ enecuiſſet & ſuſtuliſſet, utpote quod fœ
minæ ea cõfraternitate iandiu à ſucceſſione hæreditaria ſunt excluſæ. 10
98 Sed nõ pręſumunt̃ principes uel l. uel T. cõſenſuri aut effecturi, ut tam
laudata fraternitas ita facile quaſi uno uerbo euerteret̃. d. l. ſi quãdo. C.
de inoff. teſta. cũ ſim. ſuprà allegatis. Proinde quæcunq; ſit fides dictis
literis, nõ credo principes prędictos in ullũ unc̃ articulũ cõſenſiſſe, per
quẽ fraternitas uiolaret̃. Paria de Guilhelmi principis iunioris bonis
dicimus, ad quę bona nõ poterat dñæ actrici ullo euẽtu dari regreſſus,
cum iam antè fuiſſet à ſucceſſiõe domus l. ſtatutis cõfraternitatis exclu
ſa. Ad bona uero materna quomodo daretur ſeu relinqueret̃ dñæ actri
ci reditus, cum dicta mater dña Anna bonis ſuis iam antè in fauorẽ filij 20
renunciaſſet, reuerendiſ. Epo Colonien. tanq̃ tutore ſororũ, eandẽ re-
nunciationẽ acceptãte. Quod autẽ dña Anna tantũmodo in fauorẽ filij
principis Guilhelmi iunioris renũciarit, ſuprà clarè fundauimus, & po-
teſt ex dictis literis prouiſionis, de quibus iam loquimur, apertiſſime cõ
ſtare. Ad q̃d ergo ius redire dña actrix uigore earũdem literarũ potuiſ
ſet, quę uel renũciatione, uel ui cõfraternitatis, uel materna renũciatio-
99 ne, ab omni fuerat regreſſu excluſa? Ad iura em̃ extincta nõ dat̃ reditus
l. qui res. §. aream. ff. de ſol. l. ſub pręxtu. in fi. C. de tranſact. cum ſim.

Quibus cõſequens eſt, dñm principẽ Guilhelmũ iuniorẽ, dñæ actrici
100 nõ potuiſſe ullo pacto ius reſeruare hęreditariũ, q̃d ei prius nõ cõpetie-
rat. l. ex facto. i. ubi eſt tex. eleg. ff. de hæred. inſtit. Alber. l. donationes. 30
C. de don. inter uir. & ux. Bal. l. ij. C. de cõd. inſtr. Bart. l. ſi ſeruus lega
tus. §. ſi ita ſcriptũ. in fi. ff. de leg. i. Item ex alijs etiã dictarũ literarũ in-
firmitas patet, tum quia princeps Guilhelmus iunior ſorori cuilibet L.
mil. flor. ordinauit pro parentũ & fratris bonis: quę cauſa finalis erro-
nea eſt, quia dña actrix nihil iuris ad huiuſmodi bona habuit, ut ſuprà
eſt oſtenſum. Vnde d. princeps in errorẽ ſe fundando nihil egit. l. non
frater. ff. de cõfeſ. Item ex dictis etiã literis princeps pręfatus ſe in hoc
fundat, ut dictę ſuę ſorores renũcient hęreditati &c̃. At actrix iam renũ
ciauit paternis bonis, excluſa fuit à maternis per ceſſionẽ, excluſa à fra-
tris bonis uigore cõfraternitatis: quid ergo renũciaret? Item dictus dñs 40
princeps iunior inter alia cõfitet̃ur eam ſummã L. mil. flor. deberi dñę a-
ctrici ex pactis dotalib. Sic em̃ loquitur: Vnſern ſchweſtern zů geordneten vnd
verdingten heyratgůt etc. id eſt, dotẽ ſororibus noſtris deſtinatã pactamq;

At ubi ea sint pacta dotalia, ex actis nõ comperi. Item cum mens & intentio principũ in eisdem literis est, capitula confraternitatis manu tenere & asserere, quomodo ergo quicquã illic confiteri possunt, quod dominã actricem successionis paternorũ & fratris bonorũ capacem faceret, cum fœminæ à successione domus l. excludantur: itaq; quia pugnare inter sese dictæ literæ uidentur, nihil ex eis pro dña actrice elicies. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. Sed miraris fortasse, quî fieri potuerit quòd princeps iunior Guilhelmus cum cõsensu tam solenni principum consortũ, in eam summã erga sorores sese obligarit, qui ex dictis & alijs rationibus scire & potuit & debuit, nulla se obligatione adstrictum: & tamen firmior esse in principibus ueritas quàm in alijs debet. 101
Bald. c. i. §. fin. in tit. qui feud. dar. poss. in usib. feud. Profectò si liceat dicere quod sentio, & ego quoq; de prædictis literis satis miror: nisi quod fortasse in hoc nodoso negocio, quod & prudentissimis posset imponere, uel scribarũ uel consiliariorũ ingenia, tantæ rei quis succubuisse putarit. Nec enim nouũ est quod dicitur, bonũ aliquando dormitare Homerũ, ut ita ueritas rei & negocij, erroribus gestorũ præualeat. l. illicitas. §. ueritas. ff. de off. præs. 102
Nisi fortasse (id quod ego uerisimile puto) humanissimus ille princeps Guilhelmus iunior, etsi nouisset se iure esse tutum, ex humanitate tamen præfatam summã sorori bus ordinare, eisq; quadam fraterna benignitate aliquanto latius prouidere uoluerit. Multa enim facienda esse (Augustinus ad Pollentiũ scribit, & recitatur xxviij. q. i. c. iam nunc.) non iubente lege, sed libera charitate: eaq; esse in nostris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis nõ impendere, tamẽ causa dilectionis impendimus. Quicquid eius rei sit, nõ uideo dñam actricẽ ulla urgẽti ratione sese ex literis supradictis posse fundare: & tum minimè, quod simulatq; dña actrix earundẽ literarũ tenorẽ resciuit, ipsa & maritus eius dñs de O. mox in scriptis cõtra easdem literas reclamauerũt, eisq; quatenus cõtra se facerẽt publicè cõtradixerũt, de hoc solenniter protestantes, prout scheda protestationis in actis est inserta, & suprà in casu de ea mẽtio facta. Et licet sub cõditione sint protestati, scilicet quatenus cõtra se esset, tamẽ eidem conditioni facto cõtrauenerũt. Nã ut in actis adserit, homines & subditos Comitatus L. ad se reducere, sibi tanquã assertis hæredibus subiugare & subijcere, scriptis & nuncijs cõtenderunt: quo casu conditionẽ protestationis purificarunt, habẽturq; pro ueris & absolutis cõtradictoribus. Nã qui contrà facit cũ protestatur, is fructũ protestationis perdit. Bart. & Doct. in l. nõ solũ. §. morte. in materia protestationis. ff. de op. no. nũc. 103
Huic succedit uulgata regula qua dicit, qd quisq; impugnat, ex eo se iuuare nõ poterit. c. ex eo. de reg. iur. lib. vi. l. si quis iusiurandũ. C. de reb. dub. cũ sim. 104
Nõ ergo licuit dñę actrici ex dictis literis ullo modo se fundare, quibus uerbo & facto reclamauit & contradixit. Prædictis sic se

habentibus, non obstat quod suprà obiectum est, ius ei hæreditarium ex fratris prouisione competere, quia suprà in rationibus hoc satis confutatum est. Nec obstat quod quondã dominus reus princeps Guilhelmus senior, adita hereditate & obtẽtis bonis iunioris principis, quinquaginta millia floren. intra duos menses non obtulit, ut sic ius hereditarium sit actrici reintegratũ &c. quia hoc nihil est: & suprà docuimus dominæ actrici nullũ ius integrari nec reseruari potuisse, ubi principio nullum erat. Porrò si etiam dominæ actrici aliquod ius à principio cõpetisset, quia tamẽ ista prouisio quã iunior princeps fecit, actrice absente & nõ acceptante facta est, erit pro nihilo. arg. l. i. ff. de pact. l. nõ solũ. §. liberationis. ibi gl. ff. de lib. leg. ubi tamen Bart. gl. improbando uerius decîdit, quod in contractibus parti absenti ne doli quidem detur exceptio ex pacto. & idem Bart. in l. certũ. §. si quis absenti. ff. de cõfess. cum sim. Nec obstat quod dominus reus pecuniã non obtulit &c. quia ad hoc non fuit adstrictus, postq̃ domina actrix dictis literis prouisionis reclamauit & cõtradixit: & sic dña actrix in mora fuit. l. si seruum. §. sequit̃. ff. de uerb. oblig. l. illud. ff. de peri. & cõmod. rei uend.

Quod autẽ prætenditur, in pœnã d. summæ nõ solutæ, reditũ dñæ actrici ad ius hereditariũ competere, ut sic dñs reus nõ audiatur, uolens eandem præstare summã &c. non obstat, tum ob actricem cõtradicentem, ut suprà dixi, ut sic locũ habeat l. iure ciuili. ff. de cond. & demõst. tum quia negatur quod dicta prouisio pœnam habeat. Nam si etiã dominæ actrici potuisset aliquod ius reseruari, quod tamẽ nõ est, attamen non diceretur pœna, sed surrogata seu succedanea prouisio. arg. l. i. ff. de pen. leg. l. si penũ. ff. quand. di. leg. ced. & dixi in l. ita stipulatus. ad fin. ff. de uerb. obl. quo casu pœnales leges circa purgationẽ moræ hic non procederẽt. Sed cur istis disceptationibus me fatigo, cum nullum potuerit ius hæreditariũ actrici reseruari, & insuper actrix dictam prouisionem non acceptauerit, sed ei contradixerit?

Veniendo ad tertium caput principale, in quo uelut per satyram quædã exactis occurrentia tractanda sunt. Sed breuibus hoc loco me absoluã, quod aliàs satis sese consiliũ explicuit, & scio nõ esse in huiusmodi cõtrouersijs omnes angulos exquirendos: aliqua enim in factis disceptantur nõ magnę utilitatis, alia suprà in tractatu consilij uentilata sunt. Quid enim momenti habet quod pro parte dñæ actricis prætenditur, fraternitates quæ coitæ sunt & sæpius repetitæ, non esse uniformes, sed in una aliter quàm in alia cõuentum esse, quasi per hoc ipsi principes à fraternitate recesserint &c. Hoc enim nihil est: confraternitatum conuentiones in sui substantia ubiq; eædem sunt, scilicet quod altera domus fraterno iure deuincta sit alteri, & quod altera in defectũ masculinę prolis succedat alteri: licet in posterioribus renouationibus aliquanto pinguius prouideatur, & quæ à principio non fuere uerbis specificis

ſpecificis expreſſa, per poſteriores ſunt excuſſa & declarata. At hoc nihil nouat, arg. l. adeò. §. uidetur. ff. de acquir. rer. dom. & fa. l. fin. C. de nouat. & qualitates aduẽtitiæ ſi uariãt, non nocet, dum nihil in ſubſtan 106
tia mutetur. l. ſi in qualitate. ff. de act. empt. fa. quod dicit̃, originẽ inſpici, quia à primordio tituli &c̃. l. i. C. de impo. lucr. deſcrip. Et omnia referãtur ad id, unde formã, uim & originẽ capiunt. l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad l. falcid. Cauſam enim primã intuendã eſſe, Ang. in cõſil. cx. do- 107
cuit, utpote quod ſecunda cauſa ex influxu primæ operet̃. allegat l. peto. §. prædiũ. ff. de leg. ij. l. neceſſariò. de peri. rei uend. gl. in l. ſi ex duo
bus. ff. de aſsig. lib. Vnde ex ipſo initio fundamentũ fieri, ex quo totus rei ſtatus claudat̃. l. qui ad quod. ff. de don. Et uoluit hoc Signor. cõſil. cxvi. uidelicet, ſequentes actus cum eorũ qualitatibus trahi ad primos, 108
ex quibus fluũt. allegat l. iij. §. ſcio. ff. de minor. l. ſi mulier. C. ad Velle. cum ſim. Item aduertendũ, quod in replica & defenſionibus dñæ actricis, renunciatio materna alibi impugnat̃, alibi acceptatur, ſicut etiã circa literas prouiſionis factum eſſe inuenitur: quæ diſſidentia à limine iudicij arcenda eſt. d. l. i. C. de fur. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. Nec eſt audienda actrix, uolens improbare quod ſemel probauerit. regula, quod ſemel. cum uulg. An autem Comitatus L. & quæ bona
eius occaſione ad principes l. uenerunt, includantur in cõfraternitate, non puto dubitari oportere. Is enim Comitatus cum ex inueſtitura Imperatorũ, & ex ſucceſsione peruenisſet ad principem Guilhelmũ iunio rem, & is princeps hoc feudũ in cõfraternitatem incluſerit, & deinde cum patruo ſuo ſeniore Guilhelmo huius cauſæ dum uixit reo, cõmune fecerit, aſſentiente, confirmãte & inueſtiente Imperatore Maximiliano, ut ex literis productis cõſtat, nõ eſt ulli diſceptationi locus, quin is Comitatus cum cõtinentijs dictæ cõfraternitati ſit incorporatus. Et cõſtat ex prima cõfraternitate, & item ex Carolina & alijs, quod & bona quę tunc poſſeſſa erãt, uel in futurũ acquirerentur, ad cõfraternitatẽ
pertinerẽt. Iſthæc quia patent ad oculũ, nõ eſt neceſſe firmari iuribus.

Item pro dña actrice adducitur in replica fundamentum, quod quia ipſa actrix nõ renunciauit aliter bonis parentũ, niſi donec ſupereſt maſculus: unde maſculo deficiente admitti, ad ſimilitudinem ſtatuti, quod excludit fœminas dotatas donec ſupereſt filius, quo deſinẽte, admittũtur. Moueri potuit per ea quæ Doct. dicunt in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. Bart. l. fin. ff. ad Tertull. cum infinitis ſimil. Sed hoc fundamentũ fortè procederet, ſi filia ſucceſſionis paternę capax, ita ſub conditione renũciaſſet. Secus in caſu noſtro, ubi domina actrix etiam ſi prorſus nihil renũciaſſet, tamen nõ erat capax ſucceſ-
ſionis, quod eam tanquam fœminam capitula confraternitatis excluſe
runt. Huic ſuccedit quod uulgò dicitur, ubi duæ uel plures rationes 109
impediunt, una ſublata non ſuſtollitur altera, quia utile per inutile non

uitiatur. regula, Vtile. Dubitatio autẽ præcipua huius capitis eſt, an domina actrix intentando actionem petitionis hæreditatis, obtinere aliquo caſu poſsit. In quo dubio ideo non multa moueo, quia ſuprà ex toto cõſilio ſatis patuit, an hæc qualitas, hęredem eſſe, in actrice recipiatur. De patris bonis res eſt expedita: quia ipſa actrix petẽdo patris hęreditatẽ, per ſententiã diffinitiuã ſuccubuit, & eſt dñs reus ab eius impetitione abſolutus: quę res iudicata pro ueritate habet. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Super bonis maternis paria decîdo. Nam & eo caſu dominus reus ab eius impetitione abſolutus eſt. Et licet domina actrix appellauerit, tamẽ dicitur ab huiuſmodi appellatione deſtitiſſe, prout & eadem appellatio iam diu fuit deſerta. fa. l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pact. cũ uulg. At ſuper bonis fratris iunioris principis Guilhelmi, maius poſſet uideri dubiũ, cum per ſententiã dominus reus iuſſus ſit reſpõdere dominę actrici. Sed credo dominã actricẽ nec eo caſu obtinere poſſe. Nam ipſa actrix in eius libello inter alia in tertia poſitione propoſuit, quod ipſa cũ ſorore ſua ſint proximi hæredes fratris. At hũc articulũ domina actrix non probauit. Licet enim conſtet ſe eſſe ſororẽ dicti fratris, per hoc tamen nõ probatur eam eſſe hæredem, ut ſuprà in ſecũdo capite ſatis deduxi. Imò in preſenti negocio aperte liquet cõtrariũ, ſcilicet ipſam nõ eſſe hęredem, nec poſſe hęredẽ fratris eſſe, cũ d. frater fuerit Landtgrauius l. & confraternitati obligatus. At fœminæ domus l. à ſucceſſione principũ eiuſdẽ domus ſunt perpetuò excluſę, ut ſuprà patuit in ſecũdo dubio primi capitis. Et ſic defecit principale argumentum actricis, quod in petitione hæreditatis neceſſariò requiritur.

Quo caſu etiã nõ eſt diſputandũ, an bona materna inueniãtur in bonis fratris uel non: quia aut ſunt facta unũ patrimoniũ cum bonis fratris, aut non. Si prius illud dederis, iam ex confraternitatis capitulis excludit actrix, ut ſuprà dixi. Sin uero hoc poſterius uelis, domina actrix iterum deficiet, utpote quod ipſa quo ad bona materna diu per ſententiam ſuccubuerit. Hoc argumentum dilemmatis inuincibiliter urget. Et uſqueadeo domina actrix, ſicut & quælibet fœmina domus l. excluſa eſt ab hæreditate principum l. ut ſi nouiſsimus ex eiſdem principibus ſine prole maſculina decederet, non poſſet ulla fœmina intentare petitionem hæreditatis, ſed domus principum T. tanquam legitimi fratres ſuccederent, ut qui per Imperatorem Romanũ ſint facti legitimi: eoq; caſu fœminę excluderentur, per doctrinã qua dicitur, quando duo parificantur, id quod per unum excluditur, excludi per aliud. Baldus in Authen. poſt fratres. C. de legit. hæredib. gl. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. cum ſimil. Si ergo domus principum T. fœminas excluderet, qui tamen principes à Landtgrauijs domus l. excluduntur, quanto fortius ijdem Landtgrauij domus l. fœminas excludunt. per regulã, Si uinco uincentẽ te &c. quam etiã ſuprà in primo capite allegauimus.

Cum

Cum ergo in præsentia quondam dominus Guilhelmus iunior fuerit Landtgrauius domus I. stante confraternitate, non est possibile quod domina actrix, aut aliqua alia fœmina, ei tanquam hæres succedere possit: imò admittetur agnatus masculus, etiam si sit remotissimi gradus. arg. Instit. de legitima agn. succeſſ. §. cæterum. Cum ergo domina actrix ne in minima quidem re fratri ut hæres succedere possit, necesse est ut succumbat, tanquam deficiente principali fundamento, & uelut capite suæ actionis. Vbi enim non est materia, non potest ad- 111
esse materiatum, ut dicit Baldus in Authent. offeratur. post princ. C. de lit. contest. qui allegat l. qui res. §. aream. ff. de solut. fa. l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. iij. Adde quod ista exclusio eam prorsus extraneam facit, imò uelut mortuam. l. pater filium. ibi Bart. ff. de inoff. testa.

Sed age dispiciamus etiam quartum articulum libelli dominæ actricis, iũcta petitione ipsius, cum petit pro dimidia, omnia territoria, prouincias, dominia, ciuitates, castra, & alia bona &c̃. Hæc enim petitio præterquam quod domina actrix per se nihil probauit, etiam inepta est. Siquidem cum territoria & dominia huiusmodi sint de feudo masculino Imperij Romani, & mulieres sint dignitatum & iurisditionũ huiusmodi incapaces, ut suprà satis probaui: inepte ergo petijt domina actrix ea quæ possidere, etiam si alioqui capax esset, non potuisset. Sed qui inepte agit, sese profligat, & se subuertit. gl. Instit. de oblig. c. 112
examinata. de iudicijs. cum similib.

Iam non est disputandum, an domina actrix saltem bona mobilia, aut alia quæ non sint feuda masculina, tanquam in ea saltem parte hæres, petere potuerit &c̃. suprà enim ostendi in secundo dubio primi capitis, fœminas ab omni successione domus I. excludi, ita tamen quod ex mobilibus honeste, iuxta seriem fraternitatum, eis prouideatur.

Et malè prætenditur pro parte dominæ actricis, in confraternitatem tantũmodo ueniſſe ea quæ sunt feudi masculini: hoc enim nec facto nec iure probari potest. Facto non, quia prima cõfraternitas territoria & homines exprimendo, omnia ea expressit quæ intra territoria continentur. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. sign. Et genus com- 113
pendio sermonis species colligit. l. Meuio. §. duorum. ff. de leg. ij. Et item Carolina latius declarans, territoria, prouincias, bona cum pertinentijs enumerat: quæ uerba quid importent, suprà in fine primi capitis diximus, ubi etiam latius is punctus declaratur. Iure non, quia con
fraternitas cum sit ius incorporale, indiuiduum est: sicut adoptio, legiti 114
matio, successio in ius defuncti: ea enim indiuidua esse nemo ignorat. Spec. in tit. de præscript. uers. sed pone. qui allegat l. seruus. §. incorporales. ff. de acquirẽdo. l. Põponius. ij. in fi. & ibi gl. mag. ff. de rei uend. Nec em̃ potest aliquis in partẽ filius uel frater esse, in partem nõ esse. & ita de alijs. quapropter erratur non mediocriter pro parte dñę actricis,

cum putatur confraternitatē tantūmodo ad feuda maſculina ſe extendere: legitimi enim fratres aut in omnibus fratres ſunt, aut in nihilo.

Deniq; mala eſt conſequentia, ſic colligere: Quia Imperator confraternitatem in feudum maſculinum contulit, quod ergo ea duntaxat bona quæ ſunt feudi maſculini, in confraternitatem contulerit. Sic enim prouiſio generalis in antecedente, ad ſpeciem arctaretur in conſequente, cōmitteretuŕq; fallacia accidentis. Vnde in ſumma concludendo, aut confraternitatū uigor euertetur, quod non eſt facile: aut actrix prætendendo ſe hæredem ſuccumbet, quod puto neceſſarium.

Vt ergo aliquando finem faciā: Si confraternitas inter principes noſtri negocij iuſtè & ex publica utilitate coita: Si per Carolum Imperatorem pragmatica lege lata, ea confraternitas roborata eſt: Si pacto iuſtè cōuenerat familias utriuſq; domus tanquam legitimos fratres alteram alteri ſuccedere: Si Imperator ea pacta ſucceſsionū lege lata admiſit, nō minori autoritate quàm cum huiuſmodi pacta militibus indulta ſunt: Si ex huiuſmodi pactis nulla ſiniſteritas inducitur, libera teſtamenti factio nō tollitur: Si fœminæ domus l. ab omni ſucceſsione hæreditaria, qua principibus maſculis ſuccederent uigore dictæ confraternitatis, ſunt excluſæ, prout & excludi iure potuerunt: Si domina actrix tanc̄ genita in domo l. in pactis ſuis dotalibus paternis bonis ſimpliciter renunciauit, etiam cum iſta renunciatio ſit facta ad ſuperabundantē cautelam: Si eiuſdem dominæ actricis mater domina Anna, bonis ſuis renunciauit in fauorē filij ſui iunioris principis Guilhelmi, ut ſic reſeruatio iuris hæreditarij, quæ dominæ actrici in pactis dotalib. facta fuit, eneruaretur: Si deniq; literę prouiſionis, quę pòſt per dominū Guilhelmum iuniorem ſecutæ fuere, dominam actricem hæredem facere non potuerunt: Si porrò dicta domina actrix prouiſionem quinquaginta milliū floren. ei in dictis literis factam aſpernata fuerit, & ei cōtradixerit: Si prædicta omnia in præſenti conſilio ſufficienter ſunt fundata, adeoq; apparet dominam actricem petitione hæreditatis agētem nihil probaſſe, cum nec conſtare poſsit eam fratris ſui nec in toto nec in parte ulla hæredem eſſe: Conſequens eſt, ut dominus reus ab eius impetitione per ſententiam abſolui debeat. Sin uero domina actrix quinquaginta millia floren. tanquam prouiſionem ei ex benignitate fratris, nō pro ullo eius hæreditario iure, quod nullum habet, factam acceptaſſet, uel ſuper ea egiſſet, poterat fortaſſe fuiſſe tutior.

1 Impertinentia non sunt admittenda.
2 Mater & sorores in causa matrimoniali pro filia & sorore testimoniū ferre pos.
3 Confessioni partis sub calumniæ iuramento factæ, standum est, etiamsi (sunt.
nulla causa sit inserta.
4 Præsumitur uerum esse, quod quis contra se confitetur.
5 Nulla est probatio melior, quàm quæ ex propria resultat confessione.
6 Qui positionem confitetur, & postea negat, à limine iudiciorum est arcendus.
7 Quod quis approbauit, impugnare non potest.
8 & 16 Excessus modicus in iure non curatur.
9 Ad ueritatem copulatiuæ requiritur utranq; partem esse ueram.
10 Doctor, aut consiliarius principis, honore præstant.
11 Nobilitati cognata est potentia.
12 Duæ causæ uincunt unam.
13 Diuitijs non tantum tribuitur, quantum nobilitati & honoribus.
14 & 15 Præfertur perfectius, & magis dignum trahit ad se minus dignum, causaq; potentior inspicitur.
17 Paritas in personis dari dicitur, etiam si sunt excedentia & excessa.
18 Mater si sit ualde honesta & laudata, etiam data disparitate inter partes, in causa matrimoniali pro filia testificari potest.
19 In dubio quilibet honeste se gerere & uersari præsumitur.
20 In dubio meliora præsumuntur.
21 In actu indifferenti animus malus non præsumitur.
22 Actus celebratus à prouidis & honestis, etiamsi primo aspectu uideretur iniustus, tamen præsumitur iustus, propter personarum honestatem.
23 Testimonium sororum nō est suspectum, casu quo æquales essent uir & mulier, uel etiam si sit modicus excessus.
24 Paria sunt, directo' constare de actu, uel per media quæ ad hoc tendunt.
25 In matrimonio contrahendo etiam ex interuallo consensus præstari potest.
26 Consensus satis dicitur in simul fieri, etiam si successiue unus post alium fiat.
27 Proxenetę testimonium etiam altera parte inuita admittitur.
28 Dispositio aliqua non solum ea quæ directo cōtinentur probat, sed etiam ea quę ex necessaria consequentia colliguntur.
29 Præferendus est in testificando, qui melius de negocio est informatus.
30 Vnus testis fidem facit, cum de facto suo proprio testificatur.
31 Paupertas sola non facit hominem improbum.
32 Pauper testis, sed fidelis, non est reijciendus in his, in quibus requiritur idoneitas circa fidem.
33 Non sufficit dicere, nisi probes.
34 Testis etiam si esset infamis, si tamen non probetur eum pro infami habitum & reputatum, non repellitur.
35 Pluralitas non præsumitur in re quæ una & eadem esse potest.
36 Honestas personæ multum operatur ad excludendam præsumptionem calumnię & doli.
37 In dubio semper præsumitur hominem esse bonæ & laudatæ opinionis.
38 In dubio ea debet fieri interpretatio, per quam dolus excludatur.
39 Dolus non præsumitur nisi probetur.
40 Quod per famulum dominus facit, perinde est ac si ipse dominus fecisset.
41 Bono uiro fidem habens excusatur.
42 Matrimonium, contractus est bonæ fidei.
43 A bono uiro bona fides causatur.

44 Statur iuramento ubi est quæstio de animo.
45 Actus nostri uoluntarij non operantur ultra id quod uolumus.
46 Nemo censetur actum inanem & sibi damnosum facere, aut sua iura perdere uelle, ubi alia potest cadere coniectura.
47 Fatuus esset qui iudicium suum impugnaret.
48 Verisimile non est, quod est à uero dissimile.
49 Ea præfertur interpretatio, quæ apud sapientes reprehensione caret.
50 Euidentia facti, omni alij probationi præfertur.
51 & 72 Quod pars postea facit, talem animum ab initio habuisse præsumitur.
52 Voluntas facile ostenditur.
53 Interiora per exteriora præsumuntur.
54 Voluntatis mutatio non præsumitur, nisi doceatur.
55 Dolose amittens instrumenta uel literas alterius, subtrahenti & corrũpenti æqui paratur, causamq; iniquam fouere deprehenditur.
56 Vbi fides deficit, omnia ea inficiuntur quæ ex fide effectum sumunt.
57 Fraus & dolus nemini patrocinari debent.
58 Ex fraudulenta subtractione instrumenti alterius, causa cadere reus debet.
59 Studium facit memoriam.
60 Vbi est text. ibi nulla debet esse dubitatio.
61 In secretis & clandestinis actibus, non solent adhiberi multi testes.
62 Matrimonium causæ criminali non assimilatur.
63 Donatio pertinet ad nobilitatem.
64 In muneribus considerari debent personę dantis & accipientis, & quantitas &c.
65 Mulieres non libenter expendunt.
66 Præsumptio sumpta à natura & conditione muliebris status & uirginitatis, uiolenta est, & plenè probat.
67 Signum acceptoris etiam signatum amplectitur.
68 In symbolizantibus facilis est transitus.
69 Patientia cum taciturnitate consensum importat.
70 & 77 Acceptans literam simpliciter, nec protestans aliquid in contrarium, fateri, & in contractum assentiri uidetur.
71 Sequentia ex præcedentibus lumen sumunt & intellectum.
73 Talia sunt subiecta, qualia permittuntur ab eorum prædicatis.
74 Quæ simpliciter disponuntur, ad materiam subiectam sunt reducenda.
75 Ex responsione apparet, qualis fuerit interrogatio præcedens.
76 Nullum est maius mentis testimonium, quàm qualitas inspecta uerborum.
78 Vni solenni uiro credere quis potest, & excusatur.
79 Vnus testis de ueritate deponẽs, & duo testes de fama, plenã faciunt probationẽ.
80 Testes licet singulares, si tamen uiri sunt insignes & præcipuæ autoritatis, ueriſimilia q; deponunt, iudex eis indubitatam fidem adhibere potest.
81 Ea censetur sufficiens probatio, quæ iudicem ad credulitatem inducat.
82 Testes singulares licet non probent, si tamen ex illis iudex in credulitatem deducitur, potest illis plenam fidem adhibere.
83 Matrimonij tantus est fauor, ut si inter opiniones Doctorum unus sit uir excellentis doctrinæ qui pro matrimonio consulat, eius opinio in dubio preferenda est omnibus alijs Doct. contra matrimonium consulentibus.
84 Aptitudo & natura potius, quàm alicuius emergentis seu aduentitij casus qualitas spectatur.

Tametsi

TAMETSI in causa matrimoniali inter honestam uirginem Annam S. actricem ex una, & Iacobum Philippū B. reum ex altera partibus, superiori tempore per quosdam clarissimos uiros dños Doct. & me infrascriptum doctorem diligenter consultum sit: ut tamen luce meridiana clarius de iustitia dictæ uirginis pateat, & ut quibusdam obiectis quæ in actis mota sunt, & aliȝs fortasse pluribus, quæ per aduersæ partis consultores moueri possent, plenius respondeatur, isthæc quæ sequuntur per modum additionis adducere uolui, ut uenerabiles dñi iudices sanctæ sedis Moguntinę planam & directam uiam (non quę sit per circuitus & diuerticula) euntes, ad metam & cardinē iudicationis facilius & certius perueniant.

Et in primis aduertendum puto, quod reus iudicialiter cōfessus est, se literas seu missiuā XX. Februarij, anno &c. XXIX. manu sua actrici scripsisse, licet negauerit uerba matrimonialia in eis contineri (quod tamen an iustè negauerit, pòst uidebitur.) Sed ex ista confessione rei clarè euincitur, quod is reus seu eius aduocati & cōsultores, super comparatione literarū superuacaneè disceptant, quasi per literarū comparationem nō sit probatū dictas literas per reum esse scriptas. Nam quid egemus comparatione ulla, cum reus ipse ultro confitebatur eas literas se scripsisse? Proinde aduersarij in eo puncto extra causam & impertinenter fatigantur, & uelut umbram inani huiusmodi disceptatione feriunt. Itaqȝ totum illud quod cōparationem literarū concernit, à prȝsenti negocio, tanqȝ rem extraneā, seperamus & ablegamus, cum impertinentia non sint admittenda, ut dixit Philip. Decius consil. clxij. in prin. 1
& ea quæ ad merita causæ pertinent tractabimus. Quod si aliqua repetamus quę ab aliȝs consultoribus tacta sunt, hoc non alio fine facimus, quàm ut eo cōmodius ad priora aliorū cōsulta addamus. Repeti enim ab aliȝs scripta posse, Cicero de finib. bonorum & mal. docuit. Et iure uulgato cautum est, repeti posse ut addas, ut est gl. in l. si fullo. de condict. sine causa.

Cardo igitur & scopus iudicationis in hoc stat, ut inuestigetur an reus per supradictas literas XX. Februarij ad actricē scriptas, eam matrimonialiter desponsauerit. Et certè ex actis causę per quatuor testes, nempe per matrem & duas sorores actricis, & per Elisabetham mandatariam euidenter constat probatum esse, quod dictę literæ matrimonialem desponsationem continuerint. Dictæ enim mulieres literas prȝfatas legerunt, & audiuerunt legere, ut in actis plenius deductum est. Matrem autem & sorores in causa matrimoniali pro filia & cognata te 2
stimoniū ferre posse, ex uulgato c. super eo. de testib. & ex c. uidetur. qui matri. accu. poss. cum concord. satis manifestum est, in quo me refero ad dominos cōsultores, qui in eo puncto non parū multa scripserunt.

Verum quia cōtra istas quatuor testes non solum in actis primæ in-

ſtantiæ,ſed etiam coram dominis iudicibus ſanctæ ſedis Mogunting, in quibuſdam prętenſis articulis per aduerſarios oblatis,nonnulla obiecta ſunt,& ueriſimile quod per eorum conſultores in allegationibus etiam complura obijciantur : unde cꝫ poſſum diligentiſsime,huiuſmodi & alia obiecta,ſi quæ diuinando aſſequi poſſum, cõfutabo, propter quod & præſentem laborem præcipue ſuſcepi.

Et primo obijcitur,quod mater non poſsit ferre teſtimonium pro filia,cum reus ſit diuitijs ſuperior.per d.c.ſuper eo. &c̃. Sed hoc nõ obſtat: ſiquidem reus ipſe ſuper poſitionum articulis in prima inſtantia, clxxvij. & tribus ſeq. iudicialiter confeſſus eſt, uirginem in diuitijs, genere & familia, ſibi reo æqualem, imò in quibuſdam qualitatibus ſu-
3 periorem eſſe: cui confeſsioni per reum ſub calumnię iuramento factę, tancꝫ confeſsioni iudiciali ſtandum eſt, etiam ſi nulla cauſa ſit inſerta. Cyn. & Doct. in l. generaliter. C. de non numer. pec. fa. gl. in c. fin. de confeſſ. gl. Bal. Salic. in l. cum precum. C. de lib. cauſ. gl. mag. poſt medium in l. exceptionem. C. de probat. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de lib. leg. prout hæc & alia Ioan. de Imol. allegat conſil. cxxxiij.
4 & fa. Ioan. de Ana. conſil. lxxxv. Et præſumitur uerũ eſſe, quod quis contra ſe confitetur. l. non putauit. §. ſi quis ſua. ff. de cont. tab. Cum
5 ergo nulla ſit probatio melior cꝫ quę ex propria reſultet confeſsione. c. per tuas. de probat. l. proinde. ff. ad l. aquiliam. manifeſte patet prædictam obiectionem ſuper exceſſu diuitiarum contra matrem actricis factam,ex propria confeſsione rei cecidiſſe. Male igitur aduocati rei,eorum clienti cõſuluiſſe uidentur,qui contra id quod reus iudicialiter cõfeſſus fuit,pugnare pergunt,non cõſiderantes,quod is qui poſitionem
6 confitetur,& poſtea negat, à limine iudiciorum ſit arcendus, ut uoluit
7 Bald. l. i. C. de furt. Non enim quis impugnare poteſt,quod approbauit,ut Alexan. in l. naturalis. §. nihil cõmune. xiij. col. & xv. de acquir. poſſ. Et dicit Ang. conſil. cccxxxvi. col. ij. ad fi. uerſ. pro hoc. uariantes per prætorẽ nõ admitti. Sed demus,citra præiudiciũ ueritatis, quod reus in bonis temporalibus ditior foret actrice:hoc tamen obſtare matri nullo modo poſſet, cum ſi quis eſſet exceſſus, modicus tamen eſſet:
8 at modicus exceſſus non curatur,ut per Doct. in d. c. ſuper eo. Deniq; in eo. text. diuitiæ & nobilitas per copulatiuã coniunguntur. Ad cuius
9 ueritatem utriuſq; partis uerificatio neceſſaria eſt. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit. cum uulg. ut non ſolum ſufficiat reum eſſe diuitem,niſi etiam nobilitate ſuperior ſit. At in caſu noſtro reus etiamſi diuitijs excederet (cuius tamen contrarium ex ſua confeſsione relucet) tamen nobilitate ſine dubio inferior habetur. Nec enim ignotum eſt parentes actricis de uetuſta familia prodiſſe, & honeſtate claritateq; nataliũ, longe eſſe præſtantiores quàm ſit reus,id quod pater rei,dum ſuper articulis actricis deponeret,confeſſus eſt. Accedat, quod cum Ant. de Butr.

in d.

in d.c. ſuper eo. eum honore præſtare ſcribat, qui ſit aut Doctor, aut 10
conſiliarius principis. Et conſtat quod nobilitati cognata ſit potentia, 11
ut uoluit gl.in c.lex eſt. &ibi Archi.diſt.ij.Et latius tractat Bart.Cepol
la in tractatu de nobilitate.recte euinco,patrem actricis non ſolum cla
ritate natalium,ſed etiam honore & potentia eſſe ſuperiorem,ut qui ſit
Doctor inſignis, & conſiliarius Cęſaris opt.max. & item aduocatus ſa
cræ Camerę Imperij,uir doctrina,nomine,genere &fama prę rogatus.
Itaq; ſi reus aliquanto etiam foret ditior,tamen plebeius eſt,& ab actri-
ce,nobilitate,potentia & honore exceditur: qui exceſſus in tribus iſtis
10 ſine dubio uincit & enecat diuitiarum iactationem.Si enim duo uincu
la,duæ cauſæ unam uincunt.in Authen.de conſang. & uter.frat. circa 12
medium. Bald.conſil. clxxxv.iij.part.uerſ.duæ res. & not.in Authen.
itaq;.in gl.mag.ad fin.C.cõm.de ſucceſſ.Et dicit Propertius lib.ij.Me
lius duo defendunt retinacula nauem. quanto fortius tres cauſæ uince
re debebunt:Funiculus enim triplex difficile rumpitur.Eccleſiaſt. cap.
iiij.& habetur in c.i.de treug.& pac.cum ſimil.Deniq; non eſt ignotũ,
diuitijs non tantum tribui, quantũ nobilitati & honoribus: ut ad lon- 13
gum proſequitur Bart.Cepoll.in d.repet.ſua ſuper nobilitate. & Bar.
in l.i.C.de dig.lib.xij. Sæpe eñ fit quod & improbi diuitias cõgerant.
20 At eminentiam uirtutũ nemo niſi probus cõſequitur, ut pulchrè docet
Ariſtot. in problem. Omnia enim bona, ut inquit Plautus, apud eum
ſunt,penes quem eſt uirtus.Et dixit in uarijs locis Barba.bonũ nomen
præferri diuitijs.conſil.xxvij.num.xviij.conſil.xlvij.num.xx.& alibi.
Non obmitto quod Bart.uoluit in l.diuortio.ff. de uerb. oblig. & l.ſi
ita ſtipulatus fuero te ſiſti.§. fi.ad fi.eo tit.quod donatio quam facit ple-
beius ditiſsimus mulieri nobili,ſed pauperi, non cenſeri donationem,
ſed remunerationẽ nobilitatis,quod nobilitas & generis claritudo ma
gno interuallo diuitijs in plebeio præluceant. quod idem Bart. latius
tractat in l.ſi uoluntatis.C.de dot. promiſſ. Vſqueadeo in talibus exce
30 dit nobilitas & honor, ut ſubſeruire nobilitati diuitię,non excellere in-
telligantur.Et pro dicta Bart.doctrina conſuluit Petr.de Ancho. con-
ſil.ccxix.& Iaſ.in d.l.diuortio.pro hoc Doct.copioſe allegat.Itaq; ſi de
derimus aliquid momenti eſſe in diuitijs, conſpectiora tamen & clario
ra ſunt generis,potentiæ,& honoris dona,quæ in actrice apparent.ad
quod fa.in arg.l.unicuiq;.C.de proxi.ſacro.ſcrin. lib. xij. ubi qui tem-
pore uincitur,meritorum comparatione ſuperat. & fa.c.i. in princ. de
reliq.&uene.ſanct.lib.vi.ibi,&cõmendatingentior excellentia merito
rum. Quæ cum ita ſint, conſequens eſt, quod reus in hac cauſa non ſit
ſuperior,etiamſi foret ditior : ſed ipſa actrix in omnibus melioribus &
40 generis & uirtutum dotibus reum excedat. Nam quando ab una parte
aliquid eſt quod cõmendari poſsit,cæterum ab alia parte concurrat id
quod eſt perfectius, præfertur perfectius, ut dicit Dn. Signor. conſil. 14

xcvi. iiij. col. qui allegat l. si id quod. de rescind. uend. l. cum de ætate. de probat. l. si te solum. §. fi. de hæred. instit. cum similib. Et per manus
15 traditur, magis dignum trahere ad se minus dignum, causamq; potentiorem inspici. Abb. c. cum non sit. iij. not. de deci. fa. c. quod in dubijs. ibi Abb. de consecra. eccles. uel altar. las. cum cõcord. in l. duo iudices. ad fin. de re iudicata.

Prædictis consequens est, matrem per d. c. super eo. non solum non repelli, sed sine exceptione in testem admitti. Et quamuis prætendi forsan posset, quod dictæ qualitates in c. super eo. haberent se in casu nostro tanquam excedentia & excessa, & propterea arbitra- 10
rium sit dominis iudicibus an matris testimonium recipiatur, ut per Spec. in tit. de teste. §. i. uers. sed si uir. in ij. col. mihi. & Ant. de Butr. in d. c. super eo. tamen quia negari non potest, quin reus si etiam in diuitijs excederet, modicus omnino esset excessus, cum & ipsa actrix diuitijs polleat, ut ex actis primæ instantiæ, & ex positionũ articulis cogno
16 scitur: at modicus excessus in iure nostro, ut & suprà dixi, non curatur nec attenditur. c. reuera. cum gl. not. in uerb. mortui sunt. de consecra. dist. ij. c. pen. & ibi gl. in uerb. enormi. de reb. eccles. nõ alien. las. in l. sciendum. iij. col. qui satisfda. cogan. Bald. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. & fa. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmod. cum sim. Et uerũ sit, quod ea quę 20
in actrice excedunt, sint plura & fortiora quàm diuitiarum qualitas (si quę esset in reo, quod nondum constat) nulli dubiũ esse potest quin uenerabiles & spectatissimi dñi iudices matris testimoniũ in prẹsenti causa suspectum esse non sint arbitraturi. Addimus quæ consuluit Philip.
17 Decius consil. clxiij. viij. col. ad fin. qui paritatem in personis dari dicit etiam si sint excedentia & excessa. Eo etiam uero existente, quod cum dicta mater actricis mulier sit laudata & ualde honesta, id quod notorium est, & per reum recognitum, imò & per patrem ipsius rei, dum is tanq; testis super articulis deponeret, claré fuit confessum: consequens
18 est, quod ista mater, etiam data disparitate inter partes, pro filia testificari poterat, ut tenuit Alex. de Imol. consil. cli. ad fin. & consil. cliij. ij. col. uers. nec prædictis. in quinto uolu. qui allegat Ioan. And. post antiquos, in d. c. super eo. Quanto ergo magis depositio ipsius pro filia admittitur, quæ in tot qualitatibus reum excedere comprobatur?

Quod si quispiam ex aduersarijs prætenderet, matrẽ & sorores ideo suspectas, quod nimia affectione teneãtur in personã actricis, & quod subseruierint actrici testificando, & literas rei lectas fingere potuerint super matrimonio, quæ res dictas mulieres sinistra suspicione oneraue- 40
rit &c. Sed non obstat, imò euidenter calumniosa est ea obiectio, ne dicam turpis & absurda. Dictas enim matrem & sorores magna honestate & integritate præditas esse, planè notoriũ est. Imò & per patrẽ rei & per ipsum reum (ut & suprà dixi, & libenter repeto) super articulis

claré

clarè cõfessum est, quod nullum penitus defectum sciant in actrice, matre, & suis: & præsertim pater rei recognouit parentes actricis seipso dignores esse. Quę cum uera sint, quis tam temerarius cõsultor esse posset, qui ullam sinisteritatem, corruptelam uel falsitatem, dictis honestissimis mulieribus affingeret? Eo accedente, quod etiam ex iuris doctrinis quilibet in dubio se honeste & integriter gerere & uersari præsumi 19
tur. l. meritò. ff. pro socio. c. estote. de reg. iur. c. i. de scrut. i. q. vij. sancimus. Innoc. & Panor. in c. dudum. de elect. Ioan. de Ana. & Doct. in c. cum dilecti. de accus. Bald. l. pen. C. de quęst. Et uulgò dicitur, meliora 20
10 præsumi in dubio. l. hæ causę. ff. de suspe. tut. fa. optime l. cum creditor. ff. de furt. Et quod in actu indifferenti animus malus non præsumatur, 21
tradit pulchrè Franc. Curt. consil. xx. col. xix. ad prin. qui allegat Bart. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de op. no. nunc. & d. c. cum dilecti. & ibi Panor. de accusa. Hoc est quod Soci. consil. clxiij. col. ij. ad fin. dicit, actum celebratum à prouidis & honestis, etiamsi primo aspectu 22
uideretur iniustus, tamen præsumi iustum, propter personarum honestatem. allegat c. nisi essent. & Doct. ibi. de pręben. Innoc. in c. i. de cler. pereg. Absit igitur ab honestate dictarum mulierũ, quod in sacro illo matrimonij sacramẽto, nephanda impostura literas falsas cõfingerent,
20 & sceleratissimo crimine sese & totam familiam perpetua infamia contaminarent. Quod autem aduersarij causari nimiam affectionem in dictis mulieribus possent, ut quæ filiæ & sorori timerent, ne si matrimonium ad effectum non perduceretur, actrici hoc cederet ad ignominiã &c̃. non obstat. Rationabilis enim est is timor matris, quem quilibet uir bonus in hoc negocio habere posset, ne propter captiosas tergiuersationes & iniustas contradictiones & inficiationes rei, contingeret famam pudicę uirginis actricis attentari & denigrari. meritò matri & sororibus ea res cordi esse debet. Sed quod propter hoc nimia affectio, quæ culpam & scelus nutriat, præsumi possit, hoc ab omni iure & ra-
30 tione alienum est. per d. c. nisi essent. cum simil. suprà allegatis. Sit sanè affectio in matre ad filiam, ea tamen intra fines honestatis & rationis continetur: propterea & syncera dicitur affectio, quam Apostolus impartiri suis optabat, ad Philip. cap. ij. qua affectione qui caruissent, ab Apostolo scelerati iudicantur. ad Rom. ca. i. ad fin. & ij. ad Thim. cap. iij. Hanc affectionem, quæ culpam non habet, fatemur in casu nostro in matre esse ad filiam, scilicet, quod ei cum ratione & honestate afficiatur: siquidem & pro filia in matrimoniali causa, data paritate qualitatũ uel modico excessu, ut suprà satis prosecuti sumus, mater testificari potest, ea affectione nõ obstante, scilicet quod ea affectio nihil sinistrę præ
40 sumptionis habeat, nihil corruptelæ. Nec ignoro aliam etiam esse affectionem sensualitatis, quæ ex sensu erumpens, sæpe tendit ad illicita, quæ affectio ad scelera, ad impostura prolabitur: de qua sensit Se-

neca lib. i. de ira, ubi dicit, nihil rationis esse, ubi semel ea affectio inducta est. Et ista affectio quia solet esse nimia, matrem à testimonio pro filia excluderet, ut d. c. super eo. Verum de huiusmodi illicita affectione nihil ad propositum. Quod enim mater actricis tam integra mulier filiæ timet, ne cum iniuria periclitetur, honesta tangitur affectione, quæ extra rationis limites non euagatur. Et certe si parentes actricis in hac causa, cõscientia propria, & filiæ nõ solicitarentur, & quod uererentur actricẽ non solum in sinistram famã innocenter incidere, sed etiam propter conscientiam nubere ultra non posse, crediderim eos non admodum pro matrimonio quo ad personã rei laboraturos. Et proinde si aduersarij uel matrem uel sorores actricis, ullius doli, fraudis, uel impostur̃ criminarentur, euidenti calumnia eas insectarentur, nec essent ullo modo à reuerendissimis iudicibus in huiusmodi calumnijs audiendi, quas sine omni probatione spargere conarentur, sed à limine iudiciorum reijciendi. l. satis. C. ad l. Corn. de falsc. super hoc. & ibi Ant. de Butr. de renunc. cum simil. Et per prædicta satis credimus matris testimoniũ esse defensum. Obijcitur etiã in actis utriusq; instantiæ contra sorores, quasi domesticæ sint, simul habitantes, ut ita fidem non faciant &c̃. Verum quia ea obiectio per Dn. Doctorem Conradũ Hel, in suo eleganti consilio satis confutata est, non est opus quod in multis deducendis fatigemur. Vnde hoc in præsentia sufficiat, quod dicit
23 Socin. consil. xvij. pen. col. uers. uel secundum alios. eo casu quo æquales essent uir & mulier, testimoniũ sororum non esse suspectum: quam dicit cõmunem esse conclusionem. Ant. de But. Abb. Sicul. in d. c. super eo. d. c. uidetur. & ibi Ioan. de Imol. quam opinionem dicit Soci. se esse secutũ. Et certe Hostiẽn. in Summa, de teste. §. quis possit. uers. ubi autem quæritur. sorores in casu matrimoniali data æqualitate uel modico partium excessu, admittẽdas esse censuit. quod & Alex. d. consil. cli. in fin. tenet. Quæ uel maxime uera sunt, cum sorores bona & honesta fama & integritate ornentur, ut uoluit Bald. in l. etiam. C. de testib. dum de familiarib. bonæ & honestæ uitæ loquitur. quod idem Ioan. de Ana. consil. lij. adducit, & Lud. Bolo. ibidẽ latius explicat. Nunc in præsentia actrix non solum æqualis est reo, sed nobilitate, potentia, & honore superior, ut suprà declarauimus. Deniq; suæ sorores uirgines sunt, pudicitia, morum & uitæ honestate cõmendatæ. Certe nulli dubium relinquitur, quin earũ testimonia fidem faciant, eo maxime accedente, quod ueri similia deposuerint, earumq; dicta præsumptionibus uehementibus stabiliuntur, id quod in prioribus consilijs per Doct. diligenter deductum est, & infra aliquo modo attingetur. Quod si latius ab aduerso prætenderetur, quod mater & sorores debeãt probare se esse honestas, fortasse per doctrinã in l. i. §. si quis neget. ad si. quem. ad. testam. aper. nullatenus obstat: imò obiectio ista est friuola planè,

cum

cum notiſsimi iuris ſit, quod in dubio honeſtas perſonæ præſumitur, donec contrarium probetur, id quod ſuprà per multa fundauimus. Et non obſtat d.l.i.§.ſi quis neget. quia Bar. ibidem in alio caſu loquitur, qui nihil facit ad propoſitum: nempe cum teſtes inſtrumento contradicunt, utrum notario an teſtibus ſit credendum. Sed cur inutilibus iſtis iurgijs fatigamur? cum reus ipſe ultro in articulis confeſſus ſit, nullum ſe ſcire defectum, nec in actrice, nec eius parentibus aut familia.

Poſſet item ex aduerſo prætendi, quod mater & ſorores licet fortè admitterentur, quando directè deponere ſuper cõſenſu uel fœdere matrimonij uelint: tamen ſi non directè & immediate ſuper his ex quibus conſenſus eliceretur, deponerent, tunc non admitti &c̃. Sed iſta leuia & friuola non merentur confutationẽ, imò in primo limine concidunt. Cum enim in cauſa matrimoniali mater & conſanguinei admittũtur, certe nihil refert, an de conſenſu mediato uel immediato teſtificentur, dum ex earum depoſitione de conſenſu & matrimonio cõſtare poſsit. arg.l.ſenatoris filium.§.neq;.ff. de ſenat. Paria enim ſunt, directò conſtare de actu, uel per media quæ ad hoc tendunt. arg.l.ſi quis ſeu liber. in fi. ibi, quid enim intereſt. C. de nat. liber. l. ſi uero non remunerandi. §. filioſam. i. ff. mand. Deniq; ſi diſpoſitio d.c. ſuper eo. etiam ad dotem extenditur tanq; ad dependens, ut uoluit Ioan. de Ana. d. cõſil. lij. quãto fortius & in caſu noſtro locum habebit, eo etiã uero exiſtente, quod & in exorbitãtibus ex identitate rationis fit extenſio, ut tradit Ant. Corſetus in ſingul. ſuis, in uerb. extenſio. per iura ibi per eum allegata. Ad prędicta fa. gl. in l. ſępe. in uerb. ipſos. de re iud. quæ uoluit, nihil referre an aliquid directè fieret, an ex cõſequentia. Itaq; ex pari iudicatur cõſenſus partium præſentium & abſentium: quod certe manifeſtum eſt ex eis qui per literas contrahunt, ut ſuprà diximus. & fa. l. ex hac ſcriptura. in fin. de donat. Imò præſens præſenti conſentire intelligitur, dum per epiſtolam contrahitur, ut in priore meo conſilio attigi, cum epiſtola fingat partes eſſe prẽſentes. Bar. in l. nuda. ij. col. eo. tit. fa. l. ſi per procuratorem. ibi, uelut præſentis. de procur. Item ex alio per aduerſarios pugnari poſſet, quod conſenſus matrimonij debeat eſſe cõtinuus, & non ex interuallo fieri &c̃. Sed hoc nimis frigidum, imò totum uanũ eſt: quia quæ per epiſtolã miſſam & receptam, cõſenſu mox ſubſecuto fiunt, perinde ſunt ac ſi inter præſentes cõſenſum eſſet, ut iam ſuprà dixi. Et quod ex interuallo etiam cõſenſus præſtari poſsit, maxime ſi per nunciũ uel epiſtolam cõtraheretur, dummodo is cui mittitur epiſtola cõſenſum in cõtinenti notificet, uoluit Hoſti. in c. ſi inter. de ſponſ. Archid. in c. ſufficiat. xxvij. q. ij. & idẽ in c. fi. & ibi Gemi. Philip. Franc. de procur. lib. vi. cum ſim. Et ſatis dicitur cõſenſus in ſimul fieri, etiamſi ſucceſsiue unus poſt alium fiat, ut elegãter uoluit Ant. Corſet. in ſuis ſing. uerſ. in ſimul. fol. xxij. At in caſu noſtro actrix in literas per reum

24

20

25

26

missas mox consensit, ipsi reo alias mittendo literas desponsorias, eique per Elisabetham mandatariam nunciando, quod desponsationi matrimoniali consentiat, ut per dictas testes, matrem, sorores & mandatariam Elisabetham sufficienter probatum est. Quibus & appositè adminiculatur Caspar testis alius, cui actrix mox eo die quo literæ mitterentur, anulum Rubini ostenderat, iactitans hunc esse anulũ desponsorium. Quod si per partem aduersam disceptaretur, quod reus nec ab initio consensisset, nec in consensu ullo perseueraſſet &c. nihil habet momenti: siquidem consensus suus per quatuor testium depositiones, & per alias rationes indubitatas, quę in consilijs Doctorum pro actrice deductæ sunt, & per multas uehementes præsumptiones, ut infra deducetur, legitimè apparuit. Perseuerantia autẽ sua ex depositionibus Elisabethæ, & alijs rationibus satis comprobata est. Nec ad rem pertinet, si reus post nexum uinculi matrimonialis, post motam præsentem litem, conatus fuisset non perseuerare in matrimonio, uel etiã idipsum negasset: nam ad uictoriam præsentis causæ sufficit desponsationem partium ultro & citro factam, per prædictas tres testes, & per Elisabetham, legitimè probatam esse: quæ Elisabetha etiam de perseuerantia rei sufficienter testificata est. Verum contra dictam Elisabetham & eius depositionem, in actis utriusque instantiæ obiectum est, quod ipsa mediatrix & proxeneta inter partes fuerit, & insuper persona uilis & pauper, quæ & impudicis & illicitis rebus operam dederit &c. Sed certe nihil eorum obstat. Nec enim puto dictam Elisabetham inter partes mediatricem aut proxenetam fuisse, ut quæ propter salarium (quod proxeneticum nominant) uoluntatibus partium inquirendis & conciliandis non laborabat, quod tamen in proxeneta exigitur, ut est gl. in rub. ff. de proxenetis. nec ei extra ordinẽ pro salario ulla petitio competebat, ut in l. fi. ff. eo. tit. Frustra igitur in negocio nostro
27 & impertinenter disceptatur, quicquid super proxeneta disceptatur. Quod si etiam dederimus mulierem fuisse proxenetam, adhuc tamen non constat proxenetam à testificando (nisi utraq; parte consentiente) prohiberi. Et in diuersum est probabilior opinio, quod imò etiã altera parte inuita admittatur: quam dicit Barba. in consilijs suis esse cõmunem. Et ita etiam præceptor meus clarissimus uir Dn. Ioan. de Oderheim, in quodam suo consil. necdum impresso, eam opinionem cõmuniorem esse dicit: quam & Bald. & Sali. in l. omnibus. C. de testi. gl. in Authen. de testi. §. quoniam. & ibi Iacob. de Beluis. & Angel. tenuerunt, iunctis quæ per Doct. nostros plenius sunt allegata. Verum dimissa ista disputatione, puto dictam Elisabetham uerius nominari nunciam seu mandatariã, & nudam ministram, quàm mediatricem, ut quæ mandata rei ad actricem, & rursus ab actrice ad reum, nudo ministerio detulerit. arg. l. executorem. C. de execut. rei iudic. At nuncij de gestis

quæ

quæ eis committuntur, testificari nullo iure prohibentur, ex eo, quod cum edictum de testibus prohibitorium sit, inter personas prohibitas non enumerẽtur. Denicꝑ uiua ratio pro dicta Elisabetha militat. Nam si reus eandem mulierem idoneã iudicauit cui gerenda ad actricem cõmitteret, debet etiam eam idoneam iudicare quæ de gestis huiusmodi testificetur: quia qui uult antecedens &c̃. l. illud. de acquir. hęred. & fa. Bar. in extrauag. ad reprimẽdum. in uerb. per nunciũ. qui dicit, eo ipso quod nuncio fit commissio, ipsum in ipsa cõmissione eligi, ut rem gestam referat. Et dicunt Ant. de Butr. & Abb. in c. cum olim. de cens.
10 quod dispositio aliqua non solum ea quæ directe continentur probat, 28
sed etiam ea quę ex necessaria consequentia colliguntur. quod Iason in l. prætor ait. de oper. no. nunc. latè prosequitur. Quod autem reus ei mandata dederit, confessus est in pluribus particulis actionis institutæ, dum super ipsis responderet. Ad prædicta faciat quod dicit Ant. de Butr. in d. c. uidetur. ad fin. præferendum esse in testificando eum qui 29
melius de negocio est informatus, quærendamꝙ ueritatem testimonij ab eo qui melius informatus præsumitur. Et dicit Luc. de Penn. in l. iij. C. de naufragijs. lib. xi. eos potissimè ad testificandũ admittendos esse, qui negocia tractauerunt. allegat c. super prudentia. xiiij. quæst. ij.
20 cum similib. Faciat notabilis doctrina Paul. de Castr. in l. quicunꝙ. ad
fin. C. de ser. fugi. qui dicit, quod unus testis fidem faciat, cum de facto 30
suo proprio testificatur. & ita ipse consuluit consil. cccl xxi. ad fin. & consil. cccxxix. v. col. ad fin. Idem tenet Salic. in l. si quis decurio. iiij. oppos. C. de fals. Iason tamen in l. admonendi. in prima lectura, xxi. colu. de iureiurand. hanc Pauli doctrinam nõ recipit, licet (ut ipse ait) non uiderit contradicentem, excepto Alexand. Ego ueritatem huius doctrinæ, quæ mihi uidetur probabilis, in arbitrium iudicantis locandam puto. per §. tu magis. Si nunc fides testi datur de facto proprio deponenti, ut satis colligitur ex Bartol. in d. uerb. per nuncium. ad
30 fin. quanto fortius dicta Elisabetha fidem faciet de his quæ nunc ad reum, nunc ad actricem, ex ipsorum mandato & commissione, huc & illuc discurrendo executa fuit, cum habeat in præcipuis locis contestes. Quod autem obijcitur dictæ Elisabethæ paupertas, & quod sit uilis persona, quæ dederit operam actibus illicitis, non ob-
stat: quia paupertas sola non facit hominem improbum. Instit. de su- 31
spect. tuto. in fin. cum multis quæ adduci possent, & quæ per alios Doct. satis sunt allegata. Et dicit Flori. in l. testium. super gloss. ff. de testib. quod in his quibus requiritur idoneitas circa fidem, pauperem fi- 32
delem non esse reijciendum. Quod autem dicta Elisabetha sit uilis
40 aut turpis persona, uel quod illicitis actibus operam dederit, nihil eorum ab aduersarijs probatum est. Vnde dicimus ad eos quod uulgò dicitur, doce. Non enim sufficit dicere, nisi probes: & boni uiri

33 non allegant, quod probare non possunt. l. qui accusare. in princ. C. de eden. c. plerunq; in fin. ij. quæst. vij. & fa. gl. in c. non est. de consuet. lib. vi. cum similib. Quod si etiam fuisset infamis (quod tamen non
34 constat) tamen cum non sit probatū eam pro infami habitam & reputatam fuisse, non repelleretur, ut eleganter dixit Alex. consil. xxiij. pen. col. uers. præterea non sufficit. in ij. part. Patet igitur ex depositione dictæ Elisabethæ, iunctis tribus idoneis & legitimis testibus, nempe ex matre & sororibus actricis concordi depositione, quod dictæ literæ quas reus sua scriptas manu XX. Febr. anno &c̄. XXIX. actrici misit, matrimonialem desponsationem continuerūt, & quod actrix eam despon sationem acceptauit. Nam dictæ testes prædictas literas legerunt, & legi audiuerunt: deniq; & actricem huiusmodi sponsalia acceptantem audiuerunt: quæ testificatio cum sit de auditu proprio, recte fidem facit. accedente etiam quinto teste Caspare, cui ipsa actrix eo tunc anulum Rubini desponsorium cum acceptatione ostendit. Et porrò ex depositione dictarum testium, & maxime Elisabethæ, constat, quod actrix suas etiam literas reo in continenti misit, in quibus dicta sponsalia acceptauit, & in signum eiusdem despōsationis sertum & cordam munera preciosa misit. Quæ certe testimonia cum nec reiici nec oppugnari possint, euidentem fidem, imò manifestam ueritatem faciunt dictæ desponsationis matrimonialis per partes contractæ.

Sed adhuc aliqua in actis à parte aduersa obijciuntur, & fortasse plura à consultoribus suis: unde ea quatenus partim ex actis cognoui, partim diuinando collegi, breuiter diluenda suscepimus. Et dum prætenditur, non constare quod ea missiua quæ lecta est, sit ea quam reus misit, & potuisse aliam dolo suppositam fuisse &c̄. non obstat, imò nihil habet nec rei nec momenti. Constat enim ex confessione quam reus fecit, quod is literas uel missiuam huiusmodi XX. Febr. ad actricem misit: id quod si aduocati partis aduersę negarent, iniustissime agerent, cū is ipse reus hoc in iudicio confessus sit. Item & constat per dictas quatuor testes, eandem missiuam supradicta XX. Febr. à reo missam, corā præfatis testibus lectam esse, & sponsalia in se continuisse: unde ex iuris necessitate euincitur, eam epistolam quam reus misit, & quæ coram testibus supradictis lecta fuit, unā & eandem esse epistolam, & non plu
35 res. Nam in ea re quæ una & eadem esse potest, nō debet præsumi plu ralitas. Vnde qui uult dicere plura, probet. ita eleganter dicit Alex. consil. xvi. ad fin. in v. uolu. qui allegat Bart. & alios in l. si quis seruum. §. inter duos. per ibi not. de leg. ij. l. ita fidei. ff. de iur. fis. l. cum de lege. cū gl. ibi. ff. de probat. & per Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. de iur. codicill. Bart. in l. in rem. & ibi Alex. in addit. de rei uend. Paul. de Castr. post Bart. in l. triticū. de uerb. oblig. qui allegat Bald. in l. ij. C. de erro. aduoc. Porrò absurdum est calumniari honestas illas mulieres, quasi

dolo

dolo alias literas ſuppoſuiſſent, cum tamen reus ultro & egregie confeſſus ſit, ſe nullum ſcire defectum nec in actrice, nec in parentibus: & iure caueatur, quod honeſtas perſonæ multū operetur ad excludendā præſumptionem calumniæ & doli, ut dicit Bal. in d. l. ij. C. de falſ. Bar. in l. quotiens. §. ſed ſi non in corpore. ff. de hæred. inſtit. Bald. l. i. in fi. C. loca. fa. not. per Hoſtieñ. Ioan. And. in c. finem litibus. & ibi Ant. de But. coll. vi. de dolo & cont. Abbas poſt Ant. in c. poſtremo. de appell. Alex. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudi. gl. in l. omni modo. ſuper uerb. non licebit. C. de inoff. teſt. Et in dubio ſemper prę- 36
ſumitur hominem eſſe bonę & laudatę opinionis. l. cum pater. §. rogo. 37
de leg. ij. c. licet. de accuſ. Raph. Fulg. conſil. clxxiij. Raph. Cuma. conſil. cxxv. Bald. conſil. xxix. i. part. fa. c. ſacro. de ſent. excōm. Et conſtat quod in dubio ea debeat fieri interpretatio, per quā dolus excluditur. 38
d. l. meritò. Bald. l. iuris gentiū. §. quod ferè. ff. de pact. in l. Imperator. de ſtatu hominū. & idem in d. l. i. C. loca. Bart. in d. §. ſed ſi in corpore. Et uulgò dicitur, dolum nō præſumi niſi probetur. l. dolū. C. de dol. l. 39
quotiens. §. qui dolo. ff. eo tit. Hæc aliquanto copioſius allegare uolui, cum apud bonos uiros ſatis ſit abſonū, meris calumnijs ſine omni fundamento honeſtas denigrare mulieres, falſisq; criminatibus earum uulnerare innocentiam. Ex prędictis igitur, quę uera & manifeſta ſunt, colligo rationem inuictam, & quæ (ut prouerbio dicitur) in quadrato lapide pro actrice ſit fundata. Si enim certum eſt quod is x x. Febr. literas ſeu miſsiuā aut epiſtolam ad actricem dedit, & conſtat per quatuor teſtes, quod in huiuſmodi epiſtola reus actricē cum anulo Rubini deſpōſarit: nec poſsit ullo colore fingi aut dici, quod reus ullam aliam epiſtolam dicta x x. die ad actricem miſerit. & porrò ab omni ratione remotum, & planè abſurdum ſit, matrem & ſorores actricis calumniari, quod aliam epiſtolam dolo ſuppoſuerint, aut ementitā epiſtolam effinxerint, cum nihil eorum contra ipſas probatū ſit. & honeſtas earū omnem dolum excludat, ut ſuprà probaui: ex ſufficiēti inductione ſeu partium enumeratione concluditur, deſponſationem matrimonialem partium ex eiſdem literis coniuncto actricis mutuo conſenſu eſſe probatam. Et iſta eſt ueritas, quę meritò uincit, cū non ſit cōtradictioni locus.

Et per hoc etiā confutatur alia obiectio quę fieri poſſet, nempe quod Eliſabetha dictas literas rei non legerit, ut quæ neſciat legere, ſed tantū legi audiuerit: quo caſu fieri poterat, quod corrupte legerentur &c̄. Nam non eſt ferenda pars aduerſa cum iſtis corruptionum calumnijs, quas ne uno quidem uerbo probauit: niſi fortè ex ſummo iure, ſummā iniuriam pergat obtendere. Suprà enim ſatis fundaui, in honeſtis illis mulieribus omnem doli & corruptelæ ſiniſteritatem excludi. Quod ſi porrò obijceretur, Eliſabetham ideo fidem non facere, quod dictam epiſtolam non à reo acceperit, ſed à famulo rei, qui dixerit dominum

ſuum iuſsiſſe tranſmittere epiſtolam &c̃. nihil obſtat, imò frigidius eſt hyberna glacie. Cum enim reus ipſemet in iudicio confeſſus ſit, ſe dictam epiſtolam die XX. ſupradicta ad actricem tranſmiſiſſe, quid eſt
40 quod cauillamur? Quod enim per famulum dñs facit, perinde eſt ac ſi dominus feciſſet. regula, qui per aliũ. l. ita autẽ. §. geſsiſſe. & ibi gl. cum concord. de admi. tut. Præterea obiĳci poſſet, ſicut fortè in actis obiectum eſt, quod cum actrix fateatur ſe præfatas literas ſeu epiſtolam XX. Febr. à reo acceptam, eidem reo cum anulo Rubini remiſiſſe: eſſe euidens argumentum, aut quod iſta remiſsio ſit fictitia, aut quod in eiſdem literis nulla fuerit facta mentio matrimonĳ. Non enim eſſe ueriſimile, quod actrix ſeipſam huiuſmodi monimentis per quæ matrimonium probatum iri ſperaſſet, deſtituerit. Sed hæc nihil obſtant. Cum enim prudens iſta uirgo matrimonialem deſponſationẽ libenter occultaſſet, quouſq; fauore parentum utriuſq; partis res amicè tranſigeretur, uideretq; & ſentiret reum amoris feruore eſſe incautum, qui ſertum & cordam ab actrice miſſa circumferebat, literas deſponſorias à reo acceptas eidem cum anulo Rubini remiſit, non quod matrimonio renũciaret (hoc enim non potuiſſet, ſicut in alĳs conſilĳs ſatis tactum eſt) ſed ut reus ſuper eo matrimonio cautior eſſet, & utroſq; parentes non offenderet, quouſq; ordine res abſolueretur & cõcluderetur. Poterat aũt hoc actrix cõfidenter facere, ut quę fidem indubitatã in reum (qui amore actricis flagrabat) habuit, & habere meritò potuit, quod is receptis etiã literis deſpõſorĳs, ipſam deſponſationẽ non inficiaretur, actricem non falleret, ſed conſtans, integer & erectus in ſponſalibus concluſis permaneret. Et fuit hæc actricis intentio honeſta & rationabilis, & plena prudentiæ. Rationis enim eſt, ea quærere media, per quę modeſtius & magis compoſitè res tranſigantur, ut dicit Hugo de S. Victore, in libris didaſcalicis. Nec in hoc quicq; eſt imputandum actrici, quę reo, quem uirum bonũ & fidelem eſſe credidit, cõfidebat. Excuſatus enim
41 eſt qui uiro bono fidem habet, ut dicit Barba. cõſil. xxvĳ. col. pen. nu. lxix. primo uolum. qui allegat c. ĳ. de op. no. nunc. c. in noſtra. de procur. gl. in l. Titio fundus. in uerb. actiones. ad fin. quæ gloſſ. ab omnibus cõmendatur. de cond. & demonſtr. fa. l. ſi bonæ fidei. & ibi pulchrè Angel. ff. de rei uend. Angel. in l. i. ff. de eo per quem fact. cum mul
42 tis ſim. Eo accedente, quod cum matrimoniũ ſit cõtractus bonæ fidei, ut uoluit laſ. Inſtit. de actio. §. fuerat. debebat reus, ſi fuiſſet bonus uir,
43 bonam fidem agnouiſſe & explicaſſe: quia à bono uiro bona fides cauſatur. Bal. in c. ſanctorũ. de præſcript. fa. gl. in c. expedit. xĳ. q. i. quam tamen bonam fidem non agnouit, ex eo quod actricem, quæ in uerita-
te erat uxor ſua, debito fraudare iure contendit. pro quo Bald. in c. i. in prin. de præſumpt. Proinde nõ decuit reum, imò iniquè egit, quod propter dictam remiſsionem epiſtolæ, ex honeſta & prudẽti cauſa factam,

uerita-

ueritatem eiuſdem epiſtolę,& ſic matrimoniū negaret. Dubitare enim non oportet,quin dicta epiſtola nexum deſponſationis continuerit,id quod per quatuor ſupradictas teſtes concorditer probatū eſt, quarum teſtificationes conuelli nullo iure poterūt,ut ſuprà ſatis euici. Quod autem is fuerit actricis animus quem ſuprà deduxi,ipſa in actis primæ inſtantiæ medio ſuo calumniæ iuramento declarauit, cui ſtandum eſt. 44
Inſtit.de act.§.aliæ.gl.in c.præſentium.ibi Abb. de teſti.gl. in c.innotuit.in uerb.ignorantiam.de elect.quę allegat c.i.de ſcruti.Et dicit Baldus in l. falſus. in tertia oppoſ. C.de furt.ſtari iuramento ubi eſt quæ-
10 ſtio de animo.Ad quod fa. doctrina qua dicitur, actus noſtros uolun- 45
tarios non operari ultra id quod uolumus.Alex.in d.l.naturaliter. §.nihil cōmune.col.xxiij.de acquir.poſſ.fa.l.i.§.Iulianus. de iti. actuq; pri. Et certe nō eſt ueriſimile, ſi actrix tam perfidum rei propoſitum ſciuiſſet, quod dictas literas uel epiſtolam ei remiſiſſet, & ſeſe tam grauiter exarmaſſet. Quis enim ſanus crederet, quod prudens uirgo hoc euidens teſtimonium matrimonij,quod tam cupidè acceptauerat, reiecíſſet,& bona ſua iura ſtultiſsimè iactaſſet & ſubuertiſſet? Certe nemo eſt qui hoc diceret uel crederet,ut in ſimili Iurecōſultus dixit in l.ſi ita quis.
20 in fi.de euict.ibi,quod utiq; nemo ſanus probabit.& fa.uulg.l. cum de 46
indebito.ff.de prob.Addo,quod nemo cenſetur actum inanem & ſibi damnoſum facere,aut ſua iura perdere uelle, ubi alia poteſt cadere conIectura, ut dicit Ang. conſil.cxi. per l.ſi cum aurum. de ſolut. & fa. in arg.l.cum fundū. ff. de ui &ui arm.ibi,nemo eo animo eſſet.& in l.iij. ad fin. ff.de teſta.mili.& dicit Bal. fatuum eſſe, qui iudicium ſuū impu 47
gnaret.l.i.col.vi.C.de ſer.fugi.& fa.ad prędicta l.i.in fi.ibi,quod nuſq; relatū eſt.ff.de ſenat.& l.non eſt ueriſimile.ff. quod metus cauſa. arg. in l.Meuius.in prin.in uerb.incredibile.de leg.ij. Et dicit Bald.in l. ea quidem.C.de accuſa. ueriſimile non eſſe, quod ſit à uero diſsimile. fa. 48
idem Bal.in l.fin.C.de edi.di.Adri.toll. idem in rubro C.de prob. &
30 in tract. ſchiſmatis,in c.ſi quis aliq.teſt.prohi.col.antepen. & ſæpe alibi.& fa.optime arg.in c.fi. ibi,nemo ſanæ mentis.de conſuet. Quæ cū ita ſint,ex neceſsitate iuris euincitur,quod actrix nullo alio animo,nulla alia mente dictam epiſtolam reo remiſerit,quàm ea ratione, quod libenter occultaſſet negociū,donec ambarū partium parētes rem ipſam debitis medijs compoſuiſſent,ut ſuprà diximus.Et mentis declaratio-
ni ſtandum eſt.Nam dicit Philipp. Corn.conſil.lxxxv.col.ij.iij. part.
eam præferri interpretationem,quæ apud ſapientes reprehenſione ca- 49
reat.allegat Bal.qui hoc in ſuis conſilijs tenuiſſe dicitur, per l. Saluius Ariſto. de leg. præſt. Et ultra prædicta animus actricis etiam ex eo
40 colligitur,quod actrix poſt prædictā epiſtolam reo remiſſam, anulum matrimonij cauſa eidem reo acceptanti miſit. Et deinde cum reus Venetias abijſſet,ipſa actrix propriis ſumptibus per nunciū iuratum ei li-

teras dicti matrimonij mentionē facientes, ad eundem locum ſcripſit:
quæ certe manifeſta ſunt argumenta, animū actricis quaſi ad euidentiā
50 facti oſtendentia: quæ quidem euidentia omni alij præfertur probatio
ni, ut dicit Bald. in l. contra negantem. in fin. C. de l. aquil. Accedat iu-
51 ris doctrina, qua dicitur, ex eo quod pars poſtea facit, talem animū ab
initio habuiſſe preſumi. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. l. ſi quis
adulteriū. §. i. ad ſi. de adulte. & fa. c. cum per bellicam. & ibi gl. xxxiij.
q. ij. c. peruenit. xvij. diſt. c. multis. xliij. diſt. gl. in c. ſcribam. de præ-
ſumpt. Quæ cum ita ſint, non eſt quod dubitari oporteat, actricem lite
ras deſponſorias ab initio nō animo auerſandi matrimoniū remiſiſſe, 10
nec quicq̄ fictitij (ut ab aduerſarijs calūniari poteſt) tentaſſe, quę eiuſ-
dem matrimonij cauſa, tantis poſtea ſumptibus non pepercerit. Acce-
52 dat quod per manus traditur, uoluntatem facto oſtendi. l. Paulus. ff.
rem rat. hab. gl. in c. ſit rector. in uerb. opera. xliij. diſt. gl. in l. de qbus.
ff. de ll. gl. in l. reprehendenda. & ibi Bal. C. de conſtit. & ſubſtit. & fa.
gl. not. in c. ex ore. de his quę fiūt à maiori parte cap. gl. in c. cum ſuper.
de off. deleg. gl. in c. æſtiment. xi. q. ij. fa. l. gerit. de acquir. hæred. & l.
53 ſi tamē. ibi, multo enim. de edil. edict. Et fa. quod dicitur, interiora per
exteriora præſumi. gl. c. ex ſtudijs. de preſumpt. gl. in l. is qui. in fin. de
tut. da. gl. in c. legimus. poſt prin. xcij. diſt. Eo accedente quod uulgò 20
54 dicitur, uoluntatis mutationem non præſumi niſi doceatur. l. eum qui.
ff. de probat. l. fideicōmiſſa. §. ſi rem. de leg. iij. Bald. in l. i. poſt prin. C.
de colla. cum ſim. Ex predictis itaq̄ puto euidenter cōſtare, quo animo
actrix literas deſponſorias remiſit: quæ aliquāto prolixius deduximus
quàm fortè neceſſe erat, quia pars aduerſa pro non modico fundamen
to iſtam literarum ſeu epiſtolæ remiſsionem iactitauit. Et dicit Seneca
epiſt. xlvij. longiore mora opus eſſe ut cōtraria diſſoluas, quàm ut obij
cias. Et ſemper plus diligentiæ poſtulat curatio q̄ uulnus, ut dicit Cam
panus ad Domitiū. Prædictis cōſequens eſt, obſtare nō poſſe, ſi ex
aduerſo prætēderetur, ſuprà memoratas literas rei cum nō exhibeātur 30
in iudicio, non eſſe in conſideratione &c̄. Certe ſi eſſent qui talia oppo-
nerent, hi acta primæ inſtantiæ aut nō legiſſent, aut diſsimularent. Sa-
tis enim ex eiſdem actis conſtat, reum ipſum in cauſa eſſe, quod literæ
non exhibeantur. Is enim in prima inſtantia per interlocutoriam iudi-
cis iuſſus eſt medio ſuo iuramento reſpondere, an prædictas literas pe-
nes ſe habeat, uel illas lacerauerit, aut quouis modo eas amiſerit: qui
reus immemor iuramenti ſui, male uariauit, reſpōdens una uice, quod
literas dudum amiſerit: alia uice dixit, ſe eas laceraſſe: quæ diuerſa &
contraria eſſe, nemo eſt qui non uideat. Si enim lacerauit, amittere non
potuit, cum amiſsio ex caſu fortuito, laceratio ex propoſito procedat. 40
55 Niſi forſan reus de amiſsione doloſa intellexerit, quo caſu is ſubtrahen
ti inſtrumenta & corrumpenti probationes ſui aduerſarij, ſimilis eſt,
cauſamq̄

causamq; iniquã fouere deprehenditur, ut dicit Luc. de Penn. l. quẽadmodũ. in materia præsumptionũ. C. de agri. & censi. lib. xi. qui allegat c. innotuit. & ibi not. Innoc. de elect. c. peruenit. de test. cog. iij. q. vij. §. tria. prope fi. Sed & tenor dictarũ literarũ qui per quatuor testes probatus est, in tantum attendetur, ac si dictæ literæ essent exhibitæ, id quod latius per consilia prius scripta deductũ est. Nemo igitur ex aduersarijs tumultuetur quasi literæ non sint exhibitæ, imò reo imputet, qui iniqua subtractione in causa fuit quo minus exhiberentur, actricemq; sua perfidia hoc incommodo affecit: ut bene dixerit Dn. Signor. consil. v. col. ij. ubi fides deficit, omnia ea infici quę ex fide effectum sumũt. 56
Quo loco cum dolus ei patrocinari nõ debeat. c. sedes. ibi gl. cum concord. c. ex tenore. de rescript. etiam causa cadere ex sua fraudulenta subtractione reus debebit. l. qui fraudem. §. quotiens. & ibi not. de iur. fisc. 57 58

Per prędicta non obstat quod ex aduerso in actis prętenditur, dictas quatuor testes concordasse in formalitate uerborũ, atq; propterea esse suspectas. per l. testium. ff. de testib. cum uulg. &c̃. Quia ubi tenor scripturæ recitari debet, nõ imputatur testibus, si uerba formalia, quantũ fieri potest, recitentur: nec dicentur unũ & eundem præmeditatũ sermonem, qui ex nudis uerbis prodeat, deposuisse, sed unam & eandem scripturam in sua serie recensuisse: quod præsertim in casu dictæ laceronis licuit, & fieri poterat, in odium aduersarij literas subtrahentis. Bart. & Doct. in l. si de posses. C. de prob. Deniq; honestas testiũ hanc obiectionem facile tollit, ut sæpe suprà declarauimus. Sed hic iterũ pugnatur, dictas quatuor testes ideo fidem non facere, quod non erat bene possibile, quod mulieres scripta & literas reiita ex capite memoriter recitarent, præcipue biennio iam transacto &c̃. Verum quia clarissimus dñs Doct. Conradus Hel, in suo insigni consilio istam obiectionem sufficienter confutauit, refero me ad eius scripta: hoc uno addito, quod cum actrix reum honeste amaret, credibile est quod tenorem dictarum literarũ memori mente teneret. Quod idem facile coniectandũ est de matre & sororibus. Nam, ut refertur, easdem literas sępe memoria repetierunt, sępe relegerunt. Et dicit Salustius, dum intenderis ingenium, ualet. Et Lud. Rom. in suis singul. not. cccIxiij. dicit, studium facere memoriã. Item Seneca de benefic. ait, memoriã retineri eius rei ad quam sæpe respicimus. Et ea quę notabiliter fiunt, specialiter notanda sunt, ut dicit Iureconsultus in l. item apud Labeonẽ. §. hoc edictũ. ff. de in iur. Quod si puellę uarias cantilenas & rhythmos memoriter & canere & repetere solent, quid mirum est si duas aut tres lineas in literis missis seruare memoria potuerũt? Deniq; omnes illæ obiectiones, & quic quid est eius farinę, ad omnia prędicta, hoc uno fundamẽto dissoluuntur, quod dictæ mulieres bonæ & honestæ uitæ sint, in quibus nullus dolus, nulla corruptela, nulla uafricies, nulla impostura præsumi nec 59

poteſt nec debet, niſi contrariū eſſet probatū. Porrò quod ex aduerſo prætenditur, in cauſa matrimoniali requiri teſtes omni exceptione maiores, ſatis per conſiliū clariſs. dñi Doctoris Hel diſſolutū eſt, nempe quod ſufficiant teſtes ita idonei, qui iure repelli non poſsint: & quia text. in d. c. ſuper eo. hanc obiectionem potenter euertit, cum ibi mater
60 admittatur, maneamus cum tex. Nam ubi text. eſt, ibi nulla eſt dubitatio, dicit Bald. in l. ancillæ. C. de furt. Pręterea dum prætenditur, plenas probationes requiri. per c. mulieri. de iureiur. &c̄. non obſtat: quia in cauſa præſenti, pro natura & conditione eius, ſufficienter probatum eſt: quod & in cōſilio Doct. Hel, fundatè deducitur, ad quem me remitto, ne dicar alienis ueſtigijs inhęrere. Eo uero exiſtente, quod cum præſens matrimoniū ſit clandeſtinè contractum: & conſtet, in his quæ occultè fieri ſolent, ſufficere etiam imperfectam probationem. uulg. l. conſenſu. cū ſim. unde in propoſito nō requirebantur plenæ probationes: cęterùm negari nō poſsit, quin plenę & indubitatę probationes interuenerint, ut per hęc & alia cōſilia pro actrice facta liquidò conſtat. Et non obſtat quod fortè prætendi poſſet, præſentē actum per integros teſtes geri potuiſſe, cū nō ſit per naturā impoſſibilitas teſtimoniorū &c̄. quia dico, quod ſufficit ex cōmuniter accidentibus ita ſecretè fieri, ut cōmode aliæ probationes haberi non potuerint, ut docet Alex. conſil. clvi. col. iiij. uerſ. poſſet etiā. in quinto uol. qui pro hoc multa allegat. Non eſt ergo neceſſaria naturæ impoſsibilitas, cum ea res ad cōmuniter accidentia redigatur: niſi naturam accipias pro conſuetudine, ut per gl.
61 in l. pacta. ff. de contrah. empt. Sufficit ergo quod in ſecretis & clandeſtinis actibus, ſicut præſens eſt, non ſoleant adhiberi multi teſtes.

Quod ſi quis cauſetur, actricem fuiſſe in culpa, quę poterat teſtes adhibere aptos &c̄. certe nihil momēti habet. Nam actrix bono conſilio eam deſponſationem ſecretam habere uoluit, ut ſuprà ſatis declarauimus. Deniq; quid attinebat multos adhibere teſtes, cum ipſa actrix plenè confidebat reo, per ſuas literas eam deſponſanti? qui reus ſi manſiſſet in fide, & literas deſponſorias non negaſſet uel laceraſſet, non erat alio opus teſtimonio. Sed quia is reus fidem fefellit, et ſua laceratione difficilem actrici probationem fecit, unde nihil imputādum ei foret etiam ſi imperfectè probaſſet, quæ tamen plenè & legitimè probauit.

Quod autem obijcitur ex aduerſo, cauſam matrimonialem aſsimilari cauſę criminali &c̄. nō obſtat, & eſt per d. doctorem Hel ſatis con-
62 futatum: quia uerum non eſt, quod matrimoniū aſsimiletur cauſæ criminali, id quod per uarios Doct. in uarijs locis tenetur, & præſertim moderniores, in d. l. admonendi. Niſi quis ſimilitudinem à genere ſumat, uidelicet quod ambæ cauſæ ſunt graues. Sed ea ſimilitudo non attenditur. Nam & eo modo homo & aſinus ſimiles dicerentur, quia ambo ſunt animalia. Porrò nō obſtat quod prętendi ex aduerſo poſſet,

duo

duo imperfecta cõiungi nõ posse, ut fiat plena probatio &c̃. quia nego quod hic ulla sit imperfectio in testibus, quę uetet aut impediat eos coniungi: id quod facile posset colligi ex dictis testium. Verum perspectissimi dñi iudices ex testibus huiusmodi, iunctis consilijs eis præstandis, se in hoc facile expedient.

Vt autem clarius appareat intẽtionem actricis in hac causa sufficienter & plenè probatã esse, colligamus aliqua fundamenta quasi per summam, in quibus iura actricis tanq̃ in quadrato marmore conquiescunt. Et primo, quod reus actricẽ per literas, & actrix uicissim eum desponsauerit, per quatuor testes legitimè probatum est: quæ testes suprà toto consilio ab obiectionibus partis aduersæ, defensæ sunt. Et hoc fundamentũ facit utranq; paginã (ut de fortuna scribit) id est, attingit cardinẽ iudicationis. Secundo, quod reus in actis cõfessus est, se anulum Rubini cum literis suis actrici misisse: uiolenta præsumptio est, & legitima probatio, quod reus per eundẽ anulũ actricẽ desponsare uoluerit. Nec em̃ pręsumi potest, quod tam precio sum anulum qui ad xxv. flor. uel à quibusdã ad quinquaginta æstimatus est, actrici, cum qua necdũ quicquam locutus fuit, pro amatoria fatuitate mitteret. hoc enim insolitũ, imò nunc̃ relatũ est, quod homo simplex & plebeius, tam præstantem anulum nobili uirgini per lusum & ociose, & non ex magna causa mitteret. In magnis enim & excelsis uiris ea munificentia potius, c̃ in alijs inferioris notę hominibus præsumitur. arg. l. filius. uers. nonnunc̃. ff. de donat. cum donatio pertineat ad nobilitatem. c. i. de don. in Auth. de non alie. §. sinimus. Et dicũt. gl. & Ant. de But. in c. & si quæstiones. de simo. in muneribus considerari debere personas dantis & accipientis, & quantitatem, prout hęc & alia tractat Philip. Corn. consil. lxxxi. in princ. i. part. Non ergo, ut dixi, ociose & ex leuitate amatoria, sed ex causa magna, dictus anulus uirgini missus est. At non potest alia causa uel prætendi uel cogitari, quàm causa despõsationis, igitur pro expressa habebitur. per Doct. in l. ij. ff. de lib. & posth. gl. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appell. cum sim. quæ in consilijs latius allegantur. Et nulli dubium esse potest, quin ea causa in literis per reum missis expressa fuerit, sicut prædictæ quatuor testes deposuere: quarum testificatio per hoc pręsens fundamentum redditur omnino uerisimilis, ut sic eo maiorem fidem faciat. uulg. l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. cum similib. Non obstante quod fortasse prætendi ex aduerso posset, hunc anulum per absentem absenti missum, & sic nihil operari &c̃. Quinimo postquam epistola rei ab actrice recepta est, & in eam consensus præstitus, censebitur anulus quasi à præsente præsenti datus, eo loco quo epistola recepta, & in eam cõsensum fuit. arg. eorum quæ not. Ant. Corsetus in suis sing. fol. xvij. in uers. si contraho. qui allegat Bald. in l. multũ. C. si quis alteri uel sibi &c̃. Tertio perpendenda est laceratio literarũ despon-

63
64

soriarū, per reum, ut iam sæpe deductum est, facta. Nam cum reus per dñm iudicem medio suo iuramento requisitus, an easdem literas amiserit &c. iuxta latiorem continentiam processus primæ instantiæ, is reus ueritatem occultare conatus, diuersa & contraria respondendo, actricē in probationibus suis fraude circūuenire cōtendit: quo casu cum fraus nemini patrocinari debeat, ut suprà allegaui, meritò dictæ literæ iniquo proposito laceratæ censeri, earumq; tenor desponsationem probare debēt, ut ita dictę testificationes quatuor testium eo pleniorem fidem faciant, ut quæ per præsumptionem tam euidentem rectè & legitimè adiuuentur. Et hoc fundamentū quod à tam iniqua laceratione sumitur, iunctū depositionibus quatuor testiū, ex se solo posset sufficere.

Quarto, ex eo sumitur euidens prę sumptio matrimonij, quod actrix cum accepisset epistolā rei cum anulo, inuicem reo cordam & sertū animo cōsentiendi misit, id quod per Elisabetham nunciā constat, quę legitimā fidem facit, ut suprà probatū est. Nec enim est uerisimile, imò incredibile apud homines rationis cōpotes, quod actrix tam prudens & pudica uirgo, honestæ uitæ, bene & uirtuose educata (cuius honestatem etiā reus in articulis fatetur) ad solas literas rei, si leues, si de nihilo aut nugose fuissent, sese in cōtinenti ita impudicè effudisset, & preciosa ornamēta, quasi prodigia bonorū & famę, reo, cū quo ore necdū quicq; locuta erat, misisset. certe ratio bene cōpositi hominis ea non recipit. Si
65 enim taceā quod mulieres nō libenter expendūt. l. sed si ego. in fi. ibi gl. cum cōcord. ff. ad Velle. ualde tamē alienū à pudicitia uirginali, imò incredibile est, quod actrix famā & pudicitiam donis amatorijs ut ita dicam prodigaret. Animus enim generosus ad honesta, nō ad turpia cōcitatur, ut dicit Seneca in lib. de beneficijs. Et hæc prę sumptio à natura
66 & cōditione muliebris status & uirginitatis sumpta, uiolenta est, & plenè probat, ut eleganter uoluit Matth. Mathesila. in not. suis, not. cxix. qui allegat Doct. in c. afferte. de præsumpt. Innoc. in c. quia uerisimile. eo. tit. & tenuit Nicol. de Neap. in l. ij. ij. col. uers. quærit gl. ff. de excus. tut. fa. Bal. in l. generaliter. vij. quæst. C. de nō num. pec. et idem Bal. in addit. ad Specul. in tit. de præsumpt. cum sim. Quod si etiam dicta prę sumptio non probaret plenè, sicut tamen plenè probat, cum de contrario non constet, tamē depositiones dictarū quatuor testiū multum adiuuaret, & uerisimiles redderet, ut uoluit idem Bal. in suprà allegatis addit. ad Specul. & sunt ad hoc iura uulgata. Quinto diligenter aduertendū est, quod cum actrix reo antecę Venetias proficisceretur, anulū propriū in uim desponsationis factæ per Elisabetham misisset, eumq; cōmoneret, quod matrimonij cōtracti memor esset, ipse reus sine omni cōtradictione anulum accepit, sicuti is in iudicio cōfessus est, nullamq; è contrario protestationē fecit: quē anulū etiam adhuc habere dicitur: quo casu reus dictā desponsationē approbasse sine dubio intelligitur.

Qui

Qui enim signū acceptat, etiā signatū amplectit. arg. l. stigmata. C. de fabricen. lib. xi. l. sed si accepto. ff. de iur. fis. Bal. in tit. quid sit inuest. iij col. uers. quæsiuit Oldr. Et in habētibus symbolū facilior est transitus. Bal. in tit. qual. feud. alie. pot. §. si uero. & Ang. consil. lxviij. qui dicit, in habentibus similitudinem, facilem esse dationē cōsequentię. Cum ergo reus anulū actricis ei pro signo matrimonij missum cum taciturnitate acceptauerit, recte & ex consequentia matrimoniū tanq; signatū fassus esse dicetur: symbolizant enim missio anuli & matrimoniū. fa. quod uo luit Hippol. de Marsil. in suis sing. fol. xij. patientiā cum taciturnitate cōsensum importare. qui allegat Bal. Ang. in l. si filius. C. de pet. hęre. & in l. qui in aliena. §. q̄d si nō audierit. de acquir. hęred. cū multis concord. Huc accedāt quę eleganter sensit Matth. Matheſſila. in suis sing. not. xxij. qui mirabilē modū extorquendi confessionē uel cōsensum docuit, ut ibidē latius scripsit: uolens inter alia, quod qui simpliciter literā accepit, nō protestando aliquid in oppositū, quod is uidetur fateri, & in cōtractū assentiri. allegat l. filius fam. ij. ff. ad Maced. Clem. i. de procur. Bar. in l. quo eīm. §. i. ff. rem rat. hab. cū multis cōcord. Nūc in proposito cum reus anulū matrimonialem tacens acceperit, iure exigente etiam matrimoniū recognouisse uidetur: quę certe est nō modica præsumptio, cū missio anuli signū esse soleat desponsoriū. Itaq; & hęc præsumptio cum iuri cōsonet, depositiones testiū fortiter adiuuat. Sexto fundamentū firmū sumi potest à literis rei, ex urbe Venetiarū ad actricem scriptis. Certū enim est, quod reo per parētes Venetias propter actricē ablegato, prudēs uirgo suę despōsationis solicita, nūciū propriū ciuitatis Augustanæ Venetias proprijs sumptibus ad reū misit, eumq; matrimonij inter se cōtracti cōmonuit, & alia matrimonialia in quibus solicitabat, ei scripsit: quas literas acceptauit reus sine ulla cōtradictiōe, imò ad nuncium blando sermone dixit, er hoff es werd noch gůt/uicissimq; rescripsit actrici, prout earū literarū copia est in actis inserta. ex quibus literis per reū scriptis multa colligunt, per quę ueritas matrimonij elicitur, prout hęc in d. cōsil. Doct. Hel, & meo, ad fin. latius & plenius sunt declarata. Quibus addimus, pōderanda esse uerba per quę reus actricē hortat quod ipsa secum debeat habere patientiā: certe in his quę actrix reo scripserat, nempe q̄d differebat matrimonij cōsummatio. Vel, cur egebat reus patiētia, quid ei cū actrice negocij fuit? Hic aduersarij urgētur, hic nō habēt quod respōdeant. Nā nihil erat nisi matrimonialis despōsatio, in quo utrisq; patientiā reus necessariā putauit. Et certe prę supp positis literis actricis pro indubitato (sup dilatione matrimonij ad reū scribētis) sicuti ex necessitate sunt prę supponēdę, respōsio sei per suas literas facta aliter intelligi nō potest, q̄ ut ad literas actricis referant, et se cūdū cōtēta illarū intelligant. nā sequētia ex prę cedētibus lumē sumūt et intellectū. Bal. in l. emptione. post prin. in casu Odof. C. plus ual. q̄d ag.

67 68 69 70 71

72 Et dicit Soci. consil. clxij. col. iiij. ex sequentibus demonstrari, qualis fuerit animus in prȩcedentibus. allegat l. si concubinam. §. res amotas. ff. rer. amot. & l. cum quis. circa medium. uers. neq; enim. C. de nat. lib. i. q. i. c. constat. & fa. gl. in c. peruenit. xvij. dist. Decius consil. clxxxix. iij. col. qui allegat Bart. in l. cætera. §. fin. ff. de leg. i. & in l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. faciat Dn. Signor. in consil. ciij. col. iij. quod sequens patientia cogitatam inducat repetitionem actus prȩambuli. allegat l. minorem. ff. de rit. nupt. l. si quos. §. res pignori. et ibi not. si cer. pet. cum sim. Et dicit Ang. consil. cx. col. vi. causam primã esse intuendam: siquidem secunda causa tantũ operetur, quantũ ei à prima influitur. Quapropter in proposito literę actricis, ut causa prima, regulant, moderantur, declarant literas rei, tanq; causam secũdam. Hoc est quod dicitur, à primordio tituli posteriorem formari euentũ. l. i. C. de impo. lucra. descript. lib. x. per quem text. Bald. consil. cxij. in princ. iij. part. pulchrè tractat, quo modo animi sequela ab origine reguletur. & dicit idem Bald. in l. i. in i. lect. C. unde ui. qualitatem facti æstimari à quali-

73 tate animi. Ad prædicta faciat quod per manus traditur, talia esse subiecta, qualia permittuntur ab eorum prædicatis. Bart. l. iij. de fund. instr. fa. l. i. §. si quis sub conditione. ff. ut leg. no. caue. c. inter dilectos. §. cęterũ. de fid. instr. Pro quo faciunt iura uulgaria, quę uolunt, quod ea

74 quæ simpliciter disponũtur, ad materiã subiectã sint reducenda. l. si defensor. §. i. de interrog. act. gl. c. tua. de spon. gl. in l. i. in uers. prospectũ. C. de diuers. rescript. Alex. in l. si idem cum eodem. §. fin. de iurisdit. omniũ iudicũ. idem in l. inter stipulantem. §. i. de uerb. oblig. Et dicit ele-

75 ganter Bar. in l. Aurelius. §. Sticho. de lib. leg. quod ex respõsione appareat qualis fuerit interrogatio præcedens. allegat l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. & l. epistolam. §. mulier. ad Trebell. fa. quæ notat Bald. in l. per retentionem. ad fin. ex Petr. & ibidem Barba. in addit. C. de usuris. & idem Bald. in l. etiam. C. de iure. dot. Quæ cum ita sint, & satis pateat literas rei pro natura negocij & materiæ subiectæ, ex literis actricis tanq; ex causa prima, & tanq; ad primordiũ exaudiendas, indubitate concluditur, quod reus per dictas suas literas matrimoniũ cum actrice tacite recognouerit. Accedant duo indubitata arg. Tum quod reus literas actricis blandis uerbis, uidelicet, er hoff es werd noch gůt/ acceperit: quę uerborũ qualitas magnũ præbet consentientis animi testimoniũ.

76 Nam nullũ est maius mentis testimoniũ, quàm qualitas inspecta uerborum, ut dicit Franc. Curt. consil. xxix. iij. col. ad fin. qui allegat Bald. in l. cũ quidã. pen. col. uers. sed quomodo possimus. ff. de lib. & posthu. & in c. super literis. iij. col. de rescriptis. Tum etiã quod is reus nuncio florenũ donauerit, & sumptus Venetijs habitos soluerit. Quo casu quia uoluntas facto ostenditur, ut suprà latè docuimus, euidenti coniectura colligitur, quod reus contractum matrimonij, de quo cantabat

actricis

actricis epistola, tacitè confessus sit. faciũt ea quę suprà ex doctrina Ma
thessil. docuimus, uidelicet, quod recipiẽtes simpliciter literam, & non 77
protestantes aliquid in oppositũ, uideantur fateri ea quæ scripta sunt.
Quod & Laur. Calca. consil. xviij. col. iij. tenuit, qui dicit eam doctri-
nam esse Bal. in d. l. quo enim. ff. rem rat. hab. allegat l. cum tabernam.
§. idem quęsijt. ff. de pignor. & not. in l. Publia. per illum tex. iuncta gl.
ff. depos. Bal. in rub. C. de fide. instr. col. antepen. & in l. fin. C. ad Ma-
ced. Quæ cum ita sint, nemo miretur cur is reus, dum super articulo a-
ctricis cxij. de huiusmodi Venetianis literis mentionem faciente respõ-
deret, immemor sui iuramenti, negauerit se ullas literas à Venetijs ad
actricẽ scripsisse, cum tamen supradictæ suæ literæ in iudicio in faciem
ipsius productæ, & per eum recognitæ, eum manifesti mendacij argue
rint. Verum timebat fortè ne sua iniustitia proderetur. Sed timendo ne
super eum pruina caderet, niue oppressus est, ut habetur Iob cap. vi. Et
hoc fundamentũ, nisi me fallat iudiciũ, assertas rei defensiones fortiter
subuertit. Septimo puto fundamentũ esse non modicũ, quod reus
in tota ista causa à matre sua metu, terrore, minis ita attonitus & con-
cussus fuit, ne ueritatẽ matrimonij proderet, ut ad actionẽ per actricem
institutam, & ad eius positionũ articulos per iuramentũ interrogatus,
in plerisq; locis non auderet ueritatẽ quam nouit deponere. Hoc enim
ex depositione clarissimi uiri Iohannis S. testis, dum super articulo xli.
examinatus fuit, satis apparet, dum dicit, se ex coniecturis uerisimili-
bus notasse, quod reus timore parentũ negaret. quod dictum, moue-
re dños iudices specie ueritatis potest. Dicit enim Bal. in c. ueniens. i. in
uers. dicit Accurs. de testi. quod uni solenni uiro quis potest credere, 78
& excusatur. allegat gl. in l. Titio fundus. de condit. & demonst. Pro
quo dicto consuluit Franc. Curt. consil. lxxi. col. iij. & fa. quæ scripsit
Ias. in repetitione l. admonẽdi. col. lxxi. mihi. de iureiur. ubi dictam gl.
in l. Titio fundus. latius tractat. Addo quod etiam alij solennes uiri su-
per eodem metu matris sunt testificati, sicuti in prioribus nostris consi-
lijs plenius deduximus: qui testes cum ad eundem finem tendant, nem
pe ut terror & metus appareat in eo, plenè probant: quod per Doct. in
uarijs locis tractatur, & fa. l. qui sententiam. C. de pœn. fa. gl. in c. accu-
satus. §. eum uero. in uerb. iudicare. de hæret. cum simil. Si ergo reus
metu matris non ausus fuit dicere ueritatem, & propterea sæpe peiera-
uit, ueritatẽ tacendo, rectè cõtra eum magna oritur præsumptio, quod
inter partes desponsatio matrimonij per literas & mutuũ cõsensum in-
teruenerit, atq; ita prædictis quatuor testibus, cõtra ipsius inficiationes
metu extortas, eo certius credatur. Accedentibus etiam alijs testibus,
qui saltem in causa præsenti adminiculantur: quod tamẽ specialiter nõ
prosequor, cum in dicto solenni consilio dñi Doct. Hel, eo loci nihil sit
obmissum. Et tandẽ pro nouissimo fundamẽto: Cum iuris doctrina

79 habeat, quod unus teſtis de ueritate deponẽs, & duo teſtes de fama, plenam faciant probationẽ. hoc enim tenent Doct. cõmuniter in d.l. admonendi. Bar. in l.i.§. idem Cornelio. ad fin. ff. de quæſt. & præſertim Card. in c. quod nobis. de clandeſt. deſponſ. per d.c. ueniens. i. de teſt. c.i. de appell. recte in propoſito concluditur, intentionem actricis plenè eſſe probatam, quæ non unum, ſed plures, nempe quatuor teſtes habet ſuper ueritate deponẽtes. Famam autem per octo perſonas (in quibus eſt mater rei) pluſquam ſatis probauit, ut in dicto conſil. dñi Doct. Hel plenius deducitur. Per prędicta fundamenta non obſtat, quod pars aduerſa prætendere poſſet, duo imperfecta non facere perfectam probationẽ: quia ex omnibus prædictis ſufficienter conſtat, hanc obiectionem prorſus eſſe impertinentem: ſiquidem in prędictis quatuor teſtibus de ueritate matrimonij deponentibus, non ſolum nulla eſt imperfectio quę coniungi non poſsit, ſed inſuper legitima concordia, quę plenè probat. Verum de hac obiectione etiam ſuprà mentionem feci.

Et ex prædictis etiam conſtat, quod aduerſarij inutiliter cõtra teſtes opponũt, quod tanq̃ ſingulares fidem nõ faciant &c. quia dato quod
80 aliqui ex eis ſingulares inuenirentur, tamen quia ſunt inſignes, & præcipuæ autoritatis uiri, dignitate prędíti, & qui ueriſimilia deponunt, iudex eis indubitatam fidem adhibere poteſt, ut dicit Hippol. de Marſil. in ſuis ſing. fol. ix. Et quod bonis & laudatis uiris credatur, Barba. latè deducit in conſil. i. col. xxvi. in iij. part. qui allegat Ant. de Butr. in c. poſtremo. de appell. Pet. de Anch. in c. ſi iuſtus metus. de appell. ubi dicit, q̃d ſtatur dicto bonorũ uirorũ, & allegat tex. in c. in noſtra. de procur. Cyn. in l. iiij. C. de ſer. fug. tex. in c. i. de cler. per ſalt. promo. Bald. in c. cũ contingat. de reſcrip. Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. loca. poſt prin. Et pro prędictis facit elegans doctrina Socin. conſil. cccl xiij.
81 col. vi. qui dicit, eam cenſeri ſufficiẽtem probationem, quæ iudicem ad credulitatem inducat, cum omnis uirtus probationis, arbitrio iudicis ponderetur & dijudicetur, an ſit ſufficiens. allegat d.l. iij. §. tu magis. de teſt. & l. quinquaginta. de prob. & allegat elegantem doctrinã Paul. de Caſtr. in d.l. admonendi. quod licet teſtes ſingulares non probent, ta-
82 men ſi ex illis iudex in credulitatem deducitur, poteſt illis plenam fidem adhibere. quod & idem Paul. exclamat in l. Lucius. poſt Bart. ff. de his qui not. infa. & idem tenet Philip. Corn. conſil. lxi. col. v. in litera G. iij. part. qui pro hoc ponderat uerba tex. in d.l. iij. §. eiuſdem. de teſti. ubi dicitur, iudicem ex animi ſui ſententia æſtimare oportere, quid aut credat, aut parum ſibi probatum uideatur &c. hoc eſt quod dicit Bald. conſil. clxxij. uerſ. item ſatis apparet. iij. part. ueriſimilia ſemper deberi amplecti iudicando. Ad quæ fa. multũ iniquũ rei propoſitũ, & quod tot prægnantes præſumptiones contra eum militant & inſurgunt, quę ſicuti intentionem ſuam enerũant, ita actricis iura per eas abunde roborantur.

borantur. Præterea V.R. paternitates perpendere uelint, quod corã uobis pro parte aduerſa producti ſunt poſitionũ articuli, in quibus cõtra actricẽ & eius honeſtiſsimos parentes, & prẽterea contra nunciam Eliſabetham aliqua partim nõ fundata, partim fictitia deducũtur. Verum quia pars aduerſa eiſdem articulis renũciaſſe dicitur, quia eos probare nõ poterat, unde eoſdem articulos calumnioſe, id eſt, nõ uerè reus inculcaſſe præſumitur. ſa. quæ per Hoſti. & Ant. in d. c. finem litibus. per diſcurſum. de dol. & contu. traduntur: quæ res reum non modica præſumptione premit. ſa. Barba. conſil. vij. num. vi. ij. part. Verum ea V.R.P. ex debito diſcutienda cõmittimus.

Tandem, celeberrimi dñi iudices, cum credibile ſit quod aduerſarij conſultores complura alia quæ ſuprà non attigi, in oppoſitũ adduxerint, ueſtræ integritatis erit ea ſola ponderare & intueri, quæ ad ueritatem præſentis negocij inueſtiganda pertineant: & nõ attendere ſi quis ex conſultoribus ſophiſticaret, multa ultro & citro inuolueret, obſcuraret, & nube tenebrarũ obduceret: ueritatis em̃ ſimplex eſt oratio, quam implicare non oportet, ut dicit Seneca epiſtola xlix. Et dicit Feder. de Sen. conſil. cclij. eum qui ueritatem tradit, nõ laborare, ſed in his quæ inducũtur pro eius oppoſitione, magno labore & languore argumenta trahi. In præſenti certe negocio nos conſultores ad hoc unũ, teſtante dño, animũ intendimus, ut ueritatem ſimplicem, puram & apertam ſcriberemus, ſcientes nos deum ſequi, qui ueritatẽ ſequimur. xi. q. iij. c. quiſquis. etiãſi in odiũ nõnullorũ incidamus. Melius enim eſt pro ueritate &c̃. xi. q. iij. c. nemo peritorũ. Cæterũ confidimus omnino, imò nõ dubitamus, quin ipſa noſtra ſcripta, tanc̃ꝫ ſimplicia & fundata, nos planam ueritatẽ ſecutos eſſe teſtificentur. & quia pro matrimonio ſtamus, quod magno fauore non ſolum ciuili, ſed naturali etiam iure proditum, nomenc̃ꝫ à matribus ſortitũ eſt, per quas æternitas conciliatur, ut uoluere Philoſophi, & habetur in l. liberorũ. in fin. ff. de uerb. ſigni. l. i. ff. ſol. matr. & d. c. fin. de re iud. Qui fauor uſqueadeò extẽtus eſt, ut 83
ſi inter opiniones Doctorum unus ſit uir excellentis doctrinæ, qui pro matrimonio conſulat, eius opinio in dubio præferenda ſit omnibus aliis Doct. contra matrimoniũ conſulentibus, niſi ipſi ex aliquo caſu in iure expreſſo mouerentur, ut docuit Hoſti. in c. ij. de cognat. ſpirituali. Quam doctrinã ualde cõmendat Andr. Barba. cõſil. vi. col. ij. in primo uolu. prout ibi latius per eum. Nunc cum in propoſito nõ tantũ unus Doctor celebris, ſed etiam alij excellentiſsimi uiri (ſi me excipio) pro matrimonio ſtent, & conſulant in fauorem actricis: & non ſolum nulli ſint tex. expreſſi pro reo, ſed & plura iuris fundamenta contra eum militent, & iuſtitiam actricis tueantur: non poteſt negari, niſi cum manifeſta iactura ueritatis, quin in cauſa præſenti, ſententia pro matrimonio, atc̃ꝫ ita multo maxime pro actrice ferenda ſit. Si interim tacuero ratio-

nes etiam uiuas, & quæ ab experimento & natura præsentis negocij sumi possunt. Nam si (quod deus caueat) pro reo ferretur sententia, iam actrix in sinistram populi suspicionem incideret, laudatum eius nomen innocenter grauaretur, generi & familiæ suæ honestissimæ nota illaudata accederet, & quæ actrix iuxta naturæ cursum in matrimonio esse affectaret, ut dicit Bal. l. ij. C. de indict. uid. toll. ex cõscientia matrimonij per reum fraudulenter negati, cœlibem uitã, & (ut credi probabiliter potest) tristam & mœstam ducere, damnumq; iniurioseq; negationis rei sustinere perpetuò cogeretur. E diuerso etiã reus si per sententiam (quod absit) uinceret, in maiorẽ luctũ, maiores turbas & afflictiones, quàm in ullam quietem incideret, conscientia eum perpetuò urgente, ut qui falsis negationibus & fallacibus tergiuersationibus (matris metu) iustam partiũ despõsationem inficiatus esset. Nemo enim nocens, uel seipso iudice, absoluitur, ut dicit Iuuenalis. Et nemo ita est ab humanitate alienus, qui, si modo peccare se intelligat, sibijpsi non displiceat, & idem nullo impellente sua ipse delicta detestetur, ut dicit Campanus in lib. i. de ingratitudine. Sua enim quenq; fraus, suum facinus, suũ scelus, sua audacia, ut dicit Cicero in oratione contra Pisonem, de mente deturbat iniquum: nec esse alias furias, alias flammas, alias faces impiorum, quàm sua cuiusque nequitia. Hos perditos fructus, hanc inquietam tranquillitatem pareret in utrisque partibus sententia separationis matrimonij. Verum si pro matrimonio iudicabitur (id quod ius & natura præsentis negocij exigunt) iam simile simili copulabitur, quod, teste Iosepho contra Appionẽ, semper gratũ est deo: iuuenis iuueni, dives diuiti, amans amanti coniungetur, facietq; actrix reum iucunda & pulchra prole parentem. Nec obstabit præsens controuersia: quia uulgò dicitur, amantiũ iras amoris reintegrationem esse: & facile res ad suam naturã reuertitur. l. si unus. §. quod & in specie. ff. de pact. maxime quod amor partiũ ex amoris honestate in eas insitus, non nisi
84 quodam aduentitio matris metu interturbatus est. At aptitudinem & naturã potius, cẽ alicuius emergentis seu aduentitij casus qualitatẽ spectamus, ut dicit gl. not. in l. uendicatio. ff. de rei uend. Accedat, quod & per gratiam dei, quæ cõcurrit in matrimonij sacramento, ut dicũt post Apostolum theologi, metũ & terrorem in matre cessaturũ speramus. Quantũ igitur distat lux à tenebris, serenitas à caligine, quies ab inquietudine, tranquillitas à tribulatione, tantũ distat sententia pro matrimonio, à sententia separationis. Et quia nulla est certior uia, q̃ quę iuribus, legibus & ratione munita sit, quam Bal. consil. xcvij. ij. part. uiam sigillatam nominat, &, ut dicit Cicero in oratione pro Cluentio, iudicẽ in consilio habere oportere legem, religionẽ, fidem, æquitatem. pro quo fa. xxx. q. v. iudicantem. & c. cum æterni. de sent. & re iud. lib. vi. & dicit Iosephus contra Appionem, manifestum esse uirtutis indicium, in

legibus

legibus permanere, quod nihil ſit eis iuſtius. Confidimus ſine dubitatione in dexteritatem dñorum iudicū præſentis cauſæ, ut qui ſanctæ ſe di ſe iudicando præſidere intelligant, & tanq̄ uicarij Dei, id quod is iudicaturus eſſet, dijudicare debeant, ut dicit Orig. in lib. Iudicum. Confidimus inquam, quod reiectis rei fraudulentis euaſionibus & inficiationibus, pro actrice pudiciſsima ſint iudicaturi. Hoc autem ueſtræ dexteritati, uenerādiſsimi dñi iudices, conteſtatū uolo, me nullo uel odio uel iniuria aliquando cōtra reū amarius eſſe locutū, quem nō noſco, ut ita nullus mihi ſit aduerſus eum exulceratus animus: ſed pro iuſtitia aſ-
10 ſerenda, & ut etiam eius cōſcientiæ cōſuleretur. Non enim omnis qui uerberat, inimicus eſt. c. nō omnis. v. q. v. Deniq; quę praue per reū geſta ſunt, colore innocentiæ excuſari non poterant. Et ita ſentio ego Vdalricus Zaſius Legum & Doctor, & ordinarius in inclyta Vniuerſitate ſtudij Friburgen. Briſgaudię: putoq; ſic eſſe iudicandū (equidem intrepidè ſic iudicarē) ſaluo tamen ſemper melius ſentientiū iudicio.

Summaria Conſilij tertij.

1 Cauſa matrimonialis grauis & ardua dicitur.
2 In cauſa matrimoniali in ſupplementum probationis nō defertur iuramentum.
3 Vbi maius periculum, ibi cautius agendum.
4 Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.
5 Matrimonium per literas & nuncium contrahi poteſt inter abſentes.
6 Omnis actus qui ſolo conſenſu perficitur, poteſt cōtrahi inter abſentes per nuncium uel literas.
7 Solus conſenſus facit matrimonium.
8 Volens contrahere matrimoniū per literas, matrimoniū erit perfectū ſtatim atque recipiens declarauerit conſenſum ſuū, ſiue illi qui miſit literas, ſiue alij.
9 Quando agitur de matrimonio contracto, confeſsio coniugum attendi debet, ſi non uenit in præiudicium alterius matrimonij.
10 Quilibet reputatur teſtis idoneus, & nō eſt repellendus, niſi expreſſe reperiatur prohibitus.
11. 32. 48 An in cauſa matrimoniali conſanguinei (ut fratres & ſorores) poſſint teſtificari, & tale teſtimonium in probando fœdere matrimonij ſit idoneum.
12. 14. 34. 48 An in cauſa matrimoniali teſtimoniū matris pro filia ſit idoneum & ſufficiens, ſiue agatur ad probandum, ſiue ad impediendum matrimonium.
13 Duo teſtes, ſiue maſculi, ſiue fœminę, in cauſa matrimoniali ſufficiunt.
15 & 68 Per dationem anuli, ſeu ſubarrationem, cōtractum matrimoniū an preſumatur.
16 & 17 Nominatio uxoris, an faciat præſumptionem contracti matrimonij.
18 Pluralitas teſtium eſt apta ſupplere defectum, ſi quis ſubeſſet.
19 Quæ ſingula non iuuant, iuncta proſunt.
20 In dubio pro matrimonio eſt iudicandum.
21 Eligenda eſt ea pars, ſecundum quam pars minus præiudicij ſentire habeat.
22 & 23 In cauſa matrimoniali opinio unius doctoris authētici preualet cōmuni opinioni, quæ eſt contra matrimonium, cum alias communis opinio in omnibus præferatur.
24 Actore non probante, reus abſolui & obtinere debet.
25 Cauſa matrimonialis plenè probari debet.

26 Matrimonium ſpecies eſt ſeruitutis.
27 Cauſa matrimonialis æquiparatur cauſę criminali.
28 In cauſa matrimoniali non ſufficiunt teſtes, nec ſunt idonei, niſi ſint omni exceptione maiores, dato quod alias eſſent idonei.
29 In criminalibus frater pro fratre teſtimoniū nō dicit, nec illud recipitur: nec ſororis pro ſorore, nec affinis pro affini.
30 In cauſa matrimoniali attenditur ius canonicum.
31 Mulieris teſtimonium de iure canonico eſt nullum.
33 Conuerſatio domeſtica auget ſuſpicionem parentelæ in unaquaq; perſona.
34 Cauſæ matrimoniales non ſunt tractandæ coram iudice laico, ſed coram eccleſiaſtico, tanq; cauſæ ſpirituales.
35 In cauſa ardua, etiam ciuili, frater non eſt idoneus teſtis pro fratre.
36 Minor ætas in cauſa criminali repellit teſtem etiam alioqui habilem.
37.38.39 Quando ueritas haberi non poteſt à teſtibus integris, an admittantur minus integri.
40 Teſtis omni exceptione maior dicitur, cui nulla exceptio poteſt opponi.
41 Conſanguinei non dicuntur omni exceptione maiores.
42 Teſtimonium ſingulare non probat.
44.47 Teſtes plures ſub eadem forma uerborū deponentes, reddūtur ſuſpecti, ſuborna tiq; præſumuntur.
45 Memoria humana labilis eſt.
46 Si teſtes dicant ſe recordari de uerbis formalibus, deponunt non ueriſimilia.
49.50.51 Mediatoris teſtimoniū ut ſuſpectū reiſciť, niſi ex conſenſu utriuſq; partis, pducať. idem eſt in ſolicitatore, procuratore, & ſimil.
52 Pauperis teſtimonium regulariter non eſt idoneum.
53 Famuli teſtimoniū, ſi tēpore teſtificationis nō ſit amplius famulus, an ſit idoneū.
54 Ambiguū dictum teſtis contra producentem interpretatur.
55 Teſtis de auditu auditus deponens, nihil probat.
56 Quando duo teſtes deponunt, & unus dicit ambos fuiſſe pręſentes, alter nero negat, de neceſſitate alter eorū eſt periurus, nulloq; modo eis eſt credendum.
57 Confeſsio extraiudicialis abſente parte facta non probat.
58 In probanda fama requiritur, ut teſtes deponant ſe à fide dignis audiuiſſe.
59 Teſtis deponens de fama non probat, ſi ſimpliciter deponat, & non appareat de cauſis à quibus originem traxerit.
60 Teſtis deponens de fama, non probat, niſi etiam nō interrogatus reddat rationē dicti ſui.
61 Vt probetur fama, requiriť, ut teſtes dicant ita audiuiſſe à maiore parte hominū ciuitatis, uel loci, ubi fama exigitur.
62 Quæ requirantur ad probandū literas alicuius propria manu eſſe ſcriptas.
63 Probatio quæ fit per comparationem literarū, eſt probatio omnino fallax.
64 Scriptura priuata non facit fidem, ſi illa negetur.
65 Ad probandū matrimoniū propriè requiriť ut teſtes ſint rogati, aliter nō probāt.
66 Teſtis non præſumitur rogatus, niſi aſſerat ſe rogatum, uel aliter conſtet.
67 Gloſſæ autoritas omnes alias antecellit.
68 Matrimonium eſt ſacramentum.
69 Vnūquodq; adminiculū uel indiciū faciens ad matrimoniū, ad hoc ut illius ratio poſsit haberi, debet probari legitimè per duos teſtes.
70.71.72 Vnus teſtis idoneus deponens cum fama & uoce publica, regulariter probat, ſed non in cauſa matrimoniali.
73 Iudicis nil magis proprium eſt, quàm ueritatem inquirere.

MATRIMONIALI EADEM.

CASVS talis est. Nobilis quidam adolescens, magna amoris signa erga uirginem quãdam & oppidanã & conciuem suã, tam nobilitate parentum, quàm proprijs corporis dotibus decorã & insignem, per nõ modicum temporis spaciũ ostendit, & in eodẽ perseuerat proposito, tum illius ædes de die pluries prẽte reundo, tum illam ardentissimè respiciẽdo, tum mulierculæ cuiusdam internunciæ seu mediatricis opera utendo, per quam tanti sui amoris indicatrices præfatę uirgini literas mittit: mittit & dona, & uersa uice recipit, & de nocte curat concentus musicales exerceri, adeò ut ex ijs pluribus in mẽtem uenerit, illam in uxorem duxisse, ea potissima ratione, quod difficillimũ, si non impossibile, fuisset & esset, illam aliter ad uota sua habere: quod & uirgo ipsa ex post, ultro palàm facit, scilicet adolescentem ipsum cum ea matrimoniũ contraxisse, per uerba de præsenti, & hoc per literas per mulierem illam mediatricem præsentatas, unà cum anulo aureo, precioſa decorato gemma, in signũ & subarrationẽ ueri & legitimi matrimonij. Et econtra, ipsam illico consensisse, cõsensumq; suum duabus sororibus suis, tempore præsentationis literarum tunc præsentibus exposuisse, quibus literas præfatas legendas ostendit: item & matri: quæ omnes simul ita esse, concorditer, formaliter, fatentur & attestantur. Idem facit etiam mulier illa mediatrix. Adolescens tamen instanter negat, se unquam literas talis tenoris scripsisse, nec quod unquam de matrimonio contrahendo cogitauerit. Hac igitur tandem de causa, à prædicta conuenitur uirgine, coram competenti iudice, petendo illum in maritum, producens testimonia matris, duarum suarum sororum, mulieris mediatricis, & aliorum quamplurimorum. Quæritur modo, an prædictis per ipsam productis testibus sit fides adhibenda: & talis, quod dictum matrimoniũ probent nec ne. & an idonei sint testes, non obstante nonnullorũ consanguinitate, affinitate, domesticitate, consuetudine & conuersatione, cum ipsa uirgine actrice: & quid de alijs demum &c.

Pientissimi redemptoris & eius glorioſissimæ uirginis matris præsidio implorato, magni & grauissimi ponderis est præsentis consultationis casus, cum de causa matrimoniali agatur, quæ grauis & ardua dicitur. c. non debet. de consang. & affini. optima gl. i. super uerb. absolutio. in c. mulieri. de iureiur. per Abb. post Ant. de Butr. in c. si pro debilitate. de offic. deleg. per Bald. in consil. cxxij. incipiente, Quia unus testis. in ij. uol. per Alex. in consil. cclxxxvi. incipiente, Quoniã abunde. in ij. uolu. per eundẽ in consil. cliij. incipiente, Viso processu. col. iij. in quinto uolum. per Philipp. Decium in consil. cxxxiij. incipiente, Viso processu. col. ij. in primo uol. per eũdem in consil. clxiij. incipiente, In

cauſa matrimoniali. col. iiij. eodem uolu. per eundem in cõſil. cccx. incipiente, Viſis diligenter. in prin. in ij. uol. Hinc eſt quod in dicta cauſa
2 in ſupplementũ probationis nõ defertur iuramentum, ut dicit d. gl. in d. c. mulieri. & cõmuniter eam Doct. ſequuntur ibi. & Ant. de Butr. in c. fin. eodem tit. de iureiur. Idem tenet Bald. in l. in bonæ fidei. col. ij. C. de reb. credi. Paul. de Caſtr. Alexan. & alij in l. iij. ff. de iureiur. & per Bald. Alex. & Philip. Decium in conſilijs proxime allegatis. Quia
3 grauis igitur & ardua d. cauſa, cautius erit pertractãda, & cum ea agendum. arg. c. ubi periculum. de elect. lib. vi. xlij. diſt. c. quieſcamus. c. ſi. vij. q. xi. cum alijs, ut per Socin. in conſil. xij. incipit, Quoniam in præſentiarũ. in princ. in i. uol. Idcirco ut res dilucidior reddatur, ut erit poſſibile, iuxta præceptum Philoſophi iij. Metaphyſ. quoniã ueritatem inquirentes ſine dubitatione, ſimiles ſunt neſcientibus quô ire debeant. Et idem alibi in vij. Ethico. dicit, quod non ſufficit uerum dicere, niſi etiam cauſa falſitatis aſsignetur. Et alibi in primo Topic. idem teſtatur, dicens: Potentes ad utranq; partem dubitare, in ſingulis ſpeculabimur uerum & falſum. Et alibi dicit in ij. de cœlo & mundo: quo d op-
4 poſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcant: ut etiam probatur in l. fin. ff. de leg. iij. Et alibi idem Philoſophus in i. Elench. inquit: Poſitis iuxta ſe contrarijs, maiora à minoribus diſcernuntur. Et in ij. de anima: quod conſiderans unum oppoſitorũ, habet & reliquũ conſiderare. Ad hæc recte aduertentes in præſenti quæſtione, talem obſeruabimus ordinẽ. Primo, pro parte uirginis actricis, quod matrimoniũ ualide contractũ fuerit, & ſufficienter probatũ, ex pluribus demonſtrabitur. Secundo è contra pro parte adoleſcentis rei cõuenti, id expreſſe negantis, quod nullo modo uerum ſit, iuribus & rationibus aperte oſtendetur. Tertio & ultimo in contrariũ adductis reſpondebitur, & in fauorẽ dicti adoleſcentis concludemus, ſaluo ſemper ſaniori conſilio cuiuſcunq; rectius ſentientis.

Ad primũ igitur accedentes, uiſis & iterũ atq; iterũ diligenter diſcuſſis, perſcrutatis & ponderatis proceſſu & atteſtationibus, & alijs actis in hac cauſa, prima facie uidetur dicendũ, partes ipſius uirginis actricis fore & eſſe æquiores, matrimoniũ ſcilicet fuiſſe legitimè contractũ, & ſufficienter probatũ: & cõſequenter reum cõuentum, in eius uerum & legitimũ maritũ adiudicandũ. Et pro generali fundamẽto id præmit-
5 tendũ eſt quod de iure eſt ueriſsimũ, quod matrimoniũ uidelicet per literas & nunciũ contrahi poteſt inter abſentes. c. ex parte. ij. de cõuerſa. coniuga. ubi gl. ſuper uerb. inter nunciũ. c. fin. de procu. lib. vi. c. honorantur. xxxij. q. ij. l. ſufficit. ff. de ſponſal. l. mulierẽ. ff. de rit. nupt. gl. clara ſup uerb. uxor. in c. nec illud. xxx. q. v. per Abb. in c. accedẽs. col. ult. de præben. per Paul. de Caſt. in l. cum per eos. col. ij. C. ſi quis alteri uel ſib. per Ant. de Butr. in cõſil. lxv. per Pet. de Anch. c. in cõſil. ccxxix.

ccxxix. & per eundem in consil. ccxxxi. latè per Alex. in consil. cxlvi. incipiente, In causa & lite. per totũ. in v. uol. Et ratio est secundũ gl. in d. c. nec illud. & Abb. in d. c. ex parte. in ij. not. quia omnis actus qui solo consensu perficitur, potest contrahi inter absentes per nunciũ uel literas. l. consensu. ff. de actio. & oblig. melior tex. in l. fin. §. fi. ff. de contra hen. empt. Sed sic est, quod solus consensus facit matrimoniũ. c. tuę. c. 7 cum apud. c. cum locum. de sponsal. c. sufficiat. c. matrimoniũ. xxvij. q. ij. per Lapũ in alleg. lvij. per totũ. per Aret. in cõsil. xiij. Viso. in prin. per Philip. Deciũ in cõsil. clxij. de quo suprà col. vi. ubi etiã dicit, idẽ esse in matrimonio clandestino, allegãdo Abb. in c. i. de clãdest. despõs. &c̃. His igitur stantibus, quod per literas ualide matrimonium contrahi possit, taliter contractũ fuisse in hoc casu & pluribus, ostenditur. 6

Primo, nam constat quod prædictus adolescens literas scripsit ipsi uirgini, ubi indicauit honestũ erga se amorem, & quod illo mediante, illam in suam legitimam & dulcissimã uxorem per uerba de præsenti accipiebat, & mentem suam huius matrimonij perquam cupidam, immediate & clarè per dicta uerba expressit, & unà cum literis anulum aureum gemma eleganti munitũ misit, in signũ ueri matrimonij & subarrationis. Verba enim huius tenoris erant uulgò, Ich schick euch auch hiemit ein ring/ zů einem gewissen zeychen meiner rechten vnd erlichen lieb/ vñ damit euch vñ kein andere zů meinem eeweib zůhaben/ vnd euch dadurch hiemit zůuermehlen vnd zů nemen/ scilicet adeò, quod omni ex parte matrimoniũ fuisse perfectum, non est dubitandũ, cum substantialia sua habuit, uidelicet, utriusq; cõsensum expressum. c. si inter. extra de sponsal. & faciunt alia iura in euidentiali proxime adducta. Nam statim quod uirgo literas recepit unà cum anulo, consensit, & consensum suum eo tunc palàm fecit duabus suis sororibus, præsentibus tempore prę̃sentationis literarũ. Adhorum autẽ probationẽ, quod adolescens tales scripserit literas, & quod illius essent tenoris, & de mutuo utriusq; consensu & confessione, pluriũ adducitur testimoniũ. Primũ est Elisabethæ T. quę fuit mediatrix, & adolescentis literas præsentauit unà cum anulo, quæ omniũ quæ in hoc negocio acta sunt, penitus est sciens: & optimè deponit, quod talis fuerit rei intẽtio et actio: & q̃d ita, ut in literis cõtinetur, sibi oretenus dixerit, & pluries: & de eius confessione sibi ab eodem facta, quod ita cõtraxisset matrimoniũ, decies, ut ita sit sermo, attestatur: & in effectu quod sufficienter matrimoniũ fuerit contractũ, affirmat. & inter alia, quod quamprimũ uirgini prę̃sentauit literas, & perlegit, quod easdem d. sororibus legendas exhibuit, à quibus succesiuè perlegebantur se teste præsente & audiente. & pari modo, quod uirgo intentionẽ suam sororibus expressit, se uelle scribentem reum pro legitimo, uero & naturali marito habere & tenere, & præterea alium neminem. & prædicta omnia d. sorores viij. & ix. loco examinatę, deponũt & attestantur, quod literas legerint, quod idem continerent, & de expresso consensu

per ſororem, adeò quod ſunt cõteſtes Eliſabetha, & d. ſorores. Et ſic habemus probatũ matrimoniũ legitime contractũ, & coniugum confeſſionem. Nam quatenus uirgo conſenſum expreſsit, ſtatim receptis literis probatur matrimoniũ legitimè cõtractũ. arg. c. ueniens. extra, qui cleri. uel uouent. c. ex parte. de conuerſa. coniug. c. honorantur. xxxij. q. ij. Et propriè id explicat Archid. in d. c. nec illud. xxx. q. v. ubi inquit,
8 quod uolens contrahere matrimoniũ per literas, matrimoniũ erit perfectũ, ſtatim quod recipiens declararit conſenſum ſuũ, ſiue ei qui miſit literas, ſiue alij. ut per eum. quẽ refert & ſequitur Alex. in conſil. de quo ſuprà, cxlvi. in iiij. col. in uerſ. quia reſpondeo &c. in v. uolu. Et quatenus uirgo id fecit, habemus utriuſq; confeſſionẽ: nam prius adoleſcen-
9 tis fuit probata. Vnde id ſuccedit, quod quãdo agitur de matrimonio contracto, confeſſio coniugum attendi debet, ſi non uenit in præiudicium alterius matrimonij. ut not. Abb. poſt gl. & alios in c. ſuper eo. col. iij. uerſ. ſecũdo caſus. extra, de eo qui cogno. conſang. uxo. & facit tex. in c. ij. ubi Abb. & alij, extra, de cland. deſpon. Hoſti. in Sũma, de ſponſa. et matri. §. qualiter cõtrahatur. col. ij. uerſ. ſed ſi ambo. Rom. in ſingul. ccccccxx. tu audiuiſti. habetur per Bald. in conſil. xlviij. incipiente, Quidam. cum alijs, ut per Aret. in d. conſil. xiij. col. iiij. & ſeq. per Philipp. Decium in d. conſil. cxxxiij. col. i. et in d. conſil. clxiij. col. ij.

Nec obijciat, quòd, quia ſorores, repellendæ ſint à teſtimonio. Nam dicimus, quod edictũ de teſtibus eſt prohibitoriũ. Vnde id uenit con-
10 ſequenter, quod quilibet reputatur idoneus, et non eſt repellendus, niſi expreſſe reperiatur prohibitus, ut not. in c. i. de teſti. in ij. q. v. in ſumma. & in l. curẽt. ff. de teſti. et in l. generaliter. C. de reb. cred. cum alijs, ut per Soci. in conſil. xvij. incipiente, Supradicta cauſa. col. ij. in princ. in primo uolu. ubi loquitur de fratris teſtimonio in hac cauſa matrimoniali. faciũt not. per Feli. in c. in literis. col. iiij. ad fin. extra, de teſtib. Et
11 fidelius loquendo, quod in cauſa matrimoniali cõſanguinei, ut fratres & ſorores, poſsint teſtificari, et tale teſtimoniũ in probãdo fœdere matrimonij ſit idoneũ, uult Hoſti. in Summa, de teſtib. in §. ij. in uerſ. ubi autẽ. refert & ſequitur Abb. in c. ſuper eo. ij. quaſi ad fin. extra, de teſti. intelligendo ſanè, quando inter coniuges eſt paritas uel modica diſparitas, ut in caſu noſtro. Idem tenet Aret. in d. conſil. xiij. colu. vi. uerſ. his præmiſsis. ubi de prædictis meminit. & etiam Alex. in conſil. cli. incipiente, Repetiturus. ad fin. in quinto uol. idem Alex. in conſil. cliij. incipiente, Viſo themate. in prin. eod. v. uol. Item hoc idem, & in omnibus concordando cum prædictis, Eliſabetha & d. duabus ſororibus, & ſic filiabus ſuis, deponit honeſta matrona domina mater prædictæ uirginis, ſeptimo loco examinata, allegando illas cõteſtes, et quod interfuit literarũ præſentationi & anuli, & quod literas pariter ipſa legerit, & expreſſe cognouerit eſſe adoleſcentis, & quod illius eſſent tenoris indiui-

dualiter

dualiter in omnibus concordando. Et cum adeò efficax ſit eius teſtimonium, non eſt cur de illo dubitemus: cum expreſſe ſit iure cautũ, quod in cauſa matrimoniali, pro filia, idoneum ſit teſtimoniũ matris & ſufficiens, ſiue agatur ad probandum, ſiue impediendum matrimoniũ. c. uidetur. extra, qui matri. accuſa. poſſ. not. in d. c. ſuper eo. ij. de teſtib. in c. cum in tua. eod. tit. in c. cũ in tua. de ſponſa. in c. i. xxxv. q. vi. per Specul. in tit. de teſti. in §. i. uerſ. quarto fallit. per Hoſti. in Summa, in tit. de teſte. in §. ij. uerſ. quinto, ſed & perſonæ. per Alex. in d. cõſil. cli. col. ult. & in conſil. cliij. in prin. in d. quinto uolu. per Aret. in d. cõſil. xiij. per Soci. in cõſil xvij. incipiente, Supradicta cauſa. in prin. in i. uol. per eundem in conſil. xx. incipiente, Viſis actis. col. penult. uerſ. ſecundo uideamus. eod. i. uol. Adeò, ut hucuſq; ſatis ſit cõgruè probatum, cum quatuor ſint teſtes, & aliàs etiam in hac cauſa duo ſufficiũt, ſiue maſculi, ſiue fœminæ. d. c. ſuper eo. ij. ubi Abb. in ij. not. declarat. c. conſultationi. ubi pariter Abb. in ij. not. de ſponſal. per gl. in c. in ſumma. ij. q. iiij. Nec dicendum, quod matris teſtimoniũ ſit reprobandum tanq; ſuſpectum: quia plures militant circũſtantiæ, quarum ratione id dici nõ poteſt: tum quia perſona honeſta, tum quia nobilis: tum etiam, ut omnibus clariſsimũ eſt, quod ipſe adoleſcens qui per plures annos uirginem dilexit, & palàm cunctis oſtendit ſuum amorem, nec ipſe negat: aliter illam non potuiſſet habere, niſi in uxorem duxiſſet. Et omnia hęc de ſe ſufficerent, quod matris teſtimoniũ admitteretur, etiã ſi inter filiam, de cuius matrimonio agitur, & uirum, quem ipſa peteret, eſſet diſparitas. ita dicit Abb. in d. c. ſuper eo. ſuper gl. i. ubi citat Tancred. & Laur. & ſequitur. faciunt not. per Feli. ibidem, col. ult. & per Alex. in d. cõſil. cl. incipiente, In cauſa. col. iij. uerſ. & licet Ant. de Butr. &c. Et etiã tanto magis teſtimoniũ non ſit repellendum, cum inter coniuges detur paritas: quo caſu cum nulla cauſa probabili poteſt moueri iudex, iniquè arbitraretur repellere, ut per Abb. in d. c. ſuper eo. & per Ant. de Butr. in d. c. uidetur. in ultimis uerbis. qui matri. accuſ. poſſ. &c. Secundo principaliter probatur matrimoniũ contractũ, per dationem anuli ſeu ſubarrationẽ, de qua prædicti teſtes omnes concorditer deponunt: & eo caſu contractũ matrimonium præſumitur, ut per gl. i. in c. fi. de deſponſa. impub. per gl. ſuper uerb. ſubarraſſet. in c. tenor. de re iud. facit text. in c. noſtrates. in c. fœminæ. iij. q. v. habetur per Abb. in c. illud. de præſumpt. latius per Lapũ in allegatione ſua, Quinquageſimus ſeptimus punctus quæſtionis. per Aret. in d. conſil. xij. col. iij. & ſeq. per Summam Angeli, ſuper uerb. ſponſa. in §. vij. habetur per Ioan. Lapum in tract. de matrimonio, in prin. uerſ. ulterius quæritur &c.

Tertio probatur ex nominatione, de qua plurimi deponũt, quod audiuerunt reum conuentũ, uocaſſe uirginem actricem, uxorem ſuã: quę nominatio quod præſumptionẽ ſaltem faciat, non hæſitamus. per not.

per gl. in c. illud. de prę̃ſumpt. per gl. fin. in c. dicat aliquis. xxxij. q. iij. per gl. in c. Michael. de filijs presbyt. per Bald. in l. neq; profeſſio. C. de teſtam. per Bal. in l. non epiſtolis. in ij. not. de proba. Et quod uocatio
17 uxoris, ſit ſignū & teſtimoniū matrimonij contracti, dicit Bald. in conſil. cxcvi. incipit, In hac cauſa. col. ij. in iij. uol. alleg. in arg. c. per tuas. de proba. facit quod uult Innoc. in c. ex parte. ante fin. de reſtitut. ſpol. ubi dicit, quod ſola nominatio operatur. de quo per Felin. in d. c. illud. col. ult. de præſumpt. &c̃. Quarto, prę̃dicta coadiuuātur ex teſtimonio plurium deponentiū, quod de hoc matrimonio eſt uox & fama publica. & licet tale teſtimoniū non uideatur concludenter probare, quia ab uno potuiſſent publicè audiuiſſe, iuxta not. per Bar. in l. de minore. in §. tormenta. col. iiij. ff. de quæſtio. & per eundem in l. iij. in §. eius. ff. de teſtib. cum concord. tamen probationē factam concludenter ſaltem coadiuuat, ut ſuprà deductum. & ita in ſimili dicit Philipp. Decius in d. conſil. clxij. col. ij. &c̃. Quinto facit: nam dato nō cōceſſo, quod probationes ſuprà relatę aliquē in ſe cōtineant defectū, cum tamen plu
18 rimi ſint, defectus ille ſuppleatur, cum tritū ſit, quod pluralitas teſtium eſt apta ſupplere defectū, ſi quis ſubeſſet. l. ſi quis ex argētarijs. in prin. cum ibi not. per Bal. Ang. & moder. ff. de eden. gl. not. in l. ij. in §. eius. ſuper uerb. numerus. ff. de teſtib. quā ſequitur Nicol. de Neap. & dicit ſingulariter in l. excuſant. ff. de excuſ. tut. per Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de not. crimine. in §. ſanè incipiunt allegat. &c̃. per Iacob. Butrig. in l. parentes. C. de teſtib. per Ang. in conſil. i. per Imol. in c. cum nuncius. extra de teſtib. per Alex. in conſil. v. incipiente, In cauſa inquiſitionis. col. ij. in primo uol. per eundem in conſil. clxxxix. incipiente, Abunde. poſt prin. in ſecūdo uol. per eundē in cōſil. cclxxvi. incipiēte, In cauſa & lite. col. ij. in uerſ. poterat &c̃. eod. ſecundo uol. per eundem in conſil. lxvi. incipiente, Viſa facti narratione. col. iiij. uerſ. ſed in propoſito. & per eundē in cōſil. xcij. incipiente, Repetitos. col. iiij. uerſ. nec poteſt. & in cōſil. cxxxi. incipiēte, Perſpectis his. in ſexto uol. per Alex. in conſil. lvij. incipiente, In cauſa & lite. col. penult. in conſil. cxix. incipiente, Viſo proceſſu. col. ij. uerſ. nec obſtat. in cōſil. clxxvij. incipiente, Viſis & lectis. ad fi. quaſi. in cōſil. clxxxi. incipiente, Viſo proceſſu. col. penul. uerſ. hoc idē. in vij. uol. per Rom. in cōſil. cccclxxxvi. incipiente, In cauſa propoſita. per Soci. in conſil. xciiij. incipiente, In cauſa uaſiditatis. col. ij. in conſil. cxxx. Viſa contingentia facti. col. ult. in conſil. cxlix. incipiente, In cauſa Ambroſij. col. penul. uerſ. quarto & ultimo. in primo uol. per Soci. in conſil. ccxxviij. incipiente, In cauſa Gabrielis. col. ult. uerſ. accedat. in conſil. cxciiij. incipiente, Subtiliter & elegāter. col. iij. uerſ. præterea licet. in cōſil. ccxliij. incipiente, Conſiderata facti contingentia. col. ult. in ij. uol. per Philip. Decium in d. conſil. cxxxiij. col. ult. per Andr. Sicul. in conſil. ij. in iij. uol. & per eundem in conſil.

xvi.

xvi. in quarto uol. &c̃. Sexto facit. Nam rurſus dato, nõ tamen conceſſo, quod matrimonium per teſtes non ſit ſufficienter probatum, tamen ſingula adminicula de quibus ſuprà diximus, & miſsionis anuli, literarum, famæ & uocis publicæ, & aliæ circunſtantiæ, ſi ſimul iungantur, debent inducere probationem ſatis ſufficiẽtem, per uulgarem illam regulam, quod quę ſingula nõ iuuant, iuncta proſunt. c. cum cauſam. cum concord. ibi per gl. final. allegatis. de probat. Et ita in propoſito talis cauſæ arguit Alex. in ſupradictis alleg. conſil. cl. col. penult. quaſi ad fin. in quinto uol. &c̃. Septimo & ultimo facit. Eſto quod probationes dubiæ ſint, cum tamen agatur de matrimonio, & probando eius fœdere, cuius cauſa quod ſit fauorabilis, nemo eſt quem lateat, & quod in dubio pro matrimonio ſit iudicandum. c. licet ex quadam. extra de teſtib. c. fin. de re iud. c. ex literis. de probat. c. uidetur. in fin. qui matri. accuſare poſſ. c. directe. de appell. c. final. de condi. appoſi. per Abb. in c. ex literis. col. ult. de ſponſal. per Abb. in c. mulieri. in prin. de iureiurand. per eundem in c. tuæ nobis. de deſponſa. impub. ad fin. per eundem in c. fraternitatis. col. penult. uerſ. ſed eſt dubiũ. de frigid. & maleficiat. per eundem in c. i. col. v. in tertio membro principali. de probat. per Bald. in tit. de pace Conſtan. ſuper uerbo, die lunæ. in uſibus feud. per Alexand. in conſil. clij. incipiente, Viſo proceſſu. col. ij. uerſ. nec dicatur. in quinto uol. per Philipp. Deciũ in d. conſil. cxxxiij. ad fin. i. col. Et ita dicamus in hoc caſu, & præſertim cum aliter fortè ſcandalum poſsit oriri, ſi matrimoniũ non fortiretur effectum, quod pias debet abhorrere aures, cum pars illa eligenda ſit, ſecundum quam pars minus præiudicij ſentire habeat. l. i. iunctis ibi not. per Paul. de Caſtr. ff. ſi quis caution. Et ſic in effectu ex his uidetur, quod hæc pars in fauorem uirginis actricis ſit probabilior, & præſertim, cum ea in cauſa ſimus, in qua opinio unius doctoris authentici præualet cõmuni opinioni, quæ eſt contra matrimoniũ. dictum ſingulare Hoſtienſ. in c. ſi uir. extra de cogna. ſpirit. & de eo meminit Felin. & illud exclamat in rubr. de ſponſal. col. penult. uerſ. pono in cauſa. per eundem in c. i. col. ij. uerſ. in cauſa matrimoniali. extra ut lit. non conteſt. licet aliàs ſemper cõmunis opinio in omnibus præferatur, ut per Doct. latè, in c. i. de conſtit. cum concord. &c̃.

19 20 21 22 23

Sed prædictis his & ſimilibus minime obſtantibus, quæ in ueritate non obſtant, contrariũ intrepide dicendum & iudicandum eſſe arbitramur, partes adoleſcentis conuenti ueriores eſſe, ſcilicet, quod matrimonium hoc caſu legitimè & ſufficienter non probetur. Et conſequenter, partes ipſius domini iudicantis, ſeu iudicare habentis, eſſe in abſoluendo prædictum reum conuentum, & eius procuratores, à petitione d. uirginis actricis & ſui procuratoris: & hoc ex multiplici capite. Primo, quia ſumus in regula, quod actore nõ probante, reus debeat

24

absoluí,& obtinere. c.i.extra,ut eccleſ. benefic. c. fin. de iureiurand. l. qui accuſar.C. de edend.cum concord.de quibus ibi per gl. & Doct. latè. Et per omnia teſtimonia adducta diſcurrendo, ut ueritas omnino appareat eius quod dicimus, in primis deuenitur ad illa quatuor teſtimonia, duarũ ſcilicet ſororum, matris, & mulieris mediatricis ſeu internunciæ,quæ concorditer una prorſus uoce, & eiſdem uerbis depo nunt, quod ipſe reus conuentus, literas illas de quibus ſuprà, dictæ actrici propria manu ſcripſit: & quod in illis cõtinebatur, quod ipſe reus cum actrice contraxit matrimoniũ per uerba de præſenti,audierũt, uiderunt,&legerunt,in præſentia illius mulieris internunciæ,ut latius ſuprà dictum fuit,ponendo uerba formalia quę in illis continebantur. Et quod omniũ harum teſtimoniũ non ſit ſufficiens & ualidum, nec probet, oſtendetur,nõnullis prius præmiſsis.Primo,quod nos ſumus
25 in cauſa matrimoniali, quæ plenè probari debet. gl. i. in c.mulieri. de iureiurand. facit in arg. text. in l. i. §. ſi ea. ff. de uent. in poſs. mitten. ut per Bal.in conſil.cxcvi.incipiente,In hac cauſa.in tertio uol. & alibi idem Baldus in l. ij. colu. xv. C. de ſeruit. & aq. dicit, quod in dubio nemo præſumitur maritus, niſi probetur. Et expreſſe refert Feli. in c. illud.col.ult.extra de prę ſump.Nec mirum,cum agatur quaſi de ſtatu hominis,ſiquando in matrimonio ipſo ſeruitus cõſtituatur. ita formaliter d.gl. quam cõmuniter Doct. ſequuntur. Et quod matrimonium
26 ſpecies ſit ſeruitutis, patet in l.ij.ff.de libero hom.exhiben.Et proprię, quod dura ſit ſeruitus, dicit Bald.in l. in bonæ fidei. colu. i. ad fin. C. de rebus cred. & patet, quia maritus nõ dicitur habere plenam ſui corporis poteſtatem. c. diuerſis. extra de cleri. coniugat. facit quod dicit Maria.Soci.in c.quoniam frequenter.col.ij. ut lit. non conteſt. Vnde non immeritò Bald.in c.ad noſtram.col.i.extra de probat.dixit, quod
27 cauſa matrimonialis ęquiparatur cauſæ criminali. Sequitur Alexand. in conſil.cxliij.incipit, Quoniam abunde. in prin.ij.col.in ſecũdo uolu.ubi per hoc infert, quod in cauſa matrimoniali neceſſariæ ſint probationes quæ in cauſa criminali requiruntur. Vnde infert, quod ſicut in criminalibus non ſufficit probatio facta per famam cum uno teſte, ut per gl.in c.ueniens.i.de teſtib.ubi Ant.de Butr.& alij,& per Doct. latè in l. ſi quis ex argen. §. i. ff. de edend. cum ſimilib. ut ibi per eum: ita dicendum in cauſa matrimoniali. Vnde concludendum ex prædictorum mente uidetur, quod ſicut in criminalibus clariores probationes luce meridiana requiruntur.l.fin.C.de probat. ita & in cauſa matrimoniali. Item eſt præmittendum, quod in cauſa matrimoniali
28 non ſufficiunt teſtes, nec ſunt idonei, niſi ſint omni exceptione maiores, eſto quod aliàs ſint idonei.gl.fin.per illum text.c.in literis. ubi per Doct.extra de teſtibus. per gl.per illum text.in c.i. de conſang. & affinitate. per Doct. in c.final.extra eod.tit. de conſanguin.& affinit. per

Specul.

Specul. in tit. qui matri. accuſare poſſ. in §. i. in uerſ. teſtis quilibet. per Felin. in rubr. de ſponſal. colu. penult. per eundem in c. i. col. ij. uerſ. ſuper gl. v. extra, ut lite non conteſt. per Alexand. in conſil. cxlvi. incipiente, In cauſa & lite. col. penult. in quinto uolum. per Andr. Sicul. in conſil. xlv. col. i. & in conſil. liij. col. iij. in primo uolu. per Philipp. Decium in conſil. clxiij. incipiente, In cauſa matrimoniali. col. iiij. in primo uol. per eundem in conſil. cccx. incipiente, Viſis diligenter. in prin. in ſecundo uol. His ſic prẽmiſsis, cõcludendũ uidetur, matrimoniũ de quo agitur, ualide non eſſe probatum, propter ipſarum inhabilitatem, uario modo inſurgentem. Et incipiẽdo ab illis duabus ſororibus, uidetur quod omnino illæ ſint repellendæ, quia in cauſa ſumus quę criminali æquiparatur. Sed clarũ eſt, quod in criminalibus frater pro fratre teſtimonium non dicit, nec illud recipitur. Abb. in c. literas. col. iij. uerſ. aduerte licet. extra de præſcriptio. Felin. in c. in literis. col. penult. de teſtib. per Bald. in l. fin. C. de probat. col. ij. Ergo nec ſororis pro ſorore, nec affinis pro affine, ut in c. ſimiliter. iij. quæſt. v. c. abſens. ij. iij. q. ix. per Bald. in l. qui teſtamento. in §. quicunq;. ff. de teſta. ubi intelligit cõiunctos uſq; ad ſeptimũ gradũ excluſiue, dum allegat l. lege Iul. ff. de teſtib. faciunt not. per gl. & Doct. in c. non debet. de conſangui. & affinit. Item ex alio: quia in cauſa matrimoniali attenditur ius canonicũ. c. fi. de ſecund. nupt. gl. in c. ſi quis ingenuus. xxix. q. ij. gl. i. Inſtit. de nupt. in princ. facit text. in §. hinc colligitur. ij. q. iij. & quod ibi dicit Archid. & Geminia. Feli. in rub. de ſponſal. col. penult. per eundẽ in c. i. col. ij. uerſ. ſuper gl. extra, ut lite nõ conteſt. & antè ibi. per Abb. poſt prin. in c. i. de deſponſat. impub. per laſonẽ in l. ſed eſt quæſitum. in ij. col. ff. de lib. & poſthu. habetur latè per Hippol. Marſil. in rep. l. unicę, col. xxxix. C. de rapt. uirg. per Alex. in cõſil. cliij. incipien. Viſo proceſ. col. iij. uerſ. ſed teſtis. in v. uol. per Philip. Dec. in cõſil. xxxv. incipiẽte, Prę̃ſtantiſsime doctor. col. pen. in i. uol. Sed de iure canonico, mulieris teſtimoniũ eſt nullum. c. mulierem. ubi gl. xxxiij. q. v. c. forus. §. fin. ubi etiam gl. reſtringit illum text. de uerb. ſignificat. per gl. & Doct. in c. ex eo. xv. q. iij. ubi Abb. inter alios dicit, quod hæc ſit communis opinio. in c. quoniã. de teſtib. per Hoſti. in Summa, in tit. de teſti. in §. quis teſtis eſſe poſſ. per Alex. in cõſil. xcix. incipiente, In cauſa inquiſitionis. col. ij. in primo uol. per Flor. de S. Petro in l. ex eo. ff. de teſtib. Ioan. de Plate. & Angel. de Aret. in §. teſtes autem. Inſtit. de teſtam. per Philip. Decium in l. ij. colu. vi. uerſ. decimoſexto. ff. de regul. iur. per eundem in d. conſil. cxxxiij. colum. iiij. & pariter ipſe in d. l. ij. dicit hanc eſſe cõmunem opinionem &c̃. Item ex alio: quod in propoſito huius cauſæ matrimonialis dicit Socin. in conſil. xvij. incipiente, Supradicta. colu. i. & ſeq. in i. uol. ubi per plura concludit, quod fratris teſtimonium pro ſorore, quãdo agitur de matrimonio probando, nõ ſit admit

tendum, ea ratione præcipua, quia ipſius domeſticus: item quia ſecum habitabat: & ſic dicto reſpectu, quod repellendus ſit, per iura & rationes ut per eum, ſubdentem, quod hęc ſit cõmunis opinio quam Doct. tenent in l. ij. C. de teſtib. & in l. ij. & in l. penul. ff. eod. tit. & per Doct. Canoniſtas per illum text. expreſſum in c. in literis. extra de teſtib. ubi latè id proſequitur Felin. & regulariter id uerum eſſe dicit. Fortius in propoſito noſtro dicendum, cum domeſticæ ſint d. ſorores, ſecum cõ-
33 muniter habitantes, quæ conuerſatio auget ſuſpicionem parentelæ in unaquaq; perſona, ut per Ant. de Butr. Ioan. de Anan. in c. cum oporteat. de accuſa. notat Bald. in l. parentes. col. ij. C. de teſtib. & per Petrum de Anchar. in conſil. ccxlvij. incipiente, In cauſa agitata. colu. ij. Tum quia ſorores & conſanguineæ in primo gradu, de iure canonico, quod in hoc prævalet, ut ſuprà dictum fuit. Et ubi concurrit duplex illa qualitas, & quod domeſtici, & quod conſanguinei ſunt teſtes, magna inducitur ſuſpicio. ita Aret. in d. conſil. xij. colu. penult. & c̃.

Item ex alio. Quia negari non poteſt, quin cauſa matrimonialis ſit grauis & ardua, ut per plura fuit oſtenſum: & ex eo colligitur, quod
34 huiuſmodi cauſæ non ſunt tractandæ coram iudice laico, ſed coram eccleſiaſtico, tanquam cauſa illa ſit ſpiritualis. c. i. & ij. extra de iud. & pro hoc facit c. i. de conſangui. & affinit. c. cauſam matrimonij. de offic. deleg. Et quod epiſcopis committenda ſit, dicit Specul. in tit. de competenti iud. adit. §. i. in prin. per Specul. in tit. de reſcript. præſen. §. ratione autem. uerſ. nam id inſtructio. refert Felin. in rubr. de ſponſal. col. penult. in fin. habetur per eundem in c. i. col. ij. uerſ. his ſolis. ut lite non conteſt. per eundem in c. præterea. in ij. not. poſt Abb. & alios ibi, ut per eum. extra de teſtib. cogend. per Abb. in c. fin. de coniug. ſeruo. per Paul. de Liazar in Clement. i. de uſur. refert Paul. de Caſt. in l. omni innouatione. in i. col. C. de ſacroſanct. eccleſ. per eundem Paul. in l. fin. ff. de condict. ſine cauſ. per Bald. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. faciunt not. per Alexand. in l. Titia diuortium. col. ij. ff. ſolut. matri. per Socin. in conſil. xij. incipiente, Quoniam in
35 præſenti. col. penult. uerſ. præterea. in primo uolum. Similiter in cauſa ardua etiam ciuili, frater non eſt idoneus teſtis pro fratre. gl. in c. conſanguinei. ij. quæſt. v. Hoſtien. in Summa, in tit. de teſtib. §. i. uerſ. nec fratres. Specul. in tit. de teſtib. in §. i. in uerſ. ſed nunquid frater. per Anthon. de But. ubi per alios canoniſt. in c. cum oporteat. extra de accuſ. per eoſdem in c. in literis. extra de teſtibus. per gl. Bart. Bald. & alios in l. parentes. C. de teſtib. per Cyn. Bald. & alios in l. unica. C. de raptu uirgin. & aliàs Salic. in d. l. parentes. plus dicit, quod in tali cauſa frater non admittitur pro fratre, propter affectum fraternum, qui reddit eum ſuſpectum. arg. l. humanitatis. C. de excuſat. tut. & quia illa æquiparatur criminali cauſæ, ut ibi per eum per plura, & concludentem,

dentem in effectu, quod nedum frater debet admitti tali casu, sed nec etiam alius de linea transuersali usq; ad quartum gradum inclusiuè, secundum ius ciuile numerandum. arg.l.petitione.§.egredientem.C.de aduocat.diuers. iudicio. & not. per gl.in l.lex Cornelia.ff.de iniur. Et tandem, quod frater eo casu non sit idoneus testis, cõmuniter tenent Doct.prout,quod hæc sit cõmunis conclusio, dicit Socin.in d.consil. xvij.col.iij.uers.quoniã ista.Si igitur fratris testimoniũ est repellendũ, fortius sororis, tum sexus fragilitate cõsiderata: unde cõcluditur,q̃d sit deterior cõditio mulieris,ut l.ij.§ uerba itaq;.ff.ad Velleia.l. si mulieri. C.eod.c.ex parte.i.de priuileg. Tum inualiditate consilij,ut dicit Bal. in c. i.col.vij. uers. ultimo quæro.allegando autoritatem philosophi, extra de iud. facit quod dicit Baldus in c. significauit. de rescript. ubi uult,quod consilium animi apud fœminam nõ reperitur. faciunt not. per eundem Bal. in l.i.col.fin.uers. sed quid si statutum.C. qui admit. ut per Alexand.in consil.xxiiij.incipiente, Animaduersis. quasi ad fi. in secundo uolum.per Corne.in consil. li. incipiente, Videtur.in quarto uolu. Tum etiam ratione ætatis, cum adhuc maior non ascendat ad annum XVIII. quæ ætas in criminali repellit etiam habilem.§. testes, 36 uers. in testimonium. iij. quæst.iij. not. in l.testium. C. de testib. per Ioan.And. in addit. ad Specul.in tit.de testib.in §.i.in uers.excipitur. per Alexan.in consil.xcix.incipiente, In causa inquisitionis.col. ult. in primo uolu.latius & clarius idem Alex.in consil. cliij. incipiente, Viso processu.col.iiij.in quinto uolu.Non obstat, si in terminis nostris opponatur,quod illarũ testimoniũ sit admittendum,quia ueritas aliàs haberi non posset: ergo recedatur à regulis iuris cõmunis, iuxta not. per Salic.in l.ea quidem.col.xxvij.uers.ad quintam quæst.C. de accusat. ubi determinat, quod quando ueritas haberi non potest à testibus in- 37 tegris,tunc admittũtur minus integri:ponendo exemplũ, ut per eum. Cuius dictum sequitur Ang.de Aret.in tract.suo maleficiorum, super uerb. metatore.de male.dadi. in i. colu. ubi pro eo allegat Innoc. in c. cum i.& a.de re iud. facit quod uult Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de testib. in §. i. in uers. excipitur. quod licet minor XXV. annis non admittatur in testem in causa criminali, per iura de quibus suprà, tamen in defectum probationis, licet iudici recipere. Et idem etiam dicit de muliere, quod in tali causa, eo casu debeat recipi. Quod dictum refert etiã & sequitur Alex.in consil.lxiiij.incipiente, Viso themate. in i.col.in primo uolu. Et prædicta abundè ex pluribus comprobari possent,de quibus per Hipol.Marsil.in l.diuus. col. ij. & iij.ff. de quæst. Et propriè, quod eo casu, quo aliàs ueritas haberi non posset, domestici non repellantur, uoluit Ioan.And.in addit.ad Specul.in tit. de testibus. in §. i. in uers.quid si olim.in addit. incipit,Idem Guido de Suzar.& idem dicit Ant.de Butr.in c.tertio loco.de probat.& Abbas in

c. cum in tua. de ſponſal. ubi allegat bonum text. ſecundum eum in c. cū dilecti. de elect. Et quod eo caſu mulieres in criminalibus etiam ſint admittendæ, ultra adducta faciunt not. per Abb. in c. quoniã. de teſti. & per Alex. in conſil. cxlvi. incipiente, Animaduerſis. col. iiij. in ſecūdo uol. Et ad propoſitum noſtrū ſatis urget l. conſenſu. §. ſin autem. C. de repud. ubi adulteriū & ſimilia quæ domi aguntur, poſſunt in defectū probationis, & ſic in ſubſidiū, probari per ſeruos & ancillas, & ſic per domeſticos. Idem etiam ferè probatur in c. ueniens. ij. de teſti. cum plu ribus, ut per Alex. in cōſil. lxxvij. incipiente, In cauſa & lite. quaſi ad fi. in vij. uolu. ubi latè. Nam ad prædicta omnia & ſingula reſponderi poteſt, & probabiliter reſpōdetur, nō obſtare, ex not. per gl. in c. tertio loco. de probat. quam ibi ad hoc ponderat & not. Ant. de Butr. quod
38 illud eſt uerū, quod quãdo alij teſtes nō poſſunt haberi, tunc admittan tur domeſtici de domo. quando de natura talis facti, ueriſimiliter alij te ſtes non poſſunt haberi: ſecus ſi poſſunt haberi, licet cauſaliter non in- terfuiſſent. Et idem etiam dicit Ant. in quodam ſuo conſil. xxiij. inci- piente, Quæſtio hæc dubia. ubi expreſsius uult, quod ſupradicta intel liguntur in actibus, in quibus habitu & actu, attento cōmuni curſu, te- ſtes alij non poſſunt haberi: ſecus aūt ſit, ſi actus ſe habet, quod habitu & cōmuni curſu haberi poſſint: nam tunc, ſi fortè non habeantur, ad plenã fidem nō recipiuntur teſtes non integri. Sed in caſu noſtro cōſtat quod matrimoniū ſecundum cōmunem curſum conſueuit fieri coram pluribus & palàm, ut experientia rerum magiſtra docet, & patet per to tum tit. de clandeſt. deſponſ. Ergo ita formaliter in hac cauſa matrimo nij reſpondet Alex. per prædicta in conſil. ſuo, clix. incipiente, Repeti- tas. col. ij. in quinto uol. & per eundem latius in conſil. ſeq. ſcilicet, clij. incipiente, Viſo proceſſu. col. iij. & v. cod. quinto uolu. ubi clarè re-
39 ſpōdet ad illud, quod in ſubſidium teſtes &c. Nam dicit illud uerum, quando tibi non poteſt imputari culpa, Quare non adhibuiſti teſtes alios idoneos. per not. per illum text. in c. quamꝯ. xiiij. q. ij. & in c. fin. de teſtibus cogen. Sed quando fuit in culpa, quia potuit adhibere te- ſtes idoneos ad actum, & non fecit, tunc ſibi imputandum, ſi non fecit. arg. l. ij. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis cautio. & l. fideiuſſo. §. i. ff. qui ſatiſda re cogan. In propoſito, ſi ita erat, quod reus tales literas ſcripſiſſet, de- buit actrix & domina mater ſua adhibere idoneos teſtes: alioquin ſem per id poſſet fieri, quod teſtes ſuſpecti admitterentur ad probandum, allegando, alios teſtes non potuiſſe inueniri, adeò ut uia malitijs aperi- retur: quod non conuenit iuribus uulgaribus. Et ita prædicta appro- bat Alex. in pluribus alijs locis, ut per Philipp. Deciū idem dicentem & approbantem in caſu ſimili, in d. conſil. cxxxiij. col. ult. & idem etiã facit Andr. Sicul. in cōſil. lv. in primo uol. & ita etiam ad illa, de quibus ſuprà, reſpondet Abb. in d. c. cum in tua de ſponſal. & formaliter ad d.

l. con-

l.consensu.§.sin autẽ.respondet Soci.in d.consil.xvij.col.ij.quod tex. ille loquatur, quando ille qui uult producere testes domesticos, nõ fuit in culpa, non adhibendo alios testes idoneos per quos posset probare intentionem suam: quod minime in terminis nostris dici potest: & latè ibi prosequitur, ut per eum. Et etiam Felin. in c.in literis. de testib. dicit casum illius text. specialem, cum agitur inter maritũ & uxorem, de his quæ domi acta sunt: secus dicit Felin. ubi agitur de probando uel dirimendo matrimoniũ, ut per eum in primis uerbis &c̃. Et habetur etiam per Philip. Decium in c.i.col.xix.uers. primus est.extra de probat.

Item ex alio etiam. Si concederemus quod prędictæ sorores admitterentur ad testificandum in proposito nostro: quod earũ testimonia nõ essent sufficientia, ostenditur. Nam probauimus suprà, quod in causa hac matrimoniali requiruntur testes omni exceptione maiores: sed mulieres, etiam quod testes admittantur in causa criminali, nõ tamen sunt testes omni exceptione maiores, propter sexus fragilitatem. ita ex pluribus concludit Bartholomeus Veronensis in consil. suo.xxxij. incipiente, Quidã rustici.col.ij. & idem dicit Alex.in consil.xcix. incipiente, In causa inquisitionis. in primo uol.cum alijs, ut per Philip. Deciũ, qui idem tenet in l.ij.col.vij.uers. & casu quo.ff. de regul.iur. Nec obstat, si diceretur, tres sunt testes, ergo huius uigore saltem probẽt, per id, quia numerus supplet defectũ in testibus. Nam respondetur, quod etiam si totidem sint, cum tamẽ simus in actu requirente testes omni exceptione maiores, non faciunt plenã fidem seu probationẽ. ita tex. expressus, ubi ita illum ad hoc ponderat Feli. in c. licet uniuersa. in prin. extra de testib. Quod autẽ sorores non sint omni exceptione maiores, ultra prędicta deducitur. Nam dicitur ille testis omni exceptione maior, quando nulla exceptio ei potest opponi, ut not. dicit Bar. in l. admonendi. col.vij.in uers. uenio ad tertiũ. ff. de iureiur. per Bald. in l. optima. C. de cõtrahen. & cõmit. stipul. & alibi Petrus de Anchar. notanter in cõsil. suo.ccxvi. incipiente, In Christi nomine. ad corroborationẽ prædictorũ, in ult. col. dicit, quod ubicunq; apparet testem habere affectionẽ ad unam partem, uel odium ad aliam, non potest dici omni exceptione maior. Refert & sequitur Alex. in consil.cxlvi. incipiente, In causa & lite. col. penult. uers. præterea testes. in quinto uol. Et in similibus terminis per prædicta dicit, non esse idoneũ testimoniũ auũculi. Si igitur in auunculo, ubi tanta non uidetur affectionis ratio & exceptionis, ita statuitur, quid erit ergo in sorore, habita consideratione gradus secundũ utriusq; iuris dispositionem? Præterea quod non sint testes omni exceptione maiores, suadetur, quia cõsanguineæ & consanguinei nõ dicũtur omni exceptione maiores, ut per Bart. in l. admonendi. col.v.uers. uenio ad tertiũ. ff. de iureiur. cum multis, ut per Alex. in cõsil. xvij. incipiente, Viso processu. col.ij. in primo uol. in consil.xc. incipiente, In

cauſa & lite. col. pen. uerſ. prẽterea. in ſecundo uol. per Alex. in conſil. xix. incipiente, In his quæ in themate. col. pen. in quarto uol. per Alex. in conſil. cĳ. incipiente, Viſo proceſſu. col. ult. in quinto uol. per Ang. in conſil. cxciĳ. incipiente, Viſis. col. ĳ. &c̃. Ex his in effectu intrepide concludemus, in caſu de quo agitur, teſtimoniũ ſororũ nõ eſſe admittendum, præſuppoſitis tamen qualitatibus ſuis ſuprà notatis, & quod domeſticę ſint, conſanguineæ, ſub eiuſdem patris poteſtate, mulieres, minores xxv. annorũ: et hoc modo ſaltem non contradicat diſpoſitioni d. c. ſuper eo. ĳ. de teſtib. hæc not. ibi per Abb. & Hoſti. in Summa, loco ut ſuprà, cum ipſæ ſint ſuſpectæ, ex rationibus iam relatis, & aliæ pariter infrà ſuper teſtimonio matris adducẽtur: quę ſi concurrant, repellendas eſſe à probatione in tali actu, dicit expreſſe Abb. in d. c. ſuper eo. in fi. iĳ. notab. Fortius ergo reſtringendã illam probãdi generalẽ habilitatem omniũ conſanguineorũ dicimus, iuxta not. per Aret. in ſępe allegato conſil. ſuo. xiĳ. Nam alioqui omnia præallegata, & iura & deciſiones doctorũ, diuerſis in locis, ſeruirent nobis de uento: quod minime dicendum &c̃. Circa tertiũ teſtimoniũ dñæ matris actricis, etſi non improbabiliter dici poſſet, quod diſpoſitio d. c. ſuper eo. dum matris teſtimoniũ admittit, procedit tantũ, quando ageretur de matrimonio contrahendo uel diſſoluendo, ratione impedimenti conſanguinitatis, ad quã probandam admittuntur etiam parentes. l. etiã. ff. de probat. ut dicit Socin. in d. ſuo conſil. xvĳ. col. iiĳ. uerſ. non obſtant allegata in cõtrariũ &c̃. de quo probandi modo in hoc caſu nõ agitur: & alio modo diſpoſitio d. tex. poſſet intelligi, ut not. per Aret. in d. conſil. xiĳ.
42 col. pen. per tot. Tamẽ eſto eius teſtimoniũ ſufficiens in hac cauſa, nõ tamen facit, quia unicũ & ſingulare, ergo nõ admittendũ, quia tale non probat. c. bonę. i. de electio. c. licet cauſam. c. in omni. c. cum à nobis. c. licet uniuerſæ. extra de teſtib. & etiam ſi perſona eſſet in magna dignitate cõſtituta. c. licet ex quadam. extra eo. tit. facit l. iuriſiurand. C. de teſti. l. teſtium. eo. tit. l. qui falſo uel uariè. l. ubi numerus. ff. eod. tit. per Rom. in cõſil. clv. incipiente, Quo ad primũ. per Alex. in cõſil. cliĳ. incipiente, Viſis narratis. col. pen. in conſil. cliiĳ. incipiente, Viſo themate. in fi. ĳ. col. in quinto uol. ubi de tali cauſa loquitur. & idem per Philip. Deciũ in d. conſil. cxxxiĳ. & plenius per eundem in conſil. cccx. incipiente, Viſis diligenter. col. ult. ad fi. in ſecũdo uol. ubi citat inter alia Bal. in l. iuriſiuran. col. ĳ. C. de teſtib. dicẽtem, q̃d tantũ probant mille teſtes ſingulares, quantũ unus. & per eundẽ Bald. in l. de quibus. ff. de legib. col. pen. in uerſ. ſed tantũ quid inſtes. cũ aliĳs, ut per eum. faciunt not. per eundẽ in rub. de cõtro. inueſt. feud. in uſib. feud. not. per Lanfran. de Oria. in rep. i. quoniã cõtra falſam. de probat. per Fed. de ſenis in cõſi. lxiĳ. incip. Quidã uſurarius. ubi loquit̃ in fortioribus. et habet̃ per Ant. de But. in c. cũ oporteat. de accuſ. & per laſ. pleniſsimè in l. ad

monendi.

monẽdi.in repet.col.50.&ſequen.ff.de iureiur.&c̃. Rurſus difficultatem augendo,dato,non conceſſo,quod matris teſtimoniũ non ſit unicum & ſingulare, ſed imò cõforme in omnibus cum teſtimonio duarum filiarũ,& ſic tandem, quod per eas ſit perfecte probatũ,contractũ fuiſſe matrimoniũ: adhuc tamen dicendũ eſt,quod nõ debeant admitti in terminis noſtris ſua teſtimonia,ſed à iuſtiſsimo iudice repellenda, per ea quæ in terminis his dicunt Hoſti. Ioan. And. &alij,in c.uidetur. extra,qui matrimoniũ accuſ.poſſ. quod licet teſtimoniũ parentũ,& ſic 43
patris & matris,nõ repellatur in cauſa matrimoniali, quando deponũt
10 pro filia,ſi modo inter filiã & illum cum quo dicunt contractũ eſſe matrimoniũ,nõ eſt diſcrimen, reſpectu nobilitatis, diuitiarũ,potentiæ & honoris.d.c.ſuper eo.ij.de teſtib. tamen illud uerum eſt, niſi appareat quod filij uel ipſi parentes affectent d.matrimoniũ,uel niſi ex aliquibus cõiecturis & circũſtantijs appareat, dictorũ parentũ ſuſpectũ eſſe teſtimoniũ. Et id quod de parentibus eſt dictum,idem eſt de cõſanguineis, & ſic de fratribus,ſororibus,& alijs,ut per Ant.de But.in d.c.uidetur. qui pariter prædicta omnia cõfirmat. & hoc referũt & approbãt Alex. in d.cõſil.cliij.incipiente, Viſis narratis.col.v.in prin.&Aret.in d.cõſil.xiij.col.vi. Sed quod tam ipſa uirgo actrix, quàm mater & ſorores,
20 affectent dictũ matrimoniũ,expreſſe apparet,ergo &c̃. Quod ipſa uirgo actrix affectet, de ſe patet, cum adeò ardenter per tot menſes & ferè annos iam proſecuta fuerit litem, & quotidie in producẽdo & iudicando noua remedia,teſtes,&noua adminicula,& reum abſentẽ & in partibus longinquis cõmorantem, Venetijs ſcilicet,uocauerit in ius:&hac de re,reus ipſe coactus fuerit patriã repetere,non ſine iactura & ſumptibus,ut ita natura peregrinationis ſuadere uidetur.arg.text.in Authen. de exhiben.re.in prin.& Authent. ut omnes obed.iudi.prouin.§. hoc conſiderantes.in fin.& per Specul.in tit.de donat. inter uir. & uxor.§. ſi.uerſ.quid ſi uir.per Bart.in l.ſi conſtan.in v.q.i.q.principal.ff.ſolut.
30 mat. Vnde ex hoc cõſtat,quod ſi res ſuũ nõ ſortitur effectũ,quod ipſa ſit uoti compos, quis dubitat quod ſiniſtra ſuſpicio ex hoc remanebit, quod ipſa eſſet capta amore illius? quaſi alius non inuentus fuiſſet, qui eam recepiſſet,cum abundet diuitijs,nobilitate,potentia & honore,& bonis corporis dotibus : & ſic aliàs in nubendo conditio ſua durior, ſi nõ deterior reddetur: & hoc experentia liquet,&ſuaderi uidetur.Item ex eo, quia nobis ex actis apparet, nec id negatur, quod ipſa actrix reo reſcripſerit,& miſerit dona, quando aureũ annulũ, quando chordam auro contextã: quæ ſigna pone optimi fuerint amoris, quod tamen magnum effectum & apparentem non præ ſe ferant, non hęſitamus unũ-
40 quenq; fateri & indubitãter. Item quod dña mater & ſorores d.matrimoniũ affectent, ex pluribus id cõprehenditur. Primo, quia deponentes de literis uiſis,deponũt omnes per eadem uerba formalia: quod 44

euidentiſsimū ſignū eſt ſubornationis in omnibus, & ſic conſequenter quod affectent. ita Bal. in fortioribus loquens, in conſil. cxxi. incipiēte, Quis melius. in ſecundo uolu. meminit de hoc, & ad propoſitū huius caſus ponit Philipp. Decius in d. conſil. cxxxiij. col. penult. Secundo, quod ex earū cōfeſsione colligitur, quod anno M. D. XXIX. in menſe Febr. reus illas literas ſcripſerit, & ſic ferè in anni principio: & quod ſtatim præſentatæ fuerint, & quod tempore præſentationis ipſæ uiderint & legerint uerba illa formalia. Et apparet pòſt, quod de anno M. D. XXX. die XIII. Decembr. & ſic in fine, dum productæ ſunt in teſtes, deponūt omnes uno ore, et per eadē uerba formalia, uidelicet, 10
Mein höchſte trew/ich hab im willen gehabt euch vor lengſt zůſchreibē vnſer Handlung halb/aber auß forcht vnd ſcham/iſt es bißher vnderlaſſen worden/vñ wolt lieber mündlich mitt euch reden/vnd euch mein lieb zůeröffnen/ vnd mein hertz zůentdecken /vnnd ſchicke euch hiemit ein ring. etc. id eſt, Chariſsima mea, uolui iamdudū de re noſtra ad te ſcribere, ſed ex cauſa metus & uerecundiæ hactenus omiſſum fuit: mallem coràm tecū loqui, animū & amorē erga te meū declarare. Mittoq; tibi nunc anulum &c. Quæ cum plurima ſint, deponunt non ueriſimilia, quod cum per biennīū ferè antea fuerint per illas lecta, et per reum ſcripta, pręciſe recordentur de tot uerbis formalibus. & ita in ſimili caſu non eſſe congruū teſtimonium deponentiū, dicit Alex. in cōſil. liij. incipiente, Viſis narratis. col. iiij. uerſ. nō caret. in quinto uol. 20
& loquitur in leuioribus, quando teſtis deponebat, ſe uiua uoce audiuiſſe, ut per eum. Et maxime in terminis noſtris ueriſimile nō apparet: cum ex actis apparet, quod actrix quamprimū literas remiſerit, & ſibi ſuas reſtituerit: quaſi id cōmune ſit, quod quis per ſimplicem literarum inſpectionem tot uerba formalia poſsit memoria retinere per biennīū,
45 cum humana memoria labilis ſit. l. peregre. ff. de acquir. poſſ. l. hac cōſultiſsima. C. qui teſtam. facere poſſ. facit quod notanter dicit Bald. in l. ſcripturę. C. de fide inſtrumen. de quo per Corne. in conſil. lxiij. col.
46 ij. uerſ. imò ſi diceret. in primo uol. Nam ſi teſtes dicant, ſe recordari de uerbis formalibus, deponūt non ueriſimilia: quanto magis ergo in hoc 30
caſu, ubi per curſum biennij id faciūt, & nihil dicūt. Et ſic ex his liquet, harum teſtimoniū & ſuſpectū eſſe, & denotare magnū matrimonij affectum. Et cōcluſiue, quod quando plures teſtes ſub eadem forma uer-
47 borum deponunt, redduntur ſuſpecti, dicit Specul. in tit. de teſti. in §. i. uerſ. item quod teſtes. Bar. in l. iij. §. & ideo per illum tex. ff. de teſtib. tradit Alex. in conſil. cxx. incipiente, Ponderatis narratis. col. penul. in quinto uol. Tertio prædicta cōprobantur, quia quodāmodo uidetur uerſari iniuriæ uindicatio, ipſis de familia illatæ, quod reus ſcilicet illas literas ſcripſerit uirgini, & illius tenoris, ut ipſæ ponūt, & reus neget: & quod per prius inſtanter adeò tot ſupremi ordinis principes, & 40
particulares alij nobiles egerint, quod matrimoniū ſortiretur effectū, & nihil actū fuerit, & reus, ut ſibi pręſupponunt, nullam habeat iuſtam

cauſam

cauſam renuendi, cum niſi liberã ſolam uoluntatem, & ætatẽ minorem alleget. Et ideo non uidetur prędictorũ idoneũ teſtimoniũ. l. lex Cornelia. ff. de iniur. iuncta l. nullus. ff. de teſtib. & l. omnibus. C. de teſtib. quia quodãmodo uidentur eſſe teſtes in cauſa propria, unde non recipiẽdi. d. iuribus. & facit tex. in c. item nullus. iiij. q. iij. et ita uoluit Ant. de But. in c. cum oporteat. extra, de accuſa. & Salic. in l. parentes. C. de teſtib. Et omnia hæc iuſtiſsimus iudex perpendens & ponderans, & ſimilia, utiq; prędictas perſonas nullo modo eſſe idoneas ad ita teſtificandum concludet, etiam quod ſufficienter probarent, & etiam quod daretur paritas conditionis inter coniuges. Nam quando etiam ita eſt, arbitrariũ eſt ipſius iudicis, & id in plena habet poteſtate, utrum parentes & alij conſanguinei admittantur ad teſtimoniũ. ita expreſſe Specul. in tit. de teſtib. §. i. in uerſ. quarto fallit. Et ſic præſupponit, quod parentum & cõſanguineorũ teſtimoniũ in huiuſmodi cauſa ſemper ſit ex natura ſua ſuſpectũ, & non admittendum. & de autoritate Specul. meminit ad propoſitũ, & exclamat, & ſequitur Alex. in d. conſil. cliij. & in d. conſil. cliiij. in prin. & Aret. pari modo in d. conſil. xiij. col. vij. & uidetur illud dictũ ubiq; per doctores approbatum &c̃. Circa quartũ teſtimoniũ d. Eliſabeth uiduæ internũciæ & mediatricis, quæ etſi in omnibus, & ferè per omnia cũ dña matre & duabus ſororibus, de quibus ſuprà uidimus, concordet, breuiter cõcludendum eſt, nullo modo eſſe admittendum, triplici capite. Primo, quia mediatrix & internũcia fuit, quod nec ipſa nec aliquis negat. Et perſonæ mediatricis teſtimoniũ ut ſuſpectũ reijcietur, niſi ex cõſenſu utriuſq; partis (quod in caſu noſtro minime eſt ex parte rei) producat̃. c. mediatores. ubi per ſcribentes cõmuniter. extra de teſtib. lib. vi. & ibi gl. in c. Roma. de teſti. eod. lib. gl. in c. ſi quis epiſcopus. i. q. i. Io. And. in c. dilectorũ. et ibi Ant. de Butr. Imol. Cardi. & Feli. de teſtib. cogen. facit tex. in §. quoniã uero. in Authen. de teſtib. §. in his. in Authen. de inſtru. cautel. et fide. per Abb. in c. inſuper. de teſtib. poſt Ant. de But. et Imol. in c. cum à nobis. eod. tit. per Bart. in l. omnibus. C. de teſtib. per eundem in l. deferre. in §. idem decreuerunt. ff. de iur. fiſci. per Bart. de Sali. in l. nullus. ff. eod. tit. per Bal. poſt Guilel. de Cun. in l. et hæredi. ff. de pactis. per Imol. in c. ex literis. de tranſact. per eundẽ in l. ſi cui legetur. §. fin. ff. de lega. i. per Angel. in §. quoniã. in Authen. de teſtib. per Bal. ubi reddit rationẽ in conſil. l. incipiente, Videndum. in ij. col. in ſecundo uol. per Paul. de Caſt. in conſil. ccl. incipiente, Viſo puncto. in ij. col. in ſecũdo uol. per Rom. in cõſil. ccclxxxij. incipiente, Quo ad primũ conſultationis articulum. per Alex. in cõſil. cclxx. incipiente, Ponderatis narratis. in i. & ij. col. in ſecundo uol. per eundem in d. conſil. cl. & conſil. cliij. col. ij. & conſil. cliiij. de quibus ſuprà. in quinto uol. per eundẽ in conſil. xxxij. incipiente, Viſo proceſſu. in cõſil. ccxij. incipiente, Ponderatis his. in ſexto uol.

49

49

per Alex. in consil. cxvij. incipiente, Viso ac ponderato. ubi dicit hanc cõmunem opinionẽ. in prin. in consil. cxxvij. incipiente Viso. in final. uerbis. in consil. clxxxvi. incipiente, Viso. in septimo uol. per Corneũ in consil. lxiij. incipiẽte, Videbatur primo. ubi etiam reddit rationẽ. in primo uol. per eundem in consil. xxxiij. incipiente, Visa copia. col. pen. in secundo uolum. per eundem in consil. lxxxi. incipiente, Visa copia scriptæ. col. ult. in tertio uol. per Soci. in consil. lvij. incipiente, In causa restitutionis. col. pen. uers. prẽterea ego reperio. in quarto uol. per Phi
50 lip. Decium in d. consil. cxxxiij. col. iij. Idem quod de mediatore, dicitur etiã de solicitatore, ut per dños de Rota, in xij. decisiõe, in antiquis, 10 sub rubr. de testib. per Ang. in consil. ccxxxiij. incipiente, In causa prẽ-
51 dicta. Et idem etiã in procuratore: ut per dños de Rota in decisione undecima, in eadem rubr. de testi. in antiquis. Et de omnibus alijs id posse dici similibus, non est dubiũ &c̃. Ex secundo capite, quod nõ debeat admitti, suadetur, quia ipsa etiã affectabat dictũ matrimoiũ quod haberet et sortiretur effectũ: quod ex eo deducitur, quod ipsamet est testificata, quod ipse reus sibi promisisset pro opera sua, monetã auream ualoris iiij. floren. Rheneñ. & pari modo, q̃d aliquot cruciatos receperit ab actrice: et hæc causa affectionis pariter in ipsa militat, & est sufficiens, ut debeat repelli, ut per Abb. in d. c. super eo. & refert Alex. in d. 20 consil. cl. col. ij. ad fi. Ex tertio capite: quia pauper, cum tantũ in bonis triginta habeat floren. ut cõtinetur in actis: quo casu cum simus in
52 causa quę æquiparatur criminali, pauper nõ potest esse testis, ex quo regulariter eius testimoniũ nõ est idoneũ, ut per Hosti. in Summa, de testib. §. ij. in uers. & fortuna. & per Specul. in tit. de testib. in §. i. in uers. item quod est pauper. Et licet nõnulli teneant contrariũ, ut latè per Felin. in c. si qui. col. ij. & seq. extra de testib. & inter alia citat Specul. in loco proximè alleg. tamen contraria opinio est uerior, quod in tali saltem causa, scilicet criminali, non recipiatur. ut per Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Ioan. de Imol. in d. c. si qui. Et est ratio, quia facilius corrũpitur 30 pauper. l. iij. ubi bona gl. super uerb. egenus. ff. de testib. per Alex. in consil. xv. incipiẽte, Viso processu. in tertio uol. Et hanc opinionẽ cõmunem esse dicit Socin. in tract. fallentia. in regula cclxxxix. incipiente, Pauper. Et ulterius nobis placet hæc sententia, cum simus in paupere quę tantũ in bonis habet xxx. floren. Talis aũt persona tantũ habẽs in causa criminali ad accusandũ non admittitur. tex. clarus in l. nõnulli. ff. de accus. Si ab accusatione repellitur, multo fortius à testificando: quia per actum testificandi maius præiudiciũ potest inferri, quàm per ipsam accusationẽ. l. qui accusare. C. de eden. facit tex. in c. de cætero. extra de testib. facit gl. Instit. de suspect. tut. in prin. super uerb. procedũt. 40 Et propriè, quod pauper. ita notabiliter in casu de quo agit̃, quod non sit idoneus testis, tenet Aret. in d. consil. xiij. in ix. col. et Philipp.

Decius

Decius in d. consil. cxxxiij. col. iij. Nec mirũ, quia contra taliter paupe
rem in dubio prę̃sumitur. §. i. §. sancimus. in Auth. de testi. cum alijs, ut
per Socin. in d. consil. xvij. col. ult. ubi refert, quod ita cõsuluit dñs Ho
nofrius de Perusio in consil. suo, quod incipit, Aegrefero &c̃. Quin-
tus testis Gaspar E. famulus olim domini patris actricis, deponit signa
amoris, quod uiderit prætereuntẽ sæpe sępius reum in plateã ante do-
mum actricis, et audiuisse cõcentus musicales iussu illius celebratos an-
te uirginis ædes, & pariter quod eam plurimũ aspiciebat. Vltra attesta
tur, se uidisse literas rei actrici missas, & illas legisse, et quod inter cæte-
ra uerba erant huius tenoris uulgò: Er schick ihr da ein ring/ mitt bitt / das sie
yetzo für gůt hab. quæ in effectu sonant, quod ipsa reciperet anulũ, & bo-
ni consuleret. aliàs nihil deponit, nisi de auditu, tum ab actrice, tum ab
internuncia, de qua suprà. Considerandũ est, quod licet huius testimo
niũ posset reddi dubiũ, quia famulus fuit, et per paucos menses prius
à dño patre actricis discesserat, et sic repellendũ: tamen præsupponamus 53
illum idoneũ, quia tempore testificationis nõ fuit amplius famu-
lus, ut per Specul. in tit. de testib. in §. i. in uers. quid si olim. per Ioan. de
Fautu. in c. consanguinei. iiij. q. v. per Abb. in c. in literis. extra de testi.
per Cyn. Bald. & alios, in l. ij. C. de testib. & per Bart. in l. qui testamen
to. ff. de testa. cum alijs, ut per Felin. in d. c. in literis. col. pen. & Corn.
in consil. clxx. incipiente, Licet &c̃. in ij. col. in tertio uolu. nihil tamen
omnino obstare iudicamus, sed magis in contrariũ deposuisse, & sic in
fauorẽ rei: et omisso eo quod dicit de amore, cum nihil faciat, cum de eo
deponat generaliter loquendo, quod conuenit moribus illius ætatis.
c. cum in iuuentute. ubi gl. super uerb. frequẽtius. de præsumpt. per gl.
super uerb. baccata. Instit. de succes. subla. in prin. facit tex. in l. fi. uers.
melius est iuueniles. &c̃. C. de bon. quæ lib. & in l. si uero nõ remune-
randi. §. si adolescens luxuriosus. ff. mandat. iuncta gl. ibi &c̃. Quan-
tum ad illud, quod uiderit et legerit literas, & erant uerba ut suprà, esto
quod literæ prædictę essent ipsius rei, ibi nullũ uerbũ de matrimonio,
& tamen literæ erant illæ, de quibus deposuerũt dña mater, sorores, et
mulier illa internuncia seu mediatrix: quia unà cum literis ostendit anu
lum, quem semel tantũ misit, et nihilominus ipsę omnes aliter deposue
runt, ut suo loco dictũ fuit. Vnde cum contradicunt huic, sequit̃ quod
eius dictum nullo modo debet attendi, iuxta gl. magist. cõmuniter ap-
probatam, in c. in nostra. extra de testib. Vel, si dicere uolumus atten-
dendum, faciet expresse cõtra actricẽ, quia nullum uerbũ de matrimo-
nio: nisi uelimus dicere, quod uerba illa, mitto anulum &c̃. id impor-
tent, quod omnino est erroneũ, ex quo ad diuersa posse referri, de se est
apertum: & sic multipliciter intelligi potest, ergo ambiguũ dictũ testis.
l. ita fidei. l. nõ intelligit̃. ff. de iur. fisci. latè per Alex. in cõsil. ccxxxviij.
incipiente, Ponderatis narratis his, col. ult. in vi. uol. Si ambiguũ, ergo 54

contra producentẽ interpretetur, nec releuet. c. in præsentia. de probat. l. ubi autẽ non apparet. §. qui illud. ff. de uerb. oblig. l. prætor. §. quod autẽ. ff. de iureiur. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. per Bar. in l. ij. ff. de duob. reis. per Bart. in l. fructus. ff. sol. mat. per Bart. ubi etiam Imol. reddit rationẽ, in l. inter stipulantẽ. in §. si Stichũ. ff. de uerb. oblig. per Doct. in c. ex literis. extra de sponsal. per Bald. in l. i. C. de usur. per Alex. in d. consil. cl. col. viij. uers. & licet. et in d. consil. clij. in i. col. in quinto uol. per Alex. in consil. ij. incipiente, Viso processu. col. ult. in consil. cxix. incipiente, Viso processu. col. iij. uers. non obstat. in cõsil. cxcv. incipien. Reddito per me. i. col. in septimo uol. per Corne. in cõsil. ccxvi. incipiente, In causa & lite. col. ij. uers. nec obstat. in tertio uol. per eundem in consil. ccxxxviij. incipiente, Reperio quod. col. iij. ad fi. in quarto uol. per Soci. in consil. cclxxiiij. incipiente, In causa et lite. col. iij. uers. circa princip. in secundo uol. &c. Sextus testis, octauo tamẽ loco examinatus, magister Gaspar E. deponit se audiuisse ab adolescentulo quodam suo discipulo, nomine Iacobo N. in domo dñi patris actricis, tempore carnisprium, anno M. D. XXIX. hęc uerba uernacula: Der Philip Jacob B. hab zů ihm Jacob N. gsagt/grüeß mir mein Haußfrawen. id est, Philippũ Iacobũ B. dixisse sibi Iacobo N. saluere iubeas meã cõiugem. Et à Philippo N. alio tamen tempore et in alio loco, ex post, uerba hæc sibi deponenti dicente pari modo uernacula, Es gilt dir vff dein braut. id est, præbibo tibi, sponsę tuę nomine, actricẽ denotando, ad q̃d reus desuper bibit, uulgò, Er habs dir vff gewartet. & alia etiã deponat se audiuisse ab alijs, quæ non opus est referre, cum solum bonã uoluntatẽ ipsius rei in se cõtineãt. Breuiter, dicimus huius testimoniũ nihil penitus ualere. Primo, quia deponit de auditu auditus, quæ testificatio quàm sit fragilis & caduca, nemo est qui ignoret, cum trita regula sit, q̃d testis de tali auditu deponens, nihil probet. c. tam literis. extra de testi. c. præterea. eod. tit. ubi Inno. Io. And. & alij. c. inquisitionis. de accusa. l. testium. C. de testi. not. in c. hoc uidetur. xxxij. q. vi. in l. si arbiter. ff. de probat. per Specul. in tit. de testib. in §. i. in uers. testimoniũ autẽ. per Abb. in c. licet ex quadã. de testib. in ij. not. & per Felin. ubi plurima citat, in d. c. tam literis. col. ult. per Rom. in consil. ccccxxiiij. incipiente, Circa propositum thema. per Alex. in consil. clxxxvi. incipiente, Visis attestationibus. col. ult. in consil. ccxci. incipiente, Excellentissime dñe. col. ij. in secundo uol. per Alex. in d. cõsil. cl. col. vi. uers. dña. d. quinto uol. per Alex. in consil. cxij. incipiente, Viso quodam. col. ult. uers. præterea. in vi. uol. per eundem Alex. in consil. xxiiij. incipiente, Circa processum. col. ij. uers. præterea. in consil. lxxi. incipiente, In causa & lite. in prin. in consil. ci. incipiente, Super primo. col. v. uers. uenio ad quartũ. in septimo uol. per Paul. de Cast. in cõsil. ccl. incipiente, Viso puncto. in secundo uol. in final. uerbis. per Corne. in consil. cviij. incipiente, Videtur

prima

prima facie.col.iij.uerſ. nec obſtat. in i. uol. per eundē in conſil. xviij. incipiente,Principale dubiū.in col.ij.in ſecundo uol. per Soci.in cōſil. cxviij.incipiente,Viſa narratione.col.antepen.uerſ.informatur.in primo uol.per Socin. in conſil.ccv.incipiente, Difficultas omnis.in final. uerb.in ſecundo uol.per eundem in cōſil.xlvij. incipiente, Viſis actis. col.iij.uerſ.poſtremo.in quarto uol.&c̄. Secundo, eſto quod ſufficienter probaret,ſi uerum eſſet,tamen adhuc nihil facit.Nam ille à quo deponēs dixit ſe audiuiſſe,examinatus & requiſitus,dixit ſe nihil ſcire. Vnde id ſuccedit,quod quādo duo deponunt,&unus dicit,quod am- 56
bo erant præſentes,alter uero dicit,quod nemo erat prẽſens,et ſic ſunt contrarij,de neceſsitate alter eorū periurus eſt,& ſic eis nullo modo eſt credendum.c.teſtimoniū. de teſti.& vi.q.i.c.quicūq;.& arg.l.ſcripturæ.C.de fide inſtru.& facit l.qui falſò uel uariè.ff.de teſtib.habetur latè per Corne.in cōſil.clx.incipiente,Circa repreſſalias.col.ij.uerſ.itaq; dictus Bernhardinus.in ij.uol.&c̄. Tertio, quod tale teſtimoniū nō probet,probaī.Ponamus,difficultatē augēdo,quod ipſemet à reo prẽ dicta uerba audiuiſſet, adhuc dicendū quod non probaret.ita propriè dicit Alex.in d.cōſil.cl.col.iiij.Pone,dicit Alex.q̄d aliquis alicui dixit, ut ibi in uernaculo Italico,dic uxori meę quod ueniat ſuperius, & intel-
lexit de illa de qua dubitatur an ſit uxor,uel eſſet:hoc nō erit ſufficiēs ad probandū illam eſſe uxorē: quia illa uerba fuerūt prolata parte abſen- 57
te, quo caſu cōfeſsio nō probat.l.fi.ff.de interrog.act.l.certū.§. ſi quis abſente.ff.de cōfeſſ.not.per Doct.in c.ex parte.extra eo.tit.de cōfeſs. Item in fortiori,etiā ſi quis in inſtrumento enunciatiuè nominaſſet mulierem aliquā pro cōiuge,quam carnaliter cognouiſſet,& dudum cum eadem cohabitaſſet,quod ex hoc nō induceretur plena &ſufficiēs prẽſumptio inter eos ueri cōtracti matrimonij.allegat tex.cū gl.in c.illud. de præſumpt.& in l. neq; ſine nuptijs. C. de nuptijs. & plures adducit Alex.in loco proximè citato,& de his latè dicemus infrà,reſpondendo
adductis in iij.argumēto pro parte cōtraria.Si igit̄ in fortioribus ita ſtatuitur,quid dicendum ſit,reſpectu huius teſtis, quando tantum de auditu deponit, & de auditu auditus, norunt lippi & tonſores &c̄. Alij teſtes omnes, quamuis plurimi ſint, nihil penitus probant,quia maior pars dicit ſe nihil ſcire, & nunquam loquuntur in fauorem d. actricis. Aliqui deponunt tantnm de fama ſimpliciter, uel quod contractum ſit matrimoniū,uel quod cōſummaretur,niſi parentes rei eſſent in cauſa: quorum teſtimonia nō urgent, quia ipſi aliter non deponunt à quibus audiuerint, ſcilicet, an à fide dignis, uel non, quod maximè requiritur 58
ad hoc ut fama probetur.Ant.de But.in c.cum oporteat.de accuſ.per Bart.in l.de minore.in §.tormenta.in uerſ.plurimū.col.vi.uerſ.quęro ſi teſtes interrogātur.ff.de quęſtio.& plura alia pro his urgent,de quibus per Alex.in d.conſil.cliij.col.ult.d.quinto uol.& in hac opinione

ſemper fuit Alex. ut alibi in conſil. lxxxiij. incipiente, Viſo themate. in tertio uol. & in conſil. xxv. incipiente, In cauſa. in quarto uol. & in conſil. clv. incipiente, Aliàs conſultus. in quinto uol. et plenius per eundem habetur in d. conſil. cl. col. v. & in conſil. ij. incipiente, Viſo proceſſu. in final. uerb. in ſeptimo uol. & ſemper ita concludit ex mente aliorum
59 per ſe adductorũ, quod teſtis deponens de fama, non probat, ſi ſimpliciter deponat, et nõ appareat de cauſis à quibus fama originẽ traxit, ut ſic poſsit uideri, an ſit probabilis fama, an uero uana uox populi, cui nõ credendum. l. decurionũ. C. de pœn. per Ant. de But. in c. ueniens. de teſti. ut per Bart. in d. uerſ. plurimũ. d. vi. col. per Bald. in l. proprietarij. C. de probat. per eundem in l. diffamari. C. de inge. & manu. per Salic. in l. ea quidem. C. de accuſat. per Corne. latè in conſil. cxxx. incipiente, Eleganter diſcuſſa. in quarto uol. facit pro his quod notãter dicit Ang. in l. quid ergo. ff. de his qui not. infam. ubi uult, quod teſtis de
60 ponens de fama, non probet, niſi etiã non interrogatus reddat rationẽ dicti ſui. quod etiã dicit Abb. in c. cõſuluit. i. de appell. & in c. cum cauſam quę. de teſtib. Sed nemo eſt qui hoc faciat in caſu noſtro, ergo &c. faciunt not. per Petr. de Anchar. in conſil. cclij. incipiente, In quęſtione presbyteri. & not. per Ang. in l. ſolam. C. de teſtib. Item tales teſtes de fama deponentes non probant, quia non dicunt ita audiuiſſe à
61 maiore parte hominũ ciuitatis uel loci, ubi fama exigitur: & hoc ſummè requiritur, ut fama probetur, ut notanter uoluit Bart. in d. l. de minore. in d. §. tormenta. uerſ. plurimũ. col. v. uerſ. quæro, quid ſi dicit. et in l. teſtium. in §. eius quoq; ff. de teſtib. et per Bal. in addit. ad Specul. in tit. de ſenten. col. xxij. in uerſ. illud etiã nota. Ang. in l. ij. ff. ad Macedonem. et Ioan. de Imol. in c. cum oporteat. de accuſ. & in effectu idem Imol. in l. hæredes palàm. ff. de teſta. ubi idem tenet, dicit hanc eſſe cõmunem opinionẽ. et hanc ſequitur Alex. in cauſa matrimoniali, in d. conſil. cl. cli. cliij. & clv. ſuprà alleg. in d. quinto uol. ſequitur Corne. in conſil. lxviij. incipiente, Aliquandiu. in i. col. in ſecundo uol. Alij autem teſtes de auditu auditus deponũt, quod minime obſtare, latè ſuperius fuit oſtenſum in ſexto teſtimonio. Et ſic ex his apparet, nullo modo fuiſſe probatum matrimoniũ contractum: et quod ſumus in regula, quod actore non probante, reus abſolui debet &c.

Ex alio, et ſic ſecundo capite principaliter, matrimoniũ in caſu noſtro non fuiſſe legitimè & ſufficienter probatum, oſtenditur, pręſupponendo unum quod falſiſsimum eſt, quod omnia teſtimonia de quibus ſuprà, fuerint & ſint idonea, & ſic ſint teſtes omni exceptione maiores, dummodo id deponant, quod dña mater et ſorores, & mulier illa internuncia depoſuerunt, ſcilicet uidiſſe et legiſſe literas rei: ubi cõtinebatur quod per uerba de præſenti cum uirgine contraxit matrimoniũ: et ad probandum quod literæ eſſent ipſius rei, et ab eodem ſcriptę, dicant ſe

illas

illas cognoſcere, quia alias ipſius ſcripturas uiderũt, et eiuſdem formę. Nam dicimus, quod hoc teſtimoniũ nec urgens, nec idoneũ, nec ſufficiens eſt ad probandum matrimoniũ. Nam quando teſtes probare uo 62
lunt ſcripturã aliquam priuatã, ab aliquo ſcriptã fuiſſe manu propria, neceſſe eſt quod illi teſtes deponant, ſe fuiſſe præſentes, quãdo ille ſcripſit talem ſcripturam, & uidiſſe ſcribere: nec ſufficit, ſi pręſentes nõ fuerunt, ſi probarent ſe uidiſſe alias ſcripturas ſcribere, et manũ ſuam cognoſcere. probatur per tex. clarum in §. ſi quis igitur. in Authen. de inſtru. cautel. & fid. et eſt gl. not. ſuper uerb. ſoli. uerſ. priuate quidem. in Authen. at ſi cõtractus. C. de fid. inſtru. faciunt not. per Bar. in l. nuda. col. pen. uerſ. i. ff. de donat. per Bar. in l. admonendi. col. iiij. uerſ. circa primũ. et uerſ. de tertio. ff. de iureiur. clarius per eund. in l. ſcripturas. in euidentialibus, & in fi. l. C. qui potio. in pign. habeãtur. faciunt not. per eund. in d. Authen. at ſi cõtractus. in i. & ij. col. & per Bald. in Authen. ſed nouo iure. in prin. uerſ. modo oppono. C. ſi cert. peta. Et ita per prædicta in terminis decîdit Alex. in d. conſil. cl. col. v. uerſ. deponit etiam &c̃. d. quinto uol. ubi concludit, quod probando, ut ſuprà, probatũ legitime & ſufficienter nõ dicatur matrimoniũ. Plus dicit ulterius, quod etiam ſi eſſent duo teſtes qui deponerent, illas literas uideri ſcriptas de manu eius de quo agitur, hoc non ſufficere ad probandũ, quod eſſent ſcriptæ de manu ſua, quia de facili poſſunt decipi. §. i. & ij. in Authent. de inſtru. caut. et fid. per not. per Bart. in d. l. nuda. in d. l. ſcripturas. in d. Authen. at ſi contractus. & per Bald. in d. Authen. ſed nouo iure. & Doct. in c. ij. de fid. inſtru. ſed opus eſſet cõparatione literarum, ſecundũ formam in l. cõparationes. C. de fide inſtru. Hoc autẽ in propoſito nec factũ, nec fieri poſſet, cum literæ nõ inueniãtur, ut etiã dicit actrix: ergo &c̃. tanto minus credendũ. faciunt not. per Paul. de Caſtr. in conſil. cccevi. incipiente, Satisfaciendo. in primo uol. Item comprobant̃ prædicta ex his quæ dicit Alex. in cõſil. lxxvi. incipiente, Ponderatis his. col. ij. in tertio uol. Nam ſcriptura priuata erat, in qua teſtator ſcripſerat uoluntatẽ ſuã: producebatur à prætẽdentibus intereſſe, hæredes eam negabant, producti fuerunt teſtes, deponentes ſcripturam illam eſſe teſtatoris, et reddentes rationẽ dictorum ſuorũ, quia alias uiderunt ſcripturas ſuas, & quod ita cognoſcant: dicit ibi Alex. quod illud teſtimoniũ non eſt ſufficiens, & ad cõprobationem adducit plurima, ex his quæ dicta fuerunt ſuperius &c̃. Vlterius nõ uidetur hoc teſtimoniũ ſuum ſufficiens, quia dum teſtes curant probare, quod literæ erant ipſius rei, hoc deducunt, reddentes rationẽ et cauſam dictorum ſuorũ, quod ipſi cognoſcãt ſcripturã ſuã, quia alias ſuas ſcripturas uiderunt, & ſic incipiunt à comparatione literarũ: ergo teſtimoniũ nõ ſufficiens. Probatur hęc cõſequentia ex his quę notant Iacob. de Aret. in l. cõparationes. C. de fide inſtru. & Imol. in l. nuda. ff. de dona. et idẽ

in c. ſcripturæ. extra de fide inſtru. & etiam idem in l. admonendi. ff. de iureiur. ubi cõcludunt, quod quando unus uult probare ſcripturã aliquam eſſe manu debitoris ſcriptã, & incipit à cõparatione, eo modo ut diximus, probatio illa eſt penitus nulla, per iura & rationes, de quibus latè ibi per eos. Refert longo apparatu, et in facti contingentia ſequitur Alex. in conſil. cccxxvi. incipiente, In cauſa & lite uertente. col. pen. & ult. in ſecundo uol. & ibi aſsignat rationem: quia poſſunt decipi teſtes, dum reddunt cauſam dictorũ ſuorũ, quia ſimpliciter dicunt ſe cognoſcere ſcripturas alicuius, & quia habẽt illas notas, ex quo alias uiderũt, ut per eum. qui etiã alibi in conſil. lxxvi. incipiente, Ponderatis his. col. iij. in tertio uol. dicit, quod probatio quæ fit per cõparationem literarum, eſt probatio omnino fallax. Et per hanc potiſsimã rationẽ Iacob. de Beluiſ. in Authen. de inſtru. caut. & fide. in §. fin. tenet, quod nõ ſufficiat ſola cõparatio facta ad ſcripturã priuatam &c. Vltimo præmiſſa coadiuuantur ex his quę not. dicit Socin. in conſil. xxxiij. incipiente, Proſequente. in ij. col. in primo uol. quod priuata ſcriptura nõ facit fidem, ſi illa negetur, et non recipit aliquod fomentũ uel ſupplementum propter quod fiat authentica, etiam ſi haberet plurium teſtiũ inſcriptionem uel ſubſcriptionẽ, annum, menſem & diem, & huiuſmodi ſolennitates. l. inſtrumenta. l. exempla. l. rationes. C. de probat. l. fin. C. de cõuenien. fiſci debit. allegat Specul. in tit. de inſtr. edit. in §. nunc dicendum. in uerſ. requiritur. & Oldrad. in cõſil. cum cõcord. de quibus per eum. Et poſſent prædicta ex pluribus cõprobari, quæ ut breuitati ſtudeamus, cõſultò omittũtur: credimus tamẽ ſatis his fuiſſe probatũ &c.

63 64

Ex alio, & ſic tertio capite principaliter, rurſus prę ſuppoſito teſtium idoneitate & habilitate, nõ tamen eſſe perfecte et legitimè matrimoniũ probatũ dicimus. Nam tantũ ipſi depoſuerunt, reum ſcripſiſſe literas, ubi per uerba de prę ſenti cõtraxit matrimoniũ cum uirgine actrice. Deponunt item de uirginis conſenſu, & nil ulterius de uoluntate rei: ergo non ſufficienter probatũ: quia non probatum eſt, quod reus poſt ſuas literas ſcriptas, perſeuerauerit in eadẽ uoluntate. deducitur hoc autoritate gl. not. ſuper uerb. uxor. quaſi ad fi. in c. nec illud. xxx. q. v. ubi gl. poſtquam probauit quod matrimoniũ poteſt contrahi inter abſentes per literas, et etiam procuratore mediante, quęro, dicit pòſt, quid ſi per literas quis fœminæ exprimat cõſenſum ſuũ, quod uelit eam in uxorẽ, & priuſq; recipiat ab ea reſponſum, pœniteat, erit ne contractũ matrimoniũ? & dicit quod non, quantũcunq; illa ſtatim receptis literis conſenſerit: quia dicit, reddendo rationẽ, requiritur quod duret conſenſus prioris, quia mutuus requiritur cõſenſus, ut in ea. In propoſito etiam, dato q̃d reus tales ſcripſerit literas, & actrix immediate illis receptis cõſenſerit, cum tamen de perſeuerãtia ex parte ipſius rei, de eadem uoluntate, non appareat, nec id probatũ fuerit, nec probetur, nec poſsit probari:

bari: ex quo cõtrariũ apparet, cum reus ſemper negauerit, & adhuc neget cõtrariũ eius, & ſic quod minime probatũ fuerit, dicimus. Secundo, pro eodem fundamẽto inducitur, quod in terminis (licet in idem ſonet, ut gl. ſuprà allegata dicit, q̃uis nõ faciat de ea mentionem) Summa Angelica, ſuper uerb. matrimoniũ. ij. in xx. §. ponit: quæro, dicit, utrũ per ſolas literas poſsit contrahi matrimoniũ inter abſentes? & dicendũ quod ſic, ſi duo copulatiuè cõcurrant. Primũ, quod mittens literas, quibus exprimit, quod talem accipit in uxorem de pr̃ſenti, ſi ipſa conſenſerit, perſeueret in eadẽ uoluntate, uſq; quo illa cui literæ mittuntur, expreſſe cõſentiat. Secundũ, quod perſona recipiens exprimat cõſenſum ſuũ alicui alteri, uel per literas ſcribat conſenſum ſuũ, alioquin non erit contractũ matrimoniũ. allegat Rod. & arg. c. honorantur. xxxij. q. ij. & arg. c. ex parte. ij. de conuerſa. cõiugat. & c. ueniens. qui cleri. uel uouentes. & idem etiã, in alio loquens caſu, ſentit Alex. in conſil. cxlvi. incipiente, In cauſa et lite. col. iiij. in uerſ. et nõ obſtat. in quinto uol. In caſu noſtro, de illo primo, quod perſeuerauerit, etiam quod id ſcripſiſſet, quod reus expreſſe abnegat, nihil conſtat &c̃.

Ex alio, & ſic quarto capite principaliter, quod ita matrimoniũ non fuerit legitimè probatũ, aperitur. Nam nos ſumus in cõtractu, ſeu actu qui celebratur gratia utriuſq;. Patet, non inſiſtendo aliter ubi nõ expedit, ex diffinitione matrimonij ſeu deſcriptiõe, de qua in c. illud. de pr̃ſumpt. in §. i. xxix. q. i. Inſtit. de patr. poteſt. in prin. in l. i. ff. de ritu nup. et in tali actu teſtes qui ad eius ualiditatem requirũtur, neceſſe eſt quod ſint rogati, & ab ambabus partibus. ita loan. And. in addit. ad Specul. in tit. de inſtru. edit. in §. poſtquam. in uerſ. item, nunquid. et habetur cõmuniter per Doct. in c. i. extra de fide inſtru. & per Bald. in rubr. C. eodem tit. Sed in propoſito noſtro, quod fuerint rogati, nec ab una, nec ab alia parte liquet, ergo &c̃. Secundo, quod proprie ad probationem matrimonij requiritur, ut ſint teſtes rogati, aliter nõ probent. eſt autoritas gl. not. in §. de his. ſuper uerb. audierunt. in c. teſtes. iij. q. ix. quæ inter alia inducit ad hoc bonũ tex. in c. noſtrates. xxx. q. v. ibi, inuitatis &c̃. Et ibi gl. expreſſe idem tenẽs ſuper d. uerb. inuitatis. & eſt etiã autoritas Specul. in tit. de teſte. in §. i. in uerſ. item quod nõ fuit rogatus aliquis. eſt uerſ. tertius, in matrimonio &c̃. Et idem etiam tenet Rom. in ſingulari ſuo dccxxxiij. incipiente, An ad ſolennitatem &c̃. ubi probat id bona ratione, uidelicet, Nam reſolutio contractus & celebratio, debet procedere eodem iure. l. ſi ad reſoluendũ. C. de præd. minorũ. Sed ad reſoluendũ matrimoniũ requiruntur teſtes rogati, ut in l. nullũ. ff. de diuortijs. ergo & ad contrahendũ. Et hanc partem etiã conſulendo ſecutus eſt And. Sicul. in conſil. ſuo. xlv. col. iij. et in conſil. ſuo liij. col. ij. in primo uol. Nec dicit, quod ſaltem præſumatur rogatus: quia quod in teſtibus rogatus non præſumatur, niſi aſſerant ſe rogatos, uel

aliter conſtet, tenet Bart. & alij cõmuniter, in l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. & in l. hæredes palàm. in §. in teſtamentis. ff. de teſta. & ibi latiſsime per Aret. poſt alios, & per eundem in d. cõſil. xiij. col. iiij. & hęc opinio placet. Et licet Aret. in d. conſil. teneat contrariũ, quod ſcilicet in cauſa matrimoniali nõ requirantur teſtes rogati: & idem etiam ſequitur Philipp. Decius in conſil. clxiij. incipiente, In cauſa matrimoniali. col. iiij. in uerſ. ſexto proponit &c. in primo uol. et ad id probandum adducũt Ant. de But. in c. ex parte. in fin. de ſponſal. & ad tex. in d. c. noſtrates. reſpondent, quod loquatur de inuitatis ad nuptias, et ibi gl. tenet etiam contrà: tamen in contingentia facti nullo modo dicimus eſſe recedendum à prima opinione, quæ uidetur cõmunis, & probatur in d. text. c. noſtrates. Et reſpondere, ut per Aret. eſt deſtruere illum tex. Nec eſt uerum quod ibi gl. dicat, ſed bene dicit totũ contrariũ: ſed uerba illa tria in fi. d. gl. poſita, ſcilicet, quod nõ credo, fuerũt addita à Bartholomeo Brixinenſi, ut de eo meminit Roma. ad hoc propoſitũ, in d. ſuo ſingulari dccxxxiij. Sola ergo autoritas Ant. de But. non obſtat, cum ſit tex.
67 in oppoſitũ, & autoritas gl. quæ omnes alias antecellit, dicit Bald. in l. cum hæreditas. C. depoſit. Et ſemper illi adhærendum eſſe, dicit idem Bald. in l. i. ad fin. ff. de uulgar. & pupill. & alibi in l. non moriturũ. C. de contrahen. & cõmit. ſtipul. appellat gl. autoritatem idolum ſuum. notat pleniſsimè Franc. Curtius in conſil. ſuo xlij. incipiente, Teſtator Auguſtinus. col. vij. per eundem in cõſil. xlv. incipiente, Reuoluta narratione. col. iij. & in conſil. xlix. col. xv. in fin. &c.

Ex alio, & ſic quinto & ultimo capite, idem dicimus & fortius. Nam nobis à nõnullis fide dignis relatum eſt, inter prædictam uirginẽ actricem & reum cõuentum, eſſe diſparitatem, reſpectu diuitiarũ, potentiæ, item & ętatis. Nam id pro certo aſſerũt, reum ditiorem eſſe, reſpectu patris loquendo, & potentiorem, & ętatis ferè XIX. annorũ: actricẽ uero dicunt XXVII. annorũ & ultra. Quæ ſi uera ſunt, ut proponũtur, res de ſe clariſsima uideẽt, & nullam in ſe dubitationẽ cõtinet, partes ipſius actricis nõ fouere iuſtitiã & æquitatem, cum tantũ pro ea dñę matris et ſororũ duarũ urgeant, ſimpliciter loquẽdo, teſtimonia. Et data diſparitate in una ex illis qualitatibus, ſufficit q̃d teſtimonia prędicta repellantur, ut in tex. ineuitabili in d. c. ſuper eo. ij. de teſti. ubi loquit alternatiuè, ut in eo. Vnde ſufficit, quod in una uerificet regula in alternatiuis. de regul. iur. lib. vi. c. inter cęteras. de reſcript. l. ſi ita quis ſtipulatus. ff. de uerb. oblig. Et ita declarando illum tex. not. Specul. in tit. de teſti. in §. i. uerſ. ſed nũquid. tradit Philip. Decius, ubi etiã declarat, quod exempli gratia poſita ibi ſunt uerba illa quæ nõ arctant regulam, iuribus uulgaribus, in conſil. cccx. incipiente, Viſo diligenter. col. i. in ſecũdo uol. ubi in hac cauſa matrimoniali loquit. Fortius igitur, ſi ſunt plura, in quibus eſt diſparitas. & pariter in tali loquẽs cauſa, idem dicit Soci. ponens

& non

& nō conformitatē ætatis pro una, & quod illa eſt cōmunis opinio, in cōſil.xvij.col.iij. ſæpe allegato. Hęc tamē ultimo loco dicta, pro conſtanti non ponimus,cum ex actis nobis de diſparitate,niſi reſpectu ætatis,nō liquet: licet reſpectu illius tantū poſsimus etiā cōcludere in idem & nō inſufficienter.quę omnia notiſsima eſſe, de diſparitate, ſapientiſſimo iudici,non dubitamus,& fore conſideranda dicimus,pro euidenti rei defenſione.

Sed iam ad tertiū accedentes, ſcilicet allegatis ſuprà in contrariū reſpondendo,dicimus,quod licet reſponſio colligatur congrua ex ſuprà adductis, breuiter tamen omnibus reſpondere, decens eſſe duximus.

Non obſtat ergo primū,quod adoleſcēs reus miſerit literas,& illius tenoris,ut contractum matrimoniū indicauerint: & id conſtare ex illis teſtimonijs,item ex coniugum confeſsione &c. Nam dicimus, omnia quæ depoſuerunt prędictæ teſtes,negari per reum: & teſtiū fides,quod non debeat recipi : & etiam ſi reciperetur, nihil obſtare, cōcluſum fuit ſuprà in omnibus capitibus,ubi latiſſime id deducitur. Ad illud tamē, de coniugum cōfeſſione, reſpondemus, quod talis confeſsio probaret matrimoniū,ſi facta eſſet ab ipſis coniugibus,& de hoc conſtaret.et ita loquuntur Doct.in locis præallegatis.uel,quando talis confeſsio probaretur per teſtes idoneos.Sed nos nō ſumus in his terminis.Nō enim conſtat de confeſsione rei,& teſtes ſunt penitus inhabiles,uel melius loquendo,nihil ad propoſitū in fauorem actricis deponūt.Ergo perinde eſt,ac ſi nō depoſuiſſent.c.in prędentia.de probat.cum cōcord. de quibus ſuprà &c̄. Non obſtat ſecundū,quod cōtractū dici debeat matrimoniū per dationē anuli &c̄.Nam reſpōdetur,quod cū per eoſdē probetur de anulo,per quos & cōſenſus, & cōſenſus nullo fuerit legitimo modo probatus,ergo &c̄. Rurſus eſto,miſerit anulū,non ſequit quod per illum inducatur matrimoniū prędumptū,ſaltem reſpectu caſus noſtri, cum allegata in contrariū loquantur de immiſsione anuli in digito mulieris.Nos ſumus in miſsione.Et ſi in primo caſu non inducit matrimonium,niſi quando conſuetudo eſſet, quod in matrimonio daretur, ut per Abb. ubi latè circa hoc loquitur, in c.illud. de præſumpt. & per Aret.latius in d.cōſil.xiij.col.iij. per iura & rationes de quibus ibi per eos: fortius hoc dici non debet in ſecundo caſu,per id quod ſtatim dicetur ſcilicet. Nam habemus quod delatio anuli, ſignū eſt æquiuocū, ut per Abb.ubi omnes proprietates proſequitur,in d.c.illud.in fin.& loquitur,quando aliæ coniecturæ militant,an matrimoniū præſumatur, fortius erit miſsio & datio. Nam ſi ſimpliciter datur mulieri anulus, 68
præſumitur donatio.arg.l.q̄d ſponſę.ff.de donat.ante nupt. ita Abb. in d.c.illud.col.ult.in uerſ.quandoq; in l.probat.&c̄. Prętерea,ſi eſſemus in caſu quando reus cohabitaſſet cum uirgine, & ipſa portaſſet anulum,ex hoc non concluditur quod ipſa contraxiſſet cum eo, ita per

plura tradit Alex. in d. consil. cl. col. vi. ad fi. in uers. Item super decimo. allegat Ant. de But. & Abb. ita concludentes in d. c. illud. Fortius ergo ubi tumus in absentia, & muneris loco miserit: munera enim inter uirū & mulierē, nullum inducunt tractatū ad faciendum transire sponsalia de futuro, in matrimoniū de pręsenti. c. i. de eo qui contr. matr. cont. in terd. eccle. per Doct. in c. his qui. de sponsal. per Alex. in d. consil. cliij. in ult. uerbis. Quomodo ergo in proposito inducēt in matrimoniū de præsenti immediatè &c̄. Non obstat tertium de nominatione, quod audiuerint nominasse uirginem, uxorē suam &c̄. Nam diximus in primo capite principali de hoc latè. reprobando totaliter testimoniū illius quod erat de auditu auditus &c. Vlterius item dicimus, quod etiam si ipsemet ab eo audiuisset, nihil tamen suum testimoniū ualeret, quia uni cum & singulare: ergo &c. iuribus suprà alleg. Et taliter etiam respondet in proposito Alex. in d. consil. cliij. col. v. & in consil. clv. col. ult. et Philip. Decius in d. consil. cccx. col. ij. Item facit: nam si testis deponat in causa matrimoniali, quod audiuerit aliquem dicentem suo consanguineo, hæc est uxor mea, & consanguineus sibi manū tetigerit, quod ob hoc non probabit quod illa sit uxor illius, quātumcunq; ita eam nominauerit. ita tradit formaliter Alex. in d. consil. cliij. in d. quinto uolu. uers. nō obstat etiam. Ergo &c. Postremo urget ratio, quod tale te-
69 stimonium non sit admittendum. Nam certum est, quod matrimoniū est sacramentum. c. gaudeamus. de diuor. in prin. c. fi. de condi. appos. c. omne. xxvij. q. ij. per Abb. in c. cum locū. col. ult. de spōsal. per Abb. in c. consuluit. i. in prin. de appell. per eundem in c. i. ad fin. de secund. nupt. per eundem in c. significasti. ad fi. qui matr. accus. poss. per Ang. in §. quoniā. in Authē. de trien. et semiss. per Alex. in l. mulier. in §. cum proponeretur. col. ij. ff. de Trebell. per Alex. in consil. liij. incipiente, In præsenti consultatione. col. i. in quarto uol. per Alex. in d. cōsil. cl. col. iiij. uers. constat autem. per Corn. in cōsil. viij. incipiente, Licet in hac. col. ult. in quarto uol. Si sacramentum, ergo nō debet ex leui præsumptione iudicari. c. licet ex quadam. de testib. c. literis. extra de pręsump. Sed ita iudicaretur, si per simplicem nominationē, per uerba enunciatiua factam, id diceremus: ergo &c. hanc consequentiā facit Alex. in d. consil. cl. col. et uers. ut paulò suprà, & loquitur in longe fortioribus terminis &c. Non obstat quartū fundamentū de eo, q̄d est uox & fama publica. & posito, quod etsi sufficiens non sit probatio, tamen si singula adminicula simul iungantur &c. Respondetur, quod ad hoc propriè respondet Alex. in d. consil. cl. col. pen. ad fi. ubi concludit, quod unū-
70 quodq; adminiculum uel iudiciū, faciens ad matrimoniū, ad hoc ut illius ratio possit haberi, debet probari legitime per duos testes, iuxta gl. reputatam singul. in l. fi. C. familiæ ercis. & allegat Inno. in c. sicut. de simo. & Ang. in Authē. de testa. imperfect. col. viij. & Bal. in l. ij. in prin. ff. de

ff. de excuſa. tut. Cum igitur in caſu de quo agitur, nõ ſit ita, quod talia adminicula ita probent, meritò &c̃. Imò ulterius procedendo, etiam ſi daretur quod unus teſtis idoneus eſſet, & depoſuiſſet cum fama & uoce publica, quod minimè fatetur, quo caſu teſtis probat regulariter, 71
ut per gl. ſuper uerb. famam. in c. i. de appell. et per Specul. in tit. de notor. crim. in §. iĩ. uerſ. fama. et per Ant. de But. Abb. et alios in c. ueniẽs. i. de teſtib. cum alijs: tamen in propoſito nihil prodeſſet, quia ſpeciale eſt in cauſa matrimoniali, quod unus teſtis cũ fama nõ ſufficiat. dictũ 72
eſt ſolenne Vincentij antiqui Doct. in c. ij. de clandeſt. deſpõſa. et ibi la
10 cob. Zoch. dicit ſpeciale et ſingulare. refert et exclamat Feli. in rubr. de ſponſal. col. ult. uerſ. nonodecimo &c̃. per Alex. in conſil. cxliĩj. incip. Quoniã abũde. in i. col. in ſecũdo uol. per Soci. cõſil. cclxx. incipiente, Conſideratis his. uerſ. iſta cõcluſio. in ſecundo uol. &c̃. Non obſtat quintũ mediũ, de eo, quod etiam quod probationes nõ eſſent omnino urgentes, quia tamẽ plurimæ, defectũ ſuppleant, ex quo talis eſt natura pluralitatis probationũ. Dicitur, prędicta nõ uendicare ſibi locũ in cauſa graui, in qua nos ſumus. fuit & eſt de mente Bal. in c. ad noſtram. de probat. ubi inquit, quod plurimi teſtes etiãſi ſint, & infames de facto, nihil probant. alleg. c. hic cauſam. de teſti. facit quod not. dicit Petr. de
20 Anchar. in cõſil. ccxlvij. incipiente, In cauſa agitata. ubi uult, quod qua ratione dictum unius teſtis ſingularis nõ probat, pariter & unus teſtis infamis uel domeſticus reprobatur. & eodem modo idem erit, ſi ſunt plures, ut omnes repellantur. unde cõcludit, quod plures teſtes inimici uel domeſtici, repellentur. Item conſiderandũ eſt, quod Ang. in d. conſil. i. & Bal. in d. l. ſi quis ex argentarijs. & alij omnes alleg. loquuntur, quando unus defectus eſt tantũ: ſed in caſu noſtro plures concurrunt, ſcilicet ratione affinitatis & conſanguinitatis, & proprij intereſſe, ut omnia declarata fuerunt. Item ex eo, quia alij teſtes non ſunt omni exceptione maiores, ut ulterius defectus purgari poſſet, ergo &c̃. faciunt
30 not. per Philip. Decium in d. conſil. cxxxiĩj. col. iĩj. & ſeq. &c̃. Non obſtat ſextum argumentum, de eo, quod ſi ſingula adminicula ſimul iungantur &c̃. nam ad hoc ſuprà eſt reſponſum. Reſpõdendo quarto, quod in idem tendit, ut patet, nihil uenit addendum. Non obſtat ultimum, quod etiam ſi probationes dubiæ eſſent, cum tamen agatur de matrimonio, cuius cauſa eſt fauorabilis, ergo in dubio pro eo iudicandum &c̃. Reſpondemus, negando in primis quod ſimus in dubio, imò in claro, ex quo actrix ſuam intentionẽ nõ probauit. Nec obſtat, quod cauſa matrimonij ſit fauorabilis: non propterea debemus iniuſtitiã alteri facere. c. ex tenore. de for. cõpeten. c. nuper. de donat. inter uirũ &
40 ux. & ita in hac cauſa reſpondet Alex. in d. conſil. cliĩj. col. ij. & Philip. Decius in d. conſil. cxxxiĩj. ad fin. Imò etiam ſi dicta teſtium eſſent ambigua, nõ tamẽ ob hoc deberet fieri interpretatio pro eo, tanq̃ pro cau

fauorabili, ut uidemus in ſimili cauſa dotis, ut per gl. ſup uerb. dubiũ. cõmuniter in eo approbata, ad fin. in c. in præſentia. de probationib. Non obſtat quod ultimo loco dictũ eſt, de ſcandalo quod poſſet oriri. Nam cum luce meridiana clarior ueritas pro adoleſcente reo cõuento ſplendeſcat, ne illa occultetur, & ne ab ea recedatur, omne ſcandalum debet expectari. c. qui ſcandalizauerit. de regul. iur. imò ſuppliciũ tolerari debet. c. nemo peritorũ. xi. q. iĵ. Et maxime prędicta debet iudex in tueri, cuius nil magis propriũ eſt, cp̃ ueritatem inquirere, ut per Inno. Abb. & alios, in c. officiĵ. de pœnit. & remiſſ. facit tex. in c. iudicantem. xxx. q. v. & c. fin. viĵ. q. iĵ. cum ſimilib. & c̃. Et ex his omnibus in effectu in hanc ueriſsimã & iuri & æquitati conſentaneã reſidemus conclu ſionem, partes ipſius adoleſcentis eſſe æquiores, & partes iudicis ſapiẽtiſsimi pariter & iuſtiſsimi eſſe in abſoluendo eum à petitis & c̃. 10

Ita conſuluerunt inſignes aliquot Germaniæ Doctores.

Summaria Conſilij quarti.

1 Matrimonium per literas & epiſtolam contrahi poteſt.
2 Probatio impertinens & inconcludens, minime attendenda eſt.
3 Remotum à ueriſimili, imaginem habet falſitatis.
4 Non inſpicitur quod eſt poſsibile, ſed quod eſt ueriſimile.
5 Argumentum à ueriſimili eſt ualidum.
6.7 Comparatio literarum à quibus & qualiter fieri debeat.
8 In contrahendo matrimonio requiritur conſenſus continuus & ſimultaneus.
9 Non dicitur concurrere conſenſus ſimultaneus & mutuus, ſi non apparet de perſeuerantia primo conſentientis, licet ſecundo conſentiens ignoraret illum primo conſentientem non perſeuerare in ſuo conſenſu.
10 In cauſa matrimoniali requiruntur plenæ probationes.
11 Cauſa matrimonialis eſt grauis, in qua non ſufficiunt nec recipi debent quiuis teſtes, ſed ſolum idonei, & qui ſint omni exceptione maiores.
12 Teſtimonium ſingulare inualidum eſt.
13 Perſonæ mediatricis teſtimonium non recipitur, niſi concurrat utriuſcp̃ partis conſenſus.
14 Teſtis infamis, ut quia dedit operam lenocinio, reĵcitur.
15.25 Teſtis affectans non probat, ſed ut ſuſpectus repellitur.
16 Teſtimonium de auditu fragile eſt & caducum.
17 Parentes pro liberis, item ſorores pro fratribus, regulariter teſtificari nõ poſſunt.
18.19 In cauſa matrimoniali parentes uel ſorores in teſtes recipiuntur, data inter coniuges paritate, imò etiam data modica diſparitate.
20 In cauſa matrimoniali prędictæ perſonæ ita demũ recipi & admitti debent, quando in eis nõ cõcurrit alia qualitas per quã à teſtimonio repellantur, aliàs ſecus.
21 Ius ſingulare & exorbitans in conſequentiam nõ trahitur.
22 Exempla nõ reſtringunt regulam.
23 Alternatiuam in uno uerificari ſufficit.
24 Matris & ſororis teſtimoniũ, ſi cadant ſuſpiciones & affectiones, reĵcitur in cauſa matrimoniali.
26 Teſtes domeſtici, & qui continuam familiaritatem & conuerſationem habent, omnino à teſtimonio repellendi.

Teſtes

27 Teſtes eadem uerba formalia præmeditata deponentes reiſciuntur.
28 Teſtes in cauſa matrimoniali debent eſſe perſonæ honeſtæ, & talis qualitatis ut careant ſuſpicione peierandi, item & bonæ famæ & uitæ.
29 Hæc qualitas, nempe teſtes eſſe bonæ uitæ & ualde honeſtę, in cauſa matrimoniali deducenda & probanda eſt.
30.31 An uli tranſmiſsio an inducat ſubarrationem matrimonij.
32 An admittendi ſint teſtes minus idonei, quando ueritas aliter haberi non poteſt.
34.33 Quæ non proſunt ſingula, ſimul iuncta an & quando proſint & probent.

CONSILIVM QVARTVM, IN EADEM CAVSA MATR.

ATTINGAM hac in conſultatione neceſſaria tantum, & ea ſolũ quæ uerã prędentis cauſę deciſionem cõcernũt, reſecatis quãpluribus quę copioſius & diffuſius accumulari poſſent. Principale & potiſsimũ fundamentũ actricis eſt (ut ipſamet aſſerit) matrimoniũ de iure per literas & epiſtolam poſſe contrahi. Vlterius, quod et præſens aſſertũ matrimoniũ per literas et epiſtolam rei conuenti ad ipſam actricem tranſmiſſam, ſubſequuto ipſius conſenſu, uerè extitit contractum. Primũ minime inficiatur: nam iura clara ſunt et aperta, dictantia, per literas et epiſtolam poſſe contrahi. 1
10 l.iiij. & l. fin. ff. de ſponſal. l. mulierem. ff. de ritu nupt. tradit gl. in uerb. uxor. et ibi Doct. in c. nec illud. xxx. q. v. et gl. parua in c. honorantur. xxxij. q. ij. et gl. in uerb. internunciũ. in c. ex parte. la. ij. de conuerſio. coniug. et in c. ueniens. qui clerici uel uouen. cum concord. Secundũ penitus inficiatur. Negat enim ipſe reus conuentus, tales literas et epiſtolam tranſmiſiſſe: quo fit, ut intẽtio actricis nõ probata minimè ſubſiſtat, iuribus uulgaribus dictantibus, actore non probante &c̃. Quod ipſe reus tales literas & epiſtolã tranſmiſerit, minime probatũ apparet. Illa enim Eliſabetha aſſerta internuncia, non atteſtatur reum propriis manibus literas & hanc epiſtolam ei dediſſe: ſed ſolum dicit, famulum
20 ipſius rei aſſerentem, dñm ſuum reum conuentũ illam epiſtolam tranſmittere: quę autẽ eſſet, quidue contineret, uel à quo eſſet ſcripta, dictus famulus uerbum protulit nullum. Quæ probatio quantum ſit impertinens et incõcludens, omnibus apertiſsimè patet, cõſequenter minime attẽdenda, ut not. in l. in hoc. C. unde legit. et in c. in præſentia. de probat. et in terminis noſtris per Abb. per illum tex. in c. ueniens. in i. not. de ſponſal. Tum etiam quia ipſa Eliſabetha ſingularis & unica eſt: aſſerit etiam ſe neſcire legere: et quamplures alios patitur defectus, teſtimonium ipſius funditus reddentes inualidũ, inefficax, et nullius roboris et momenti, ut inferius ſuccinctè dicetur. Ad quod etiam, quoniã ipſe
30 reus ſemper negauit, et in prędenti negat, tales literas et epiſtolam tranſmiſiſſe et ſcripſiſſe: et cum aſſertæ literæ non appareant nec exhibeantur, profectò ſuper illis minime facienda eſt aliqua conſideratio, quum

non entis aliquæ partes considerabiles dari non possint. l. eius qui. in prin. ff. si cert. petat. Nec ualet excusatio actricis, in suis articulis asse rentis, tales literas retromisisse dicto reo: tum quia istud etiã in minimo non apparet probatum: tum etiã, quia causæ retromissionis dictarũ literarum adductæ per ipsam actricẽ in articulis, & per unã ex eius sororibus Margaretham, ex ipsarũ lectura apparẽt euidenter inanes, imaginariæ, fictitiæ, & non uerę: tum etiã, quoniã nulla iusta causa retromissionis potest colligi: quo fit, ut suspectę reddantur, ut in simili dicit tex. in l. fi. C. de fide instru. & pulchrè traditur in decisio. consil. Neap. ccc. xxx. Quidã Thomas. uers. in contrariũ. Tum postremo, quoniã quum substantia istius asserti matrimonij tota cõsisteret in dictis literis, uirtute quarũ ipsa actrix dicit se matrimoniũ cõtraxisse, & ulterius asserat illas penes se habuisse, nulla cadit uerisimilitudo, quod illas retromiserit reo, & quod uoluerit ipsam se priuare illis, in quibus solis consistebat
3 substantia: & quod est remotũ à uerosimili, imaginẽ habet falsitatis, ut dicit Bal. in l. i. col. iij. C. de serui. fugi. et opinio nõ consona ueritati, reijcienda est, ut tradit Cardi. Zabba. in Clemen. ne Romani. in prin. de electio. Et iudex nõ debet dare fidem ei, quod nõ est uerosimile, ut dicit Petr. de Anchar. consil. ccxvij. Si prędicta sententia. col. fi. Nec inspici-
4 tur, quod est possibile, sed quod est uerosimile, ut dicit Bal. in l. scripturæ. col. i. in fi. C. de fide instru. & in l. i. col. iij. C. de seru. fugit. & Abb. in c. quia uerosimile. de pręsumpt. in ultimo not. Vbi etiã per illum tex.
5 colligitur, argumentũ à uerosimili esse ualidum, prout etiam probatur in l. fin. ff. quod met. cau. et in l. nuptura. in fin. ff. de iure do. cum alijs accumulatis per moder. Bononiẽn. in repet. rub. C. de probat. col. xxi. & sequen. num. cviij. & quatuor sequent. Et quia assertæ literę non exhibentur per ipsam actricem (supradictis consideratis) infertur apertissimè, alia de causa istud nõ fieri, nisi quoniam non continebant illud quod actrix ipsa asserit: esto quod doctum esset de ipsarum transmissione, quod etiam utiq; negatur, ut dictum est. Insuper nec continentia assertarum literarum apparet probata. Nam si consideramus testimoniũ Gaspar is, nihil est, quum omnia dicat quę didicit ex relatione actricis, ut sunt iura uulgaria: prout etiam ipse affirmat, nõ uidisse reum scribẽtem nec transmittentem dictas literas, nec potest testificari quod ipse reus scripserit. Et quia uerbũ nullum asserit, assertã epistolam continuisse uerba matrimonialia, unde &c̃. Et ad hoc etiam tendit testimoniũ prædictæ Elisabethæ, quæ quum nesciat legere cõtenta in assertis literis, solum affirmat ex lectura et relatione actricis et sororum, quę necessariò non cõcludunt, & potuerũt esse nõ uera & fallacia. Minus etiam testimoniũ matris & sororũ duarum ipsius actricis probat conti nentiã dictarũ assertarũ literarũ. Nam mater, item Margaretha & Felicitas sorores, dicunt assertas literas fuisse scriptas per ipsum reũ, ex quo

illas

illas cognoſcunt per comparationē & ſimilitudinē literarū ad alias literas, per ipſum reum dictæ actrici tranſmiſſas, ſimiles literis prædictis: quę cōparatio à prędictis mulieribus facta nulla fuit, ex quo ab alijs debuit fieri, quibus ſpecialiter iſtud fuiſſet cōmiſſum, ut probat text. in l. 6
cōparationes. §. fi. C. de fide inſtru. & ibi not. Bar. in uerſ. oppono, dicitur. et uerſ. ſeq. Bal. & Salic. & Paul. de Caſt. ibi, col. pen. uerſ. Item nota. aſſerentes, quod ſi non fit comparatio ſecundū formā ibi traditam, nulla eſt. Prout etiā non eſt conſiderabilis in caſu prędenti, quoniam deficiunt extrema habilia ad cōparationē faciendam, quorū unum eſt,
10 ut adſit ſcriptura, ad quam fit cōparatio, ut per illum tex. tradunt Bart. 7
& omnes in d. l. comparationes. et in Authen. at ſi cōtractus. eod. tit. et probatur in Authen. de inſtru. cautel. & fide. ferè per totum, cum alijs adductis per Aret. conſil. lxiiij. et Alex. conſil. ccxxxix. Ponderatis his. col. ij. in ſecundo uol. et alibi pluries. et per Canoniſt. in c. ij. de fide inſtru. Sed quū hic nō adſit nec appareat ſcriptura, ad quam deberet fieri cōparatio, ut dictum fuit ſuperius, meritò de cōparatione non eſt diſceptandum, tum etiā quia non adſunt ſcripturæ ualidæ, & tales, ut à iure requiritur, ex quibus poſsit eſſe locus cōparationi, quum illæ ſcripturę ad quas mater & ſorores ſe referunt, & ex quibus uolunt capere cōpa-
20 rationem, nō ſint tales, nec habeant qualitates à iure requiſitas, de quibus in d. l. cōparationes. et in Authen. ad hęc. et in corpore unde ſumitur, cum concord. Et quia adhuc non eſt doctū, eſſe ſcriptas per ipſum reum aliquibus præſentibus, nec apparent ſubſcriptæ ab aliquibus, ut requiritur & tradunt Doct. per illa iura in d. l. cōparationes. et in Authen. at ſi contractus. eod. tit. maxime per Paul. de Caſt. in d. l. cōparationes. col. ij. poſt Bal. ibi, col. iiij. uerſ. ſed hic dubitatur. et col. ij. et in uerſ. ſequenti, et in iij. quæſt. & per Salic. col. iij. quæſt. iij. et per Alex. conſil. lxxvi. Ponderatis his. col. ij. et iij. uerſ. illud autē non eſt. et uerſ. poſito quod per cōparationē. col. iiij. in tertio uol. ubi adducit alias de-
30 ciſiones, ut etiam ipſe Alex. facit cōſil. cxiiij. nu. vi. & cōſil. ccx. Pater. nu. xx. in ſeptimo uol. & conſil. ccxxxix. col. ij. in ſexto uol. & per Socin. conſil. cclxxiiij. In cauſa. col. vi. & ſequent. in ſecūdo uol. & probatur in Authen. de fide inſtru. §. ſi quis igitur. ubi Bart. & Ang. notant. & in §. ſi tamen quiſquis. et in §. ſi quis. col. ij. uerſ. oportet. & per Abb. & alios in d. c. ij. col. ij. uerſ. poſtremo in hac materia. & pulchrè per Aret. in d. conſil. lxiiij. Diligenter & maturè. col. iij. & iiij. & in deciſio. conſil. Neap. clxxxi. In quodam proceſſu. col. ij. et per Alex. magis in terminis noſtris, in cōſil. cl. In cauſa. col. v. uerſ. deponit. in quinto uol.

Nec immeritò: quoniam aſſertæ literę potuerūt eſſe ſcriptę ab alijs,
40 et pro firmo aſſerere fuiſſe ſcriptas à reo, propter ſimilitudinē: illud, tanquam cōtinens fallaciā, à iure reprobatur, ut in Authen. de inſtru. cautel. & fide, in prin. & habetur in d. l. cōparationes, in prin. & per Aret.

d. consil. lxiiij. & diffuse prosequitur Philipp. Corn. consil. lviij. In hac consultatione. col. i. ij. & iij. in tertio uol. prout etiã facit Soci. in prealleg. consil. cclxxiiij. col. v. et col. vij. uers. quando uero. Eo magis, quia ipsa Margaretha capit cõparationẽ & similitudinẽ solum per alias literas cõsimiles, prout etiã capiũt mater et Felicitas soror, propter tres literas appositas in fine literarũ: quæ assertio causæ est penitus & inconcludens, et adeò inefficax et inualida, quod si prędictæ omnes mulieres deponerẽt et dicerẽt se cognoscere dictas literas esse scriptas manu dicti rei conuenti, ex quo habent notam ipsius manũ & scripturã, et pluries uiderũt eum scribere, et quod ita tenent pro firmo, adhuc tamen talis depositio est incõcludens, nec inducens probationẽ identitatis scripturæ, ex quo de facili ipsi testes possent decipi similitudine literarũ, ut dictũ est. ita firmat Aret. allegando iura et rationes in præalleg. consil. lxiiij. col. iij. uers. et primo qa. et uers. hoc cõfirmat. et uers. seq. et uers. primo quia. et in terminis nostris istud firmat Alex. præalleg. consil. cl. col. v. uers. deponit. in quinto uol. & consil. cxxi. discussis. col. iij. uers. sed testes non deponunt. in primo uol. col. ij. uers. constat autem. et cõsil. cx. Viso proces. col. ij. uers. bene possunt decipi. in quarto uol. ubi ad id allegat Bar. hoc uolentẽ post gl. ibi in d. Authent. at si cõtractus. col. ij. uers. oppono, dicitur hic. et Alex. præalleg. consil. ccxxxix. num. vi. in sexto uol. et Soci. d. consil. cclxxiiij. col. vij. uers. sed ad præmissa respondetur. et est decisio præalleg. consil. Neap. clxxxi. in fin. ubi ita fuit iudicatũ, talem scripturã priuatam nullam inducere probationem, etiam si appareret, & de ea constaret, esto quod testes dicant quod eam cognoscunt, et habent notam manũ illius, & quod eis uidetur quod sit scripta per eum. Quanto ergo fortius in casu nostro, in quo dicti testes ista non asserunt, sed solum considerant similitudinem fallacem et deceptiuam, et asserta epistola non apparet nec extat. Ex quibus infertur necessariò, hucusq; non esse probatũ de assertis literis et epistola, ut dicitur, transmissa per reũ conuentũ dictæ actrici: qua probatione cessante, non uideo quod modo aliquo in præsenti causa possit obtinere.

Confirmãtur ista ex his quæ tradit Specul. in tit. de sponsal. in prin. col. ij. uers. tenent ergo tunc matri. ubi uult, matrimoniũ contrahi per uerba de præsenti, exprimentia mutuũ cõsensum, ita quod responsio
8 mulieris sequatur statim & incontinenti: ex quo requiritur actus continuus et simultaneus. c. tuæ. et c. inter. de sponsal. innuens, quod si per interuallum subsequutus est consensus, non dicitur legitimè contrahi. Et hoc idem post Bonagui. sequi uidetur Ioan. And. in d. c. si inter. in prin. uolens, quod debent contrahentes sibi inuicem respondere, antequam ad alia diuertant. & sequit ibi Collectar. in princ. & D. Præpos. in iij. not. affirmans, quod dato interuallo, in dubio, ille qui primo cõsensit, præsumitur pœnituisse, nisi probetur perseuerãtia. et clarius D.

Ant.

Ant.de But.ibi,in uerſ. quero primo. dicens, quod primo conſentiens creditur conſentire,ſi aliter cõſentiat incõtinenti. Ergo ſecus,ſi ex interuallo.& ita firmat Bal.in c.cum conſuetudinis.col.ij. in fin. uerſ. pone exemplũ.extra de conſuetud.expreſſe uolens, quod ſi puella reſpondit ex interuallo,talis reſponſio non inducit matrimoniũ. & hoc idem uoluit Abb.in c.dilectus.de ſponſal.in fin.ubi aſſerit,tutius & uerius eſſe quod conſenſus præſtetur ſimul, & nõ per interuallũ: allegando deciſiones,ut per eum.quem refert Ioan.Crotus in rub.ff.de uerb.oblig.in prima lectura. nu. xiij.& Alex.idem ſentit conſil. cliij. Viſo themate. col.penul.uerſ.&poſito.in quinto uol.& bene faciunt quæ tradit poſt alios laſ.in l.ait prætor.aliàs in l.non erit.§.fi.ff.de iureiur.col.ij. in fin. uolens,in materia ſpirituali,ut eſt preſens matrimonialis,actum debere fieri incontinenti, quia aliàs non præſumitur perſeuerantia uoluntatis. Et licet Hoſtien.in d.c.ſi inter.dicat conſenſum unius & alterius poſſe præſtari ſeparatis diebus,ut dicebat Archid.in c.ſufficit.xxvij. quæſt. ij.& potiſſimũ quando cõtrahitur per procuratorẽ,nunciũ,uel epiſtolam, & recipiens illam incontinenti præſtitit conſenſum, illum notificando mittenti literas,ſeu alteri,ut traditur in c.fin.per Archid.de procura.lib.vi.col.i.in fin.ibi,&dixerunt quidam.&Ioan.And.ibi in Nouella,col.ij.in fin.& Gemi.ibidem,in §.ſanè.col.i.in fin.& Archid.ibidem in fin.& Philip.Franc.ibi.col.ij.uerſ.in gl.in uerb.cõtraxit.& per Summã Angel.in uerb.matrimo.ij.uerſ.utrũ per literas.uerſ.xx.&per Alex.conſil.cxlvi.In cauſa & lite.col.iiij.uerſ. quia reſpondeo. nu. xxi. in quinto uol.& tradit etiam Gemi. in c.fin.col.ij. de litis conteſta.lib. vi.& Præpoſ.in d.c.ſi inter.col.ij.uerſ.& pro pleniori intelligentia. & in d.c.dilectus.col.pen.uerſ.Panor.& ibi Henr.Boich.col.ij.ſequitur & Abb.in c.cum inter canonicos.col.ij.nu.vi.de electio.&Ioan.And. in d.c.dilectus.in fin. & Ioan.Crotus in l.i.§.i.in ij.lectura.in fin.ff. de uerb.oblig.& laſ.in l.ſi ſtipuler.§.fin.uerſ.adde, quod idem eſt.nu.iij. eo.tit.de uerb.obli.et ibi Alex.nu.v.dicit hãc eſſe cõmunẽ opinionẽ.et Card.Floren.in d.c. ſi inter.uerſ. quæro primo. cum alijs concord. in quibus cõcluditur, matrimoniũ eſſe ualidum, licet interuallo cõſenſus alterius illud contrahentis ſit præſtitus,iuribus & rationibus ibidẽ per nos alleg. Tamen procedunt iſta,quando ille qui primo conſenſit,perſeuerauerit in illo ſuo conſenſu,uſq; ad illud tempus,quo ſecundus cõſenſum ſuum præſtitit:ſi autem nõ perſeueraſſet,tunc ſecundo conſentiens non contrahit legitimè,ex quo eo tempore deficit conſenſus illius qui primo conſenſit: & ſic nõ dicitur cõcurrere conſenſus ſimultaneus & mutuus,ſi nõ apparet de perſeuerãtia primo cõſentientis, licet ſecundo conſentiens ignoraret illum primo conſentientem non perſeuerare in ſuo cõſenſu.ita text. formalis diſponit,in c.fi.de procura.li.vi.& ibi. Doct.oẽs iſtud firmant,prout expreſſe iſtud tradit Innoc.in c.iuuenis.

uerſ.item poſt.nu.vij.de ſponſa.quem refert &ſequit̃ Bal.in l. ſufficit. ff.de ſponſal.in prin.&Raph.Fulgo.ibi dicit,iſtud eſſe ueriſsimũ,eſto quod gl.de hoc ibi dubitauerit. & hoc idẽ tenet gl. in uerb.alieno.in c. ſuper eo.de condi.oppo. & Ioan.And.in præalleg.c. dilectus.in fi.ibi, Et alterius conſenſus cõtinuatur uſq; ad ſuũ cõſenſum.& ſequit̃ Henr. Boich ibidẽ, col.ij.uerſ.quia hoc uerũ.& Ant.de But.uerſ.quæro primo. ubi uult hoc maximè procedere, quando unus ipſorum negat. & Abb.ibi firmat in illis uerbis,Et duret in propoſito ſuo.& apertius idẽ Abb.in c.cum inter canonicos.col.ij.nu. vi. de elect. ibi, quia perſeuerando &c̃. et Card.in d.c.ſi inter.uerſ.tu dic.apertè iſtud firmat,prout facit Summa Angel.in loco & uerſ.ſuprà alleg.ibi, Vnũ,q̃d mittẽs perſeueret̃ &c̃.ubi loquitur, quando miſſæ ſunt literæ ſeu epiſtolæ, quod talis mittens debeat perſeuerare:prout apertiſsimè firmat Alex.in prę-alleg.ſuo conſil.cxlvi.col.iiij.& v.uerſ. pręterea illa ſpecialis.in quinto uol.& gl.apertiſsima prima in uerſ.ſed quid dices.in pręalleg.c. nec illud.xxx.q.ij.quam ſequũtur ibi Archid.&alij ſcribẽtes,apertè dicens, quando matrimoniũ contrahitur per literas,illum eas mittentem debere perſeuerare uſq; ad tempus quo ille ad quem tranſmittuntur conſentiat.& hanc gl.allegat & ſequitur Felin.in ca.ex parte decani.col.iiij.in fin.nu.xvi. de reſcript. & hoc idem firmat Lapus allegat. lvij. Viſis & perlectis.col.iij.uerſ.unde non conſtat.& laſ.in d.l.ſi ſtipuler.§.fi.nu. iij.ibi,dũmodo perſeuerent &c̃.& apertè hoc idem firmat D.Præpoſ. in d.c.ſi inter.col.ij.uerſ.dum tamen prius.At in caſu præſenti,nedum doctum & non apparet de perſeuerantia rei conuenti, quinimò nec de aliquo primęuo ſuo conſenſu, quũ ſemper negauerit & neget, nedum non perſeueraſſe, quinimò ullo unq̃ tempore minimè cõſenſiſſe ſuum cõſenſum cõtinuũ, ut ſuperius pleniſsimè fuit diſcuſſum. Meritò ergo abſoluendus uenit,quũ actrix ſuam intentionem & ſubſtantialia ad ſui uictoriam nõ probauerit. Nec dictæ Eliſabethæ teſtificanti de perſeuerantia eſt aliqua adhibẽda fides,cauſis quibus ſuprà, & ſtatim dicetur.

10 Accedat qualitas ipſius cauſæ matrimonialis,in qua exiguntur plenæ probationes,ut dicit gl.prima in c.mulieri. de iureiurand. & Bald. conſil.cxcvi.In hac cauſa.in tertio uol.& Feli.in c.illud.col. fi. de præſumpt.iunctis traditis per gl.præalleg.& per Bal.in l.bonę fidei.col.i. in fin.C.de reb.cred.& per Alex.conſil.cxliij.Quoniã abunde. col. ij. in prin.in ſecundo uol. Eſt enim cauſa grauis, in qua nõ ſufficiunt nec
11 recipi debẽt omnes teſtes,ſed ſolum idonei,& qui ſunt omni exceptione maiores,ut tradit gl.& Doct.in c.i.de conſangui.& affinit.&Alex. cõſil.præalleg.cxlvi.col.penult.in quinto uol.& Barba.cõſil.xlv. col. i.& conſil.liij.col.iij.in primo uol.& Felin.in c.i.col.ij.uerſ.ſuper gl.ut lite nõ conteſt.& in rub.de ſponſal.col.penult.& per Philip.Decium conſil.clxiij.In cauſa.col.iiij.& conſil.cccx,Viſis.in prin.cum cõcord.

Teſtes

Teſtes autē per actricem producti, nedum ſunt tales ut à iure requiri
tur, quinimò penitus inhabiles, & tales, quibus fides aliqua miníme eſt
adhibenda: eo etiam accedēte, quod in teſtimonijs ipſorū mínimè con
cludant, & plurimos patiātur defectus. Et ut exordiamur à dicta Eli
ſabetha, apertiſsimè apparet eam deponentē de tranſmiſsione epiſtolę
& anuli, de perſeuerantia ipſius rei, nō probare concludenter, ut dictū
fuit ſuperius. Item dictum & teſtimoniū eius eſt ſingulare, cōſequen 12
ter inualidū. c. bonæ. el i. de electio. c. licet cauſam. c. in omni. c. cum à
nobis. c. licet uniuerſæ. c. licet ex quadā. de teſtib. l. iuriſiurand. l. teſtiū.
C. eo. l. ubi numerus. ff. eo. cum infinitis cōcord. quæ ad id poſſent ad-
duci. & in terminis noſtris tradit Alex. conſil. cliij. Viſis. col. penult. &
conſil. cliiij. Viſo themate. col. ij. in quinto uol. & Philip. Decius cōſil.
cxxxiij. & d. conſil. cccx. col. fi. Prout et repellit, quoniā aſſerit ſe fuiſſe 13
mediatricem & internunciam. Et ut recipiatur, nō concurrit conſenſus
utriuſq; partis, ut traditur cōmuniter per ſcribētes in c. mediatores. de
teſtib. lib. vi. poſt gl. & in c. Roman. & per Doct. in c. dilectorū. de te-
ſtib. cogen. cum aliįs adductis in conſil. proximè præcedenti, in prę ſenti cauſa in fauorem ipſius rei abſoluto. & per Ioan. Crotū in tract. de
teſtib. fol. x. nu. clxxvi. Prout etiam, quoniā non caret infamia, quū 14
operam uideatur dediſſe lenocinio, & nomen leue fuit aſſequuta. arg.
eorū quę habentur in l. palàm. §. lenociniū. de ritu nup. & in l. athletas.
§. lenociniū. ff. de his qui not. infa. iunctis his quæ habentur in l. ſed &
quæſtionis. §. fin. & l. ſequent. ff. de iureiurand. & per Decium conſil.
cxxxiij. col. iij. uerſ. accedit quod iſta. & per Alex. conſil. cl. col. iij. nu.
xij. in quinto uol. Nec circa hoc ualet ſua excuſatio, feciſſe prędicta cau
ſa matrimonij contrahendi: nam friuola eſt, & penitus remota à cōmu
niter accidentibus, & quoniā (ut experientia nos docet) per huiuſmo-
di coloratas & fictitias cauſas attētatur pudicitia uirginū. Ad quod etiā,
quoniā ipſa ualde affectat hoc matrimoniū ſortiri effectū, tum propter 15
ſui honorē & excuſationē, tū propter cōmodū quod ſperat habere, ut
per Abb. in c. ſup eo. de teſti. & per Alex. cōſil. cl. col. ij. in fi. & ſtatim di
cetur. Tum etiā quia pauperrima eſt, ut in l. iij. in prin. ff. de teſti. & tra-
dit Hoſti. in Summa, de teſti. §. ij. & Alex. conſil. xv. Viſo. in tertio uol.
& Aret. conſil. xiij. col. ix. & Socin. conſil. xvij. col. ult. in primo uol. &
Philip. Decius d. conſil. cxxxiij. col. iij. & cōſil. cccx. col. fi. cum aliįs ad-
ductis in prędicto conſil. prędecedenti. Ad quod etiam, quoniā non caret
ſuſpicione falſitatis, quū per eademmet præmeditata & formalia uerba
in aliquibus deponat, ſicuti deponunt mater & ſorores actricis, ut infe-
rius dicam. Prout etiā, quoniā de tenore literarū, quū ipſa neſciat le-
gere, deponit ſolum ex relatione, lectura & auditu actricis & ſororum:
quod teſtimonium fragile eſt & caducum. c. tam literis. c. præterea. ubi 16
Doct. de teſtib. extra. l. teſtiū. C. eod. l. ſi arbiter. ff. de probat. cum aliįs

adductis per Feli. in d. c. tam literis. col. fi. & per Alex. consil. cl. col. vi. uers. dña d. in quinto uol. & alibi pluries. & per Philip. Corneū. consil. cvi. Videtur. col. iij. uers. nec obstat. in primo uol. & Socin. consil. ccv. Difficultas. in fi. in secundo uol. cum simil. Circa testimoniū matris
17 & sororū ipsius actricis, esto quod parentes regulariter nō admittātur, l. parentes. c. de testi. attenta natura causę grauis, & similis causis criminalibus: et idem de sororibus erit iudiciū. c. similiter. iij. q. v. & per Bar. in l. qui testamento. §. quicunq;. ff. de testa. & per gl. & Doct. in c. non debet. de consangui. & affinit. cum alijs plenè accumulatis in d. consil.
18 prędecedenti: tamen in causa matrimoniali tales personæ recipi possunt, quando inter coniuges datur paritas, ut habetur in c. super eo. la ij. de testib. & ibi omnes ferè Doct. istud sequuntur, prout etiā faciunt post gl. in c. uidetur. qui matr. accusa. poss. & tradit Hosti. in Sūma, de testi. in §. ij. uers. ubi autē. & uers. quinto, sed personæ. & per Alex. cōsil. cli. col. ult. in quinto uol. & Aret. consil. xiij. col. vi. cum simil. Et idem
19 etiam erit si daretur modica disparitas, ut firmat Abb. post gl. & alios d. c. super eo. & Aret. d. consil. xiij. col. v. uers. his præmissis. Et etiam data disparitate, adhuc tale testimoniū non erit suspectū, quando militant aliæ circunstantiæ, utputa, quia iuuenis per plures annos uirginē dilexit, & in eam deperibat, quam aliter habere nō potuisset, nisi in uxo
20 rem eam duceret, ut dicit Hosti. relatus ab Abb. in d. c. super eo. super gl. i. & sequitur ibi Feli. col. fin. & Imol. & Henr. Boich in d. c. uidetur. uers. item quod dicit. post alios Doct. per eū citatos. & tradit Alex. cōsil. cl. col. iij. uers. & licet. in quinto uol. In hoc aduertendum est, quo-
20 niam tales personæ in causa matrimoniali tunc demū recipi & admitti debent, quando in eis nō cōcurrit alia qualitas, per quam à testimonio reijciantur: si enim qualitas alia cōcurreret ultra consanguinitatē, tunc erimus in regula cōmuni, de qua in d. l. parentes. cum cōcord. Ex quo concurreret duplex impedimentū, quod est fortius, ut punctaliter tradit Felin. ad id allegans decisiones in d. c. super eo. col. penult. uers. sed cum prima opinione. Et suadetur, quoniā si fauore matrimonij contra cōmunes regulas fuit inductū, quod consanguinei admittantur: quando est solum impedimentū consanguinitatis, & concurrit paritas, certè
21 non debemus hoc ius singulare & exorbitans trahere ad alios casus, et in illis corrigere ius cōmune. l. ius singulare. ff. de legib. l. præcipimus. cū uulgaribus. C. de appell. Et hoc apertè firmant Doct. omnes in d. c. super eo. dum tex. ille cōsiderat disparitatē in altero illorū quatuor casuū: qua data, testimoniū matris & cōsanguineorū ruit, quoniā propter unā ex illis qualitatibus in istis personis deponētibus cadit affectio, qua data, testimoniū redditur suspectū & inualidum. Et text. ille causa exem-
22 pli ponit illos quatuor casus, quæ exempla nō habent restringere alios consimiles per quos induceretur affectio, uel alia qualitas, reddens testi

monium

monium ſuſpectū. uulg. §. hactenus. Inſtit. de gradibus. et l. damni infecti ſtipulatio. ff. de damno infecto. & tradit Socin. d. conſil. xvij. col. iiij. in primo uol. & Philip. Dec. d. cōſil. cccx. col. i. Eo etiā accedente, quoniā tex. ille ponens dicta exempla loquitur alternatiuè, quo fit ut ſatis ſit quod in uno uerificetur regula in alternatiuis. de regul. iur. lib. vi. 23
cum uulg. & tradit Specul. in tit. de teſtib. §. i. uerſ. ſed nunquid. & Decius ut ſuprà, & Feli. poſt alios in d. c. ij. in ij. not. & Henr. Boich in d. c. uidetur. uerſ. et Hoſtieñ. Quod modo in matre & ſororibus cadant
ſuſpiciones & affectiones, per quas à teſtimonio repellantur, & redda- 24
10 tur teſtimoniū ipſarū inualidum, ut ſentit Abb. & omnes in d. c. ſuper eo. & Hoſtieñ. in ſumma, relatus ab Abb. in d. c. ſuper eo. nu. viij. in fi. col. ij. uerſ. an autē idem. & Aret. d. conſil. xiij. col. vi. uerſ. his præmiſſis. et col. penult. uerſ. uel poſſumus dicere. et Ant. de But. in d. c. uidetur. et Alex. conſil. cliij. Viſis. col. v. in prin. in quinto uol. et per Deciū d. conſil. cccx. nu. ij. ſatis ſuadetur et oſtenditur, quū ipſa actrix, mater et ſorores, euocauerint in ius dictū reum abſentē, et contra ipſum dedu xerint cauſas imaginatas et non ueras, de quibus in ipſo proceſſu.
Prout etiam et fortius, quoniā non carent ſiniſtra ſuſpicione, ſi tale matrimoniū ad effectum nō perduceretur, quū palàm habeatur, et omnes
20 ipſæ fateantur, actricem captā eſſe amore rei conuenti, et ad ipſum pluries tranſmiſiſſe internunciā, literas, anulum, ſertum, et chordulam, matre et ſorore ſciētibus, permittētibus, et ſuadentibus iſta fieri: quę quantum conueniant uirgini et pudicis matronis, quiſq; ſuo arbitrio poterit comprehendere. Nec in hoc mater et ſorores carent culpa: & uolentes ſeipſas ab illa exonerare, finxerunt habuiſſe literas de matrimonio contrahēdo, quas reus penitus inficiatur, per quam negociationē mater et ſorores iam affectæ ſunt iniuria, ultra ipſam actricē, cuius conditio ex prędictis in nubendo reddita eſt durior et deterior: quo fit, ut omnino appetant et affectent, matrimoniū tale debere contrahi et effectum ſor
30 tiri: conſequenter ipſorū teſtimoniū erit ſuſpectū et inualidum, deciſio- 25
nibus quibus ſuprà, iunctis traditis per Bart. et alios in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. et per Bald. in l. i. in v. not. C. de rapt. uirginum. et Alex. conſil. cliij. Viſo. col. ij. uerſ. præterea. in quinto uol. et per Philip. Decium conſil. cxxxij. et cōſil. cccx. et ſentit Aret. d. cōſil. xiij. col. vij. uerſ. et etiam redundaret. et per ea quæ tradit Bar. in l. deferre. ff. de iure fiſc. et per Ant. de But. in c. cum oporteat. de accuſa. cum ſimilib. Prout
etiam, quoniā mater, ſorores et actrix inſimul habitant et uiuūt, dome- 26
ſticitatem, familiaritatē et continuā conuerſationē habent, et ideo omnino à teſtimonio repellendę, ut cōmuniter tradunt omnes in l. ij. C. de
40 teſtib. et in l. ij. et penul. eod. et cōmuniter doct. canoniſt. per illum tex. in c. in literis. extra de teſti. et per Abb. in terminis noſtris, in d. c. ſuper eo. in ij. notab. in fin. et per D. Ant. & Ananiam in c. cum oporteat. de

accuſ. & per Alber. in tract. de teſti. in c. quando. teſtes repellunt ratione domeſticitatis & familiaritatis. & ponit Aret. d. cõſil. xiij. col. penul. et Soci. d. cõſil. xvij. col. i. & ſequent. in primo uol. & Decius prælleg. conſil. cxxxiij. col. ij. in fin. & col. iij. uerſ. præterea etiã. et d. conſil. cccx. & Petr. de Anchar. conſil. ccxlvij. In cauſa agitata. col. ij. Prout etiã
27 teſtimoniũ prædictarũ redditur ſuſpectiſsimũ, quia per eadẽmet uerba formalia præmeditata omnes deponũt: conſequenter ſunt in euidentiſsima repulſione. per tex. in l. iij. §. i. ibi, unũ eundem præmeditatũ ſermonem attulerint. ff. de teſtib. & Doct. ibi iſtud firmant. et tradit Bal. conſil. cxxi. Quis melius. in ſecũdo uol. et Philip. Decius conſil. cccx. col. penul. uerſ. primus eſt Bar. ubi allegat alias deciſiones. et per Alex. conſil. liij. Viſis. col. iiij. uerſ. nõ caret. in quinto uol. & per Philip. Corne. conſil. lxiij. col. ij. uerſ. imò ſi dicent. in primo uol. Eo magis, quũ à tẽpore quo aſſerũt ſe legiſſe tales literas, uſq; ad tempus quo depoſuerunt, decurſum ſit ferè bienniũ: nec uero ſimile eſt quod ita tenaciter memoria retinuiſſent talia uerba formalia per tantũ temporis, quũ literæ præ manibus non haberentur, ut ipſæmet teſtantur. Accedat etiam,
28 quoniã ut tales perſonæ in cauſa matrimoniali poſsint eſſe teſtes, neceſſe eſt quod ſint perſonæ honeſtæ, & talis qualitatis propter quod careãt ſuſpicione peierandi, et quod ſint bonæ famæ & uitæ, ut tradit Hoſti. & Abb. in d. c. ſuper eo. in ij. not. et col. ij. uerſ. et gl. iſtã. nu. viij. et Henr. Boich in d. c. uidetur. uerſ. requiritũ quod parentes. Et ideo etiã, data paritate, teſtimoniũ ipſarũ in totũ remittetur arbitrio iudicis, ut dicunt Hoſtien. in d. c. ſuper eo. et Abb. ibi. col. ij. nu. viij. uerſ. hinc dixit. allegantes iura et Specul. ut per eos. & Feli. ibi. col. fin. uerſ. et de alijs. et ſequitur Henr. Boich in d. c. uidetur. uerſ. ergo quo ad totũ. et Aret. in d. conſil. xiij. col. vij. uerſ. nam etiam. & Alex. in d. cõſil. cliij. et cõſil. cliiij.
29 in prin. Et huiuſmodi qualitas, quod ſint bonæ uitæ & ualde honeſtæ, deducenda et probanda eſt, ut tradit Alex. conſil. cliiij. Viſo. col. ij. uerſ. nec prædictis obſtat. in quinto uol. et corroborat ex dictis Bar. & Angel. in l. i. §. ſi quis neget. col. fin. ff. quemad. teſtam. aper. et in terminis noſtris firmat Alex. conſil. cl. In cauſa. col. iij. in fin. uerſ. et licet Ant. de But. in quinto uol. Poſtremo teſtimoniũ prædictarũ nõ debet eſſe in conſideratione, quoniã non deponũt concludenter de ueritate literarũ et epiſtolæ, quod uerè fuerit tranſmiſſa per reum, ſed ſolum ex relatione Eliſabethæ internunciæ: quod teſtimoniũ nullum eſt, ut fuit dictum. eo etiã accedente, quoniã atteſtatio ipſarũ non probat aſſertas literas fuiſſe ſcriptas per ipſum reum, nec ipſum perſeueraſſe, ut diffuſe dictũ fuit ſuperius: et pro ueritate nõ poſſum cõſiderare quod teſtimoniũ prædictarũ etiã in minimo habeat nocere ipſi reo cõuento, ut etiam deducitur in d. cõſil. præcedente. In quo etiã oſtenditur, alios teſtes per actricem productos nõ nocere nec obeſſe dicto reo, ſed potius illorum depoſitio-

depoſitiones tradere in ipſius fauorem et excuſationē. Et calores & amores iuueniles non habent inducere probationē matrimonij, ut ibidem dicitur: et quia minime probatū apparet, reum conuentū in ipſam actricem deperijſſe, potiſsimū conſideratis actibus ſequentibus, et continua denegatione ipſius, per quos declaratur uoluntas prędecēs. l. qui adulteri. C. de adult. cū alijs alleg. per Deciū in cōſil. nouiter impreſſo. xix. nu. xij. Nec in caſu præſenti poteſt eſſe in conſideratione tranſ- 30
miſsio anuli, ita ut inducta fuerit ſubarratio, iuxta gl. in c. fi. de deſponſa. impub. & in c. tenor. de re iudic. & iuxta ea quæ habentur in c. noſtra
10 tes. et in c. fœminæ. xxx. q. v. & per Summā Angelicā in uerb. ſponſa. in §. vij. et per moder. in tract. de matrimo. in prin. uerſ. ulterius quęro. quoniā minime probatū apparet de tranſmiſsione anuli uel effectu de quo agit̄: nā illa ſola internūcia minime probat, ut dictū fuit ſuperius. Prędterea tunc demū ſubarratio per immiſſionē anuli operatur talem ef- 31
fectum, quando ſecundū conſuetudinē talis ſubarratio appellatur matrimoniū, per quā inducitur cōſenſus utriuſq;, ut traditur per gl. Abb. & alios in d. c. tenor. et diffuſius per Abb. & Præpoſ. in c. fi. de deſponſa. impub. et per Abb. et alios in c. illud. de præſumpt. col. penult. et fi. et per D. Præpoſ. in rub. de ſponſal. col. vi. et diffuſe per Barba. conſil.
20 vi. ſcriptum eſt, col. vi. et ſequen. in primo uol. & per Lapum alleg. lvij. Viſis. et Aret. d. cōſil. xiij. col. iij. uerſ. circa ſecundū. quibus in locis cōcluditur, quod per immiſſionē anuli factam à præſente præſenti, inducitur illa prędſumptio matrimonij, quādo prędceſsit aliquis tractatus, aliàs ſecus, ut concordando opiniones dicit Lapus in d. alleg. lvij. col. fin. quando autē non præcederet tractatus, tunc nulla inducitur præſumptio, ſed ſolum præſumitur facta quędam donatio, quę non poteſt dici ſubarratio, nec inducit probationē contracti matrimonij. arg. l. quod ſponſę. ff. de donat. ante nupt. & in c. i. ubi notatur. de eo qui contrax. matrimo. contra interd. eccleſ. & per Doct. in c. ijs qui. de ſponſa. & per
30 Alex. conſil. cliij. in fin. in quinto uol. & expreſſe hoc tradit Ant. in d. c. fin. et Abb. in d. c. illud. col. penult. uerſ. quandoq; nihil probat. quē ſequitur Feli. ibi col. fi. dicēs quod perfecte Abb. loquitur. Quanto ergo magis, quādo anulus fuit miſſus per abſentem abſenti, cuius etiam delatio inducit ſignū æquiuocū, ut per Abb. & omnes in d. c. illud. in fin. et per Aret. d. cōſil. xiij. & Alex. d. cōſil. cliij. in fi. & cōſil. cl. col. vi. uerſ. item ſuper decimo. in v. uolu. Nec iſtis habet obſtare, ſi allegaretur, quod prędicti actrix & reus nominauerūt ſe cōiuges, & ita confeſsi fuerunt. Item quod de hoc matrimonio eſt fama & uox publica, & quod in dubio iudicandū eſt pro matrimonio, quū ſit fauorabile: nam iſta o-
40 mnia & ſingula in prędſenti cauſa nō ſunt in aliqua cōſideratione, et per fectę euacuantur in d. conſil. prędcedente. In quo etiam euacuatur illa alia obiectio, in qua poſſet dici, q̄d defectus teſtimonij matris et ſororū

actricis, et illius Eliſabethæ, poteſt ſuppleri per alios teſtes, ex quo uerè non adſunt aliꝫ teſtes qui ad cauſam faciant, ut plenius in. d. conſil.

In quo inſuper penitus & funditus tollitur alia obiectio, et cõcludenter, quæ ex parte actricis poſſet fieri: dicendo, quod teſtimoniũ illarum
32 mulierum deberet admitti, ex quo ueritas aliàs haberi nõ poſſet. Nam iſtud eſt falſum, quũ de ſui natura, & etiã à cõmuniter accidentibus, talis actus poſſit per alios probari. Nec culpa dicit̃ carere ipſa actrix, quæ potuit alios habiles adhibere, et negociũ iſtud honorificè et ſecundum ueritatẽ tractare, et per perſonas ad id cõuenientes, ut plenius in d. conſilio. ad quæ faciũt deducta per laſ. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fid. catho. in fin. et per Ioan. Crotũ in tract. de teſtib. fol. v. nu. lxxi. et xvi. & per moder. Bononien̄. in ſingulari xxiiij. & per Felin. in c. tertio loco. de probat. col. iij. Poſtremo minus obſtabit ſi dicatur, q̃d licet ſingulę probationes per actricẽ productę, ut unaquęq; de per ſe conſiderata, non inducant talem probationẽ, tamẽ omnia ſimul iuncta
33 debent illam inducere, iuxta iſtud, ut quę nõ proſunt ſingula, tamen ſimul iuncta debẽt prodeſſe et probare. c. cũ cauſam. et ibi gl. allegãs cõcord. extra de probat. et per ſcribẽtes ibi, et eſt gl. et ibi ſcribẽtes notant in l. inſtrumẽta. C. de probat. et tangit Bar. et aliꝫ in l. admonendi. ff. de iureiurand. et Alex. d. conſil. cl. col. penult. cum ſimil. in quinto uol. alle
34 gatis per Doct. in c. ueniens. el i. extra de teſti. nam procederet obiectio quando unaquęq; ſemiplena probatio, et unũquodq; ſingulare, de per ſe eſſet in ſua ſpecie perfectum: ſecus aũt erit, quãdo unũquodq; de per ſe eſt imperfectum, tunc enim nõ iunguntur, nec ſimul iuncta probãt. nec iſto caſu procedit regula ſuperius allegata, uidelicet, ſi non proſunt ſingula &c̃. ita expreſſe tradit Bal. quem ſequuntur ibi ſcribentes, in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. i. ff. de eden. et in l. ſpadonẽ. §. iiij. ff. de excuſ. tuto. & ita tenent Ant. & aliꝫ in c. licet. de teſtib. & in d. c. ueniens. et ibi Feli. & Alex. hoc idem ſequitur d. conſil. ſuo. cl. in fin. & conſil. ſequent. & in aliꝫs conſiliꝫs quę adducũt moder. Bononien̄. in l. unius. §. teſtes. col. iij. ff. de quæſt. & hoc firmat laſ. allegando plures alias deciſiones, in d. l. admonendi. c. xxiiij. col. i. uerſ. iſtam concluſionẽ notabilius limita. dicens, quod unaquæq; ſemiplena probatio debet de per ſe eſſe perfecta, quoniã duo imperfecta nõ poſſunt iungi, nec facere unũ perfectũ. nec iſto caſu habet locum regula prædicta, ut quæ non proſunt &c̃.

Quibus omnibus cõſideratis, infertur neceſſaria & iuridica cõcluſio, ipſum reum debere abſolui, non obſtante ſententia contra ipſum lata.

Vt ſuprà cõcluſum eſt, dico & conſulo iuris eſſe, ego Petrus Paulus Pariſius V. I. D. Bononiæ iura ciuilia ordinariè legens, ſaluo tamẽ ſemper in omnibus &c̃.

Stantibus narratis eo modo quo præſupponũtur per dñm conſulentem, quia ego nõ uidi proceſſum nec dicta teſtiũ, dico non eſſe probatum

batum matrimoniū. Nō per literas, quia nō adfuerunt requiſitę, de quibus in l. cōparationes. C. de fid. inſtru. cum ibi not. Nō per teſtes, quia uel ſingulares uel ſuſpecti, uel non deponūt cōcludenter. Item ratione affectionis, iuxta deciſionē dñorum de Rota, deciſ. xi. in tit. de teſtib. in antiquis. Nec dicatur, admitti affines, matrē & ſorores, in ſubſidiū, iuxta l. conſenſu. C. de repud. & in c. ueniens. el ij. de teſtib. quia illa iura procedunt, quando ex natura ipſius facti, in actu de quo quæritur, alij teſtes ueriſimiliter interuenire nō poſſunt: ſecus ſi poſſunt intereſſe, licet caſualiter nō interuenerint, ut notat Ant. de But. in c. tertio loco. de probat. Abb. in c. fi. de teſtib. Alex. in conſil. cliij. incipiente, Viſo proceſſu. col. v. uol. v. ubi concludit, quod in probando matrimonio teſtes inhabiles nec in defectū aliorum recipi debent: quia matrimoniū de ſui natura per alios poteſt probari: & parti eſt imputandum, ſi alios teſtes idoneos nō adhibuit. Idem cōcludit Maria. Soci. in conſil. xvij. incipiente, Supradicta caſus poſitio. & col iij. Ita dico & conſulo ego Ludouicus Goſadinus I. V. D. Bononieñ. ſaluo &c̄.

Adhæreo ſententiæ dñi conſultoris ego Auguſtinus Berous I. V. D. Bononieñ. quod non ſit legitimè probatū, matrimoniū fuiſſe contractū per epiſtolam. Quin etſi per nunciū uel per epiſtolā et literas cōtrahi poſsit, ſecuto conſenſu recipientis literas, ut habetur per ſcribentes cōmuniter in c. fi. de procur. in vi. per Alex. in cōſil. cxlvi. in iiij. col. in quinto uol. l. in ſponſal. ff. de ſponſal. cum ſimilib. allegatis per dñm conſultorem: & conſenſus cenſeatur adhibitus & ſecutus ex eo quod quis ſimpliciter receperit literas, & illas legerit, arg. l. ſi filius. la ij. ff. ad Maced. & ibi Bar. per quem tex. Paul. de Caſtr. ibi inquit, quod in his in quibus etiā requiritur conſenſus abſentis ad eſſentiā & ſubſtantiam actus, quis dicitur conſentire, recipiendo & aperiendo literas, & nō cōtradicendo. facit quod uoluit Bar. in l. Titius. ff. de conſti. pec. & in l. quo enim. §. i. ff. rem ratam haberi. Cle. i. & ibi Doct. de procur. Tamē ad hoc ut huiuſmodi probatio quæ per receptionē epiſtolę fit, neceſſariò concludat, & ad hoc ut conſtet recipientē conſenſiſſe, requiritᷣ quod epiſtola fuerit præſentata & data prę̄ſentibus pluribus teſtibus, qui ſciuerint tenorē & continentiā literarū, & à quo literæ fuerint ſcriptæ & miſſæ, & quod illi teſtes permaneant tantū & ſint præſentes, quouſque literæ fuerint apertæ & lectæ, ad hoc ut uideant & cognoſcant an recipiens illas taceat ſeu conſentiat, an uero cōtradicat. arg. d. l. ſi filius. Et ideo cautela eſt, quod ipſi teſtes habeāt copiam literarū, ut bene poſſint & cōcludenter deponere de contentis in dictis literis, & de perſona ſcribentis ſeu mittētis literas, alioquin probatio parū uel nihil cōcluderet, ut uoluit D. Mattheus Matheſi. in ſuis notabilib. notabili xxi. incipiente, Nota mirabilia. quem refert et ſequitur Alex. in d. l. quo enim. in §. i. Et ideo poſſet inferri, quod licet aliàs mater, ſorores & alij cōſanguinei

poſsint eſſe teſtes in cauſa matrimonij, quando directe deponere uolũt ſuper conſenſu & contractu matrimonij, ſeu ſuper conſanguinitate, ut in c. ſuper eo. el ij. de teſtib. c. in literis. in fin. eo. tit. & in c. uidetur. cum ſimil. qui matrimo. accuſ. poſſunt. cum ibi plenè notatis: tamen quãdo uellent deponere in cauſa matrimonij nõ directe et immediate ſuper cõ ſenſu, ſed ſuper alio actu, ex quo poſtea & mediate inferri & ſequi dice retur cõſenſus contrahentiũ: ut quia induceretur ad probandũ miſſio- nem & dationẽ literarũ, et illarum receptionẽ, abſq; contradictione, ex quibus infertur cõſenſus tam dicentis quàm recipientis, ut ſuprà, tunc tales tanq; domeſtici & familiares admitti non deberent ad probandũ: quoniã cum cõtra regulas iuris admittãtur in cauſa matrimonij, quan- do directe & immediate uellent probare conſenſum contrahentiũ ma- trimoniũ. d. c. ſuper eo, cum ſimil. ergo ſecus dicendũ eſt, quando uel- lent probare aliud ſeparatum, quamuis ex illo mediate & in conſequen tiam diceretur probari cõſenſus contrahentiũ: quia in exorbitantibus nõ debet fieri extenſio. c. quę à iure. de regul. iur. in vi. l. ſi uero. §. de ui- ro. ſolut. matrimo. cum ſimil. etiã alleg. per dñm conſultorem ad aliud propoſitum. Præterea per cõparationẽ ſuper qua deponunt teſtes, maxime mater, & alij, non dicitur probatũ, nec dicitur conſtare, quod aſſertæ literæ tranſmiſſæ, fuerint ſcriptę manu rei conuenti: quia ad cõ- parationem faciendam, per quam de iure probari poteſt ſcripturam ne gatam fuiſſe ſcriptam manu negãtis, multa de iure ſunt neceſſaria, quæ minime interuenerũt in caſu noſtro. Ex comparatione non poteſt dici probatũ, literas fuiſſe ſcriptas manu ipſius rei cõuenti: primo eñ requi ritur ſcriptura: ad quam & ſcriptura à qua fit comparatio. l. ſcripturas. cum Authen. ibi poſita. C. qui potio. in ping. habeantur. l. comparatio nes. C. de fid. inſtru. Item requiritur, quod petens cõparationem fieri, iuret prius, comparationẽ non petere calumniæ cauſa. Item requiritur, quod aliter probari non poſsit intentio principalis ipſius petentis: quia comparatio eſt remediũ ſubſidiariũ, quod cõpetit, quoties aliter fieri non poteſt probatio, ut uoluit gl. in d. l. comparationes. & ibi Paul. de Caſt. in fin. penul. col. & Bal. & Sali. Alex. in l. nuda. in apoſtill. ad Bar. ff. de dona. Item requiritur, quod ſcriptura ex qua fit cõparatio, ſit talis, cuius fides ſit approbata, ut quod illa fuerit ſubſcripta manu triũ teſtiũ. Imol. in c. ij. de fide inſtru. in iij. col. Bal. Bar. in Authen. et ſi contra ius. C. de fide inſtru. & in d. l. ſcripturas. C. qui potio. in pigno. habeantur. Alex. in conſil. clxxxi. in ij. col. in ſecũdo uol. uel quod pars contra quã petitur cõparatio, confeſſa fuiſſet, illam ſcripturã ex qua fit, eſſe ſcriptã manu ſua, ut per Doct. omnes in d. l. cõparationes. et in Authẽ. ſi quis. C. qui potio. in pigno. habean. Abb. Cardi. in d. c. ij. Vel, quod in alio iudicio per iudicem fuerit iudicatum, quod ſcriptura ex qua petitur cõ- paratio, eſſet manus illius, uel eſſet ſcriptura facta & ſcripta ad petitionẽ

& coactio-

& coactionem iudicis, ad effectum faciendi comparationē: uel eſſet ſcri ptura qua uſus fuiſſet in iudicio aliàs ille contra quem petitur compara tio, ut per Doct. cōmuniter in d.l. comparationes. & in d.c.ij. et proba tur in Authen. ad hoc. C. de fide inſtru. & per Sali. in d.l. comparatio- nes. in iij. oppoſ. & ibi per alios cōmuniter. Cum ergo in caſu noſtro non conſtet ex teſtibus, nec ex comparatione non legitimè facta, quod epiſtola (ut aſſeritur) tranſmiſſa, fuerit ſcripta manu dicti rei cōuenti, et conſequenter non dicatur loqui conſonè de matrimonio: ipſe reus con uentus eſt abſoluendus ex prædictis, & ex his quæ copioſe & conclu-
10 denter deduxit dñs conſultor, cuius opinionem ſequor, ſaluo ſemper ſaniori iudicio cuiuslibet rectius ſentientis.

Cum rei ſatis demōſtratæ, demonſtrationē addere ſit fruſtratoriū. l. i. §. ſi quis uxori. ff. de dote prę leg. et plenitudini aliquid addere, ſolém- que facibus illuſtrare ſit ſuperfluum, iuxta text. in c. bene quidem. xcvi. diſtinct. et in c. ſi omnia. vi. q. i. idcirco de ſimplici ſubſcriptione requi- ſitus, ueram & inconcuſſam clariſsimi conſultoris maturam deciſionē, multis rationibus, autoritatibus, et ſumma iuriū copia comprobatam eſſe profiteor, & in eiuſdē prę clariſsimi cōſultoris ſententiā cōdeſcen- dens, idē iuris eſſe dico & conſulo ego Auguſtinus Zannetus doct. Bo
20 nonien. & Curię epiſcopalis Bononiæ uicarius generalis, cuiuslibet ta- men rectius ſentientis ſententia & conſilio ſanioribus ſemper ſaluis.

Summaria Conſilij quinti.

1 Actore non probante reus abſoluitur.
2 Matrimonium de iure ciuili & canonico, nō ſolum inter prę ſentes, ſed etiam in- ter abſentes, per nuncium uel epiſtolam contrahi poteſt.
3.5.7.20 Matrimonium per uerba, mutuum & conſtantem conſenſum de prę ſenti expri- mentia, contrahitur, ſiue ſimus in concludendo matrimonio per ſe, & coràm inter præſentes, ſiue in illo quod cōtrahitur per procuratorē uel per epiſtolā.
4 Si alter contrahentium proferat uerba apta contrahendo matrimonio, & deinde recedat ante reſponſionem alterius, qui poſtea ex interuallo reſpondit cōſen tiendo, an dicatur contractum eſſe matrimonium.
6.10.12. 21. Quid ſentiendum, ubi Doctores inter ſe diſcrepant, puta cum nōnulli uelint con ſenſum, qui per interuallum temporis fit, non nocere, quin matrimoniū con- trahatur, alijs uero contrà nitentibus.
8 Qui dicit mutatam uoluntatem, debet hoc probare.
9.13 In dubio præſumitur aliquis in eadem uoluntate permanere.
11 Non præſumitur perſeuerantia eiuſdem uoluntatis, niſi incontinenti fiat.
14.15 Quid dicatur incontinenti, uel per interuallum factum eſſe.
16.17 Non cenſetur quis incontinenti uelle actus contrarios facere: ſecus ex interuallo.
18 Probatio in matrimonijs debet eſſe concludens.
19 Vox unius, uox nullius.
22 Vbi eſt continuatio conſenſus, ibi dicitur eſſe ſimultaneus cōſenſus.
23 Peremptis probationibus per oppoſitiones, dicit peremptū negotiū principale.
24 Exempla non reſtringunt regulam.
25 Teſtes propter affectionem non admittuntur.
26.27 Quæ neceſſaria ſint in probanda ſcriptura priuata.

CAVSA MATR.

TEMERARIVM me quíſpiam iudicabit, quod audeam quic quam in mediũ proferre in hac matrimoniali cauſa, agitata inter nobilem & pudicam uirginẽ Annam S. ex una petentem, & nobilem ac prẽſtantem iuuenem Iacobum Philippũ B. ciues Lugduneñ. ex altera, impetitũ ſuꝑ fœdere matrimonij. In qua quicquid dici et excogitari potuit pro una uel altera parte, id totum & peregregiè ac doctiſsimè cumulatũ fuit in conſilio prẽclariſsimæ Vniuerſitatis K. ut nullus ſanè locus poſterioribus quippiã in eadem re meditandi relictus ſit: id quod etiam ſi eſſet, mihi tamen huius profeſſionis mi. imè & penè inexercitato, parum cõueniret ad ea adijcere, quę à uenerandis & doctiſs. uiris in facultate iuris utriuſꝙ pollentibus, ſufficientiſsimè diſcuſſa fuiſſe uideo. Quia tamen fieri poteſt, ut omnipotens deus pleraꝙ reuelet paruulis, quæ prudentibus abſcondita eſſe uoluit: & uſu uenit, ut meſſores quamlibet opportuni, dum meſſem faciunt, non quaſꝙ ſpicas minutim colligãt: ego, cuius auxilium eſt à domino, mea ſponte, & à nemine prorſus impulſus, quũ hunc proceſſum matrimonialem perlegiſſem, non potui meipſum temperare, quin in aliquibus opinionẽ meam ſubijcerem, & quas optimi illi meſſores, dominiꝙ mei obſeruandiſſ. poſt terga ſpicas reiecerũt, aliquas, ne dicam omnes, aggregabo, ut ſic meſsis fertilior ſit, & fructũ quem reus conuentus exoptat, auferre poſsit. Aggrediar itaꝙ opus hoc, dei optimi maximíque ſpiritu & auxilio implorato.

Nemo dubitat, quum hoc in utroꝙ iure, canonico & ciuili, ſit tritũ, unumquemꝙ qui de aliquo impetitur, eſſe abſoluendum uel condemnandum, prout actor quod intentat probat uel non: quum dici ſoleat, actore non probante, reum eſſe abſoluendum. c. unico. ut eccleſiaſtica beneficia. & l. qui accuſare. C. de æden. Dicet etiam unuſquiſꝙ, uictoriam actricis in propoſita quæſtione à duobus pendere. Vnum, quod probet ſucceſſum facti deductũ in articulis ſuis. Aliud uero eſt, quod ex illo ſucceſſu facti ſic probato, inferri poſsit ad fœdus matrimonij intentati: id eſt, quod per illa ſic probata et iuſtificata, dici poſſit matrimonium de prẽſenti fuiſſe inter eoſdẽ contractũ. Quid enim bonæ puellæ prodeſſe poſſet, quod articulos probaſſet ueritatem in facto cõtinere, ſi hæc facti ueritas matrimoniũ intentatum nõ inferret nec oſtenderet? Sicut è conuerſo nihil reportaret ex lite, ſi facti ſucceſſus ex ſeipſo contineret matrimonium, & in illius probatione defeciſſet. Bene igitur eſt admittendũ, quod in propoſito noſtro totum pondus conſiſtat in duobus cõiunctim, ita ut alterutrũ non ſufficiat ad uictoriam, ſed utruncꝙ, uidelicet, quod factum deductum probetur, & tale ſit, quod probatum faciat uideri & eſſe matrimoniũ cõtractum. De primo, quod facti qua-

litas

litas enarrata,&ſucceſſus articulatus ſit,uel nō probatus,de quo teſtan
tur mulier internuncia,quam nos dicimus proxenetam,ſorores duæ a-
ctricis,& eiuſdem mater,hoc iam conſulto prætereo,cum hunc articu-
lum uideam plenè diſcuſſum:ſed forſan inferius aliquid ſubiũciã,prout
uidero opus eſſe. quare eſt mihi animo,ut ſecundū uideam,an hic facti
ſucceſſus, (etiam ſi admittere uelimus quod ſit probatus) hos iuuenes
in matrimonio colligauerit,id quod dixerim fuiſſe etiã in eodem conſi-
lio aliquo modo tactū, at nō plenè diſcuſſum. Erit igitur hæc noſtra
ambiguitas examinãda:cum matrimoniū cōtrahi poſsit inter abſentes
per nuncium uel epiſtolam,quomodo id fiat, & quando cōtractum di
catur. Nam ſic propoſito uidebimus, ſi inter hos iuuenes, tunc amore
captos,matrimoniū poſsit dici contractum,mediãte epiſtola & literis,
ad puellam per reum conuentum tranſmiſsis,et eiuſdem acceptatione.
Sed hic ante omnia prę ſuppono, quod literæ huiuſmodi cōtinerent ex
parte ſcribentis conſenſum ad matrimoniū cum illa uirgine contrahen
dum,& de præſenti expreſſum: item quod eædem literæ ab eodem iu-
uene fuerint ſcriptæ: hoc enim ultimū ex conſilio prædicto non eſt ad-
mittendum:ſed nec eſt admittendum quod literæ illæ quippiam exprí-
merent pertinens ad contractum matrimonij, quæ ex confeſsione rei
tantū amorem iuuenilem exprimebãt. Huc enim tendit omnis conatus
primo cōſulentiū, ut demōſtrent, teſtibus hoc ipſum deponẽtibus nō
eſſe credendū. Sed trãſeamus modo cū oppoſita ſentẽtia ſuper utroq;,
quod literæ illę fuerint literę amatoriæ ad amantẽ, quod cōſenſum ſuū
expreſſerint uirgini de matrimonio iam & de præſenti contrahendo:
& præterea quod probatum ſit per eoſdem teſtes, quaſi nullam oppo-
ſitionem patiantur: ipſam puellam, cognito per literas conſenſu ipſius
iuuenis, quod & ipſa pariter conſenſum ſuū declarauerit illi internun-
tiæ,ſororibus &matri ſuæ:his inquam pro ueris poſitis,adhuc animus
meus mihi nō ſatis quieſcit,ſi per hæc dici poſſit matrimoniū inter hos
fuiſſe & eſſe contractū. Inſurget iam actrix cum aduocatis ſuis, & dicet
de hoc nullam eſſe faciendam ambiguitatem,quoniã certum eſt matri-
moniū contrahi poſſe inter præſentes,& etiam inter abſentes,per nun- 2
cium uel epiſtolam, de iure ciuili, & item de iure canonico. De primo
conſtat ex l. ſufficit. & ex l. fi. ff. de ſpōſal. & ex l. mulierem. de ritu nup.
De ſecundo ſimiliter conſtat ex text. cum gl. in c. ex parte. la ij. de con-
uerſio. coniugat. in c. ueniens. qui clerici uel uouentes. in c. nec illud.
xxx. q. v. & in c. honorant. xxxij. q. ij. cum alijs ſuis quotis non neceſſa-
riò allegandis. Et modus contrahendi matrimonij per epiſtolã, uel
nunciū, inter abſentes eſt, quod quis per literas conſenſum ſuū de præ-
ſenti declaret mulieri abſenti ſuper matrimonio. Nam ſi illa cui literæ
mittuntur, nulli notificat reciprocū ſuum conſenſum, nō erit matrimo
nium, etiam ſi corde conſentiat: quoniã etiam ore debet conſentire. c. i. 3

extra de ſponſal. Sed ſi mulier conſenſum ſuum notificaret, uel mittenti literas, uel alteri, tunc illico diceret matrimoniū eſſe contractū. ita declarat Archid. in c. fin. de procur. lib. vi. in fi. col. ibi, & dixerunt quidam, quod quādo &c. ſequitur idem Ioan. And. ibidem in Nouella, in ij. col. in fin. ubi dicit, ſi nuncius eſt nudus miniſter ad portandum literas, dato quod mulier literis receptis conſentiat, ſi conſenſum nulli notificat, non eſt matrimoniū: ſed tunc primū erit matrimoniū, quū conſenſum notificauerit, ſiue mittenti literas, ſiue alteri. Nam & alteri ſufficit notificari. Idem per eadem uerba tradit Geminia. in d. c. fi. §. ſanè. in fi. i. col. & Franc. ibidem in ij. col. ibi in gl. in uerb. contraxerit. Cum prædictis concordat Alex. uol. quinto, conſil. cxlvi. iij. col. uerſ. quia reſpondeo.

Sed in caſu noſtro hæc uirgo notificauit adſtantibus cōſenſum ſuū reciprocum, igitur fuit cōtractum matrimoniū. Fortius dicendum: uidetur in caſu noſtro hoc idem eſſe, etiam ſi quis ponderaret interuallū temporis, ad demonſtrandum matrimoniū non poſſe dici contractū, quaſi contractus debeat eſſe ſimultaneus, non interpellatus. Nam hoc tollitur ex deciſione Archid. in c. ſufficit. xxvij. q. ij. ubi in gl. i. quærit, Pone quod unus cōtrahentiū matrimoniū, dicit uerba apta matrimonio cōtrahendo, de quibus in c. ſi inter. de ſponſal. & antecꝑ ſibi reſponderetur diſceſsit, ipſo poſthac reuerſo, per interuallum reſpondetur eidem, id quod cōueniebat ad firmādum contractū matrimonij: dubitat an ſit matrimoniū, & dicit quod ſic, per l. i. §. i. de uerb. oblig. quoniam in his quę conſenſu contrahunt, reſponſio ex interuallo facta nō obeſt. l. ſi ſtipuler. §. fin. ff. de uerb. oblig. Iſtam deciſionem refert & ſequitur Gemi. in c. fi. ij. col. de litis conteſt. lib. vi. ubi dicit, quod licet cōſenſus ex ui uerbi debeat eſſe ſimultaneus, & eodem tempore prolatus, ſi tamē uir uno die declarat conſenſum ſuum, & alio mulier ſuum, tenebit matrimoniū. Hoc ipſum tradit & ſequitur Præpoſ. Alex. in d. c. ſi inter. de ſponſal. ij. col. in uerſ. & pro pleniori intelligentia quæro, ſi alter contra
4 hentiū profert uerba, de quibus ibi, & receſsit ante reſponſionem alterius, qui poſtea ex interuallo reſpondit conſentiendo, an ſit matrimonium? dicit uideri quod ſic, per l. i. §. i. de uerb. oblig. ubi ſi prę ſens interrogat, & ſtatim recedit, ſi eo reuerſo reſpondetur, ualet ſtipulatio. facit etiam ratio Archid. quia quæ fiunt ex cōmuni conſenſu, eadem perficiuntur per reſponſionē etiā ex interuallo. d. l. ſi ſtipuler. §. fi. de uerb. oblig. In contrariū pōderat d. c. ſi inter. dum dicit de mutuo cōſenſu, quaſi oporteat quod ſimul cōſentiant. Item quia in iſtis ſpiritualibus actus debet perfici ſine interuallo. c. quia propter. & c. cum poſt. de electio. Tandem dicit, quod Archid. ubi ſuprà, tenet primū, & ipſe Alex. cum eodem tranſit: de quo etiam dicto meminit D. Ioan. de monte Ferrato, in d. l. i. de uerb. oblig. §. i. in ij. lectura, in fi. ubi poſt Archid. dicit, quod ſi mulier per interuallum conſentiat in uirum qui prior cōſenſit in eam,

quod

quod matrimonium erit inter iſtos contractum. allegat Archid. ubi ſuprà, & canoniſt. in d. c. ſi inter. his aſſentitur laſ. in d. l. ſi ſtipuler. §. fin. nu. iij. de uerb. oblig. ubi dicit, quod interuallum inter interrogationē uiri & reſponſionē mulieris, nō uitiat matrimonium. allegat Doct. ubi ſuprà, quos dicit moueri per dictum text. Ex iſtis uidetur aperte concludi poſſe pro puella, quod bene ſit iudicatū, quod matrimonium intentatum probatur illo modo fuiſſe contractū: quia per epiſtolam contrahi potuit: in qua neceſſe eſt, quod temporis interuallū interceſſerit: & pari modo certum eſt, interuallum non officere cōtractui matrimonij, ſicut nec officit reliquis contractibus, qui conſenſu duorum contrahuntur. Sed audiant iam in propoſita quæſtione ꝙdem aduocati huius dñæ actricis, & reuerendus dñs iudex qui pro ea iudicauit: audiant inquam autoritates & rationes cōtrarias, & in primis de quæſtione noſtra, an ſufficiat conſenſum interuenire ex poſt facto per interuallum, an autem debeat eſſe ſimultaneus: per conſequens, quod etiam per epiſtolam matrimonium non poſsit contrahi, niſi eodem modo quo contrahi poteſt inter præſentes, interiecto tamen tempore inter cōſenſum uiri & conſenſum mulieris. Dico, quod Spec. in caſu noſtro tenet oppoſitum, in tit. de ſponſal. in princ. in ij. col. uerſ. cōtrahitur etiā matrimonium &c. ubi dicit, matrimoniū contrahi per uerba, mutuum conſenſum de præſenti exprimentia. & ſubiūcit, dūmodo ſtatim reſpōſio mulieris ſequatur: quia actus continuus in talibus requiritur. c. tuæ. & c. ſi inter. de ſponſal. Hanc etiam quæſtionem format Abb. in c. dilectus. extra eod. de ſponſal. in fi. quem etiā refert & cum eo tranſit idem Crotus in rub. de uerbo, ſecundum primam lecturam. nu. xiij. ubi ex dicto Hoſti. ibidem notat, quod non requiritur ad matrimonium, quod conſenſus præſtetur ſimul & eodem tempore, ſed ſatis eſt quod unus conſentiat prius, & poterit ex poſt facto alterius conſenſus accedere. Sed dicit Abb. ego de hoc dubito: & tutius & uerius eſſe uidetur, quod conſenſus ſimul præſtetur: quoniam etiā in contractibus qui perficiuntur de iure gentium, de conſenſu duorum, debet conſenſus pr̃eſtari ſimul, & non ſufficit quod per interuallum præſtetur, ut eſt gl. cōmuniter approbata in l. i. ff. de contrah. emptio. & in l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. & declarat Bart. in l. qui abſenti. ff. de donat. Ab hac ſententia minime diſcrepat Butr. in d. c. ſi inter. ibi, quæro primo, mulier &c. ubi dicit, quod primo cōſentiens conſentire creditur, ſi alter incōtinenti etiā conſentiat: igitur ſecus, ſi ex interuallo conſentiret. & ibi etiam hoc firmat Ioan. And. poſt Bonag. qui dicit, in matrimonio requiritur ut inuicem ſibi reſpondeant, anteq̃ ad alia diuertant. idem uult Bald. qui aliàs non ſolet allegari, in c. conſuetudinis. ij. col. in fi. de conſuetud. & idem dicit Alex. allegando Butrium ubi ſuprà, in conſil. cliij. col. fi. uol. v. Ad idem induco tex. & ibi dicit Iaſon, in l. ait pr̃etor. §. ſi neq̃. de iureiu-

rando. qui est §. fi. ubi uult tex. quod iuramentū uni delatum, debeat in continenti præstari. Dicit ibi las. in fin. ij. col. quod hoc procedit in materia spirituali, in qua agi uidetur, ut incōtinenti iuretur, & aliàs nō præsumitur perseuerantia uoluntatis. Sed matrimoniū est materia spiritualis. Clem. dispendiosam. de iudicijs. Ergo cum quis declarat cōsensum suum super matrimonio, seq; refert ad cōsensum alterius, censetur perseuerare in eodem consensu, quantumuis ex aduerso incontinenti consentiatur. quod puto bene notandū, propter inferius dicenda. Possem ad hæc inducere, quæ longo ordine tradunt moder. Bononien. post Bal. nouellum in d. l. i. §. qui præsens. ff. de uerb. oblig. de naturali obligatione, an inducatur ex consensu per interuallū expresso, sicut simultaneo. Quid dicemus in hac ambiguitate? erit ne ex prædictis cōsentien-
6 dum, quod doctores allegati inuicem dissentiant, ut aliqui uelint interuallum temporis non nocere, quin matrimoniū cōtrahatur: alijs uero contrà nitentibus? Quod si interuallum obesse deberet ad contractum matrimonij firmandum, uno hodie, altero post biduum consentiente, tunc utiq; necesse foret quod etiam matrimoniū per epistolam uel nuncium contrahi non posset: quod tamen firmandum nō puto. quamuis etiam posset dari differentia, quādo cōtrahitur inter prēsentes, sed nō simul: & quādo per epistolā: quia ultimo casu matrimoniū perficitur à cōsensu secundo, certificato mittenti literas uel alteri, & cōsensus primi ex natura rei ad illud tēpus suspēsus fuit, scilicet quo redditis literis mulier respōderet. sic declarat Ancha. cōsil. ccxxx. & But. lxiij. Itaq; quod in casu epistolæ est interuallū, sed ex natura rei: inter prēsentes uero cōtingit esse interuallū per accidēs, nō ex natura interrogationis & respōsionis. Si tamen nulla sit differentia inter unū casum & aliū, tunc exquirendū est, quomodo doctores prædicti loquant. Et quidem per distinctionē concordari possunt, ut nō aduersa dicant, sed diuersa. Siquidem uolumus quod ille qui hodie profert uerba matrimonialia erga aliquā, in eodem cōsensu & uoluntate perseueret, usq; in illum diem uel horā, in qua fœmina pari modo consentiat in illum tanq; in uirum & maritū suū: & tunc dicendum est matrimoniū esse contractū, & per interuallū temporis illud nō esse impeditū: quasi consensus sit satis simultaneus, ex quo primus, & primo declaratus, habet continuationē usq; ad tēpus quo secundus consensus declaratur. Sic intelligo autoritates primo adductas, quę sic etiam loquuntur, si quis eas oculis non tortis inspexerit. Verum si ex facto poneres, quod interim quod mulier notificat consensum suum, iam priorem suæ uoluntatis pœnituerit, utiq; nō firmabitur matrimoniū per consensum ex post declaratum, ut est text. in c. fin. de procur. lib. vi. Istud est quod dicit Præpos. in d. c. si inter. dum dicit tenere matrimoniū per responsionē mulieris ex interuallo sequutā, dummodo prius consentientem nō pœnituerit, ante respōsionem secundi.

Idem

Idem dicit Cardi. ibidem, dum dicit: tu dic quod ualet cõſenſus ex poſt facto ſuperueniens, quando prius conſentientem non pœnituit. idem dicit ibi Butr. per hęc uerba: Credo, quod ſi primo conſentiens, poſtęꝫ receſsit, reuocauit conſenſum, non eſt matrimonium: ſed ſi confitetur, quod eſt in eadem uoluntate, tunc ſuperueniente alterius conſenſu contrahitur matrimoniũ. laſ. etiã in d. l. ſi ſtipuler. §. fi. de uerbo, non aliter. dicit, interuallum inter interrogationẽ uiri, & mulieris reſponſionẽ, nõ uitiare matrimoniũ, ęꝫ ſi (ut ſubĩjcit) non perſeuerent in conſenſu. Hoſtieñ. etiam in dicto c. dilectus. idem dicebat in his terminis, per illa uerba: Si unus per prius conſentiat, & duret in propoſito ſuo &c̃. Quod etiam ibidem uult Henricus Boich, ita quod ex prędictis ſolũ hoc eſſet reſpiciendum in propoſita quæſtione, ſi prior uir uel mulier continuet conſenſum quouſqꝫ ſecundus animũ ſuum & conſenſum exprimat, habeat inquam eandem uoluntatẽ quam prius habuit, & tunc contrahitur matrimoniũ. Rurſum ſi mutauit opinionẽ, et eum iam pœnituiſſet, tunc nullum erit contractũ matrimoniũ, quia nõ eſt conſenſus duorũ. Nec dicat mihi aliquis, prędicta eſſe uera, ſed quæſtionẽ doctorũ ſuprà tactam differre à quęſtione noſtra, quaſi aliud ſit, agi de matrimonio inter abſentes per epiſtolam, & aliud, agi de matrimonio inter prędentes interuallo intercedente inter reſponſionẽ & interrogationẽ. Dico eñ, prędicta, quantum ad propoſitũ mutati animi, differre quidem uerbo, ſed nõ re: quod ſatis apparet ex tex. c. fi. de procur. lib. vi. quem Doct. adducunt, ut probent matrimoniũ non contrahi ſuperueniente cõſenſu mulieris, ſi prior opinionem mutauit, & tamen ibi loquitur de cõtrahendo per nunciũ & procuratorẽ. Similiter, quod idem ſit in caſu epiſtolæ miſſæ, ut debeat ſcribens perſeuerare in opinione ſcripta, uſqꝫ ad tempus quo mulier debet ſuũ conſenſum exprimere, ſi alioqui uelimus quod matrimoniũ ſit contractum. hoc clarè tradit gl. in d. c. nec illud. xxxv. q. ij. & Summa Angelica in ſuperiori Doctorũ Germanorũ conſil. adducta. Sequitur Feli. in c. ex parte decani. v. col. de reſcript. licet gl. iuris ciuilis in l. iiij. ff. de ſponſal. de hoc dubitauerit. Ex quibus licet uidere hanc concluſionem firmam & irrefragabilem, quod ſiue ſimus in matrimonio concludendo per ſe, & coràm inter præſentes, dato tamen temporis interuallo inter interrogationẽ & reſponſionem, ſiue in illo quod contrahitur per procuratorem, ſiue per epiſtolam, omni caſu ut contrahatur, neceſſum eſt primo proferentem conſenſum ſuum debere perſiſtere in eodem cõſenſu, uſqꝫ ad tempus quo mulier etiam ſuũ declarat: aliàs ſi opinionem mutauerit, non obligatur ad matrimoniũ ex conſenſu mulieris ſuperueniente, quia tunc non ſumus in conſenſu duorũ, ſed unius, quũ tamen duorũ conſenſus ſit neceſſarius in matrimonio concludendo. d. c. ſi inter. de ſponſal. & c. i. & c. duas. de ſponſa duorũ. Et per contrariũ, data perſeuerantia uoluntatis, dicimur eſſe 7

in consensu simultaneo, quantũ ad præsentes, nouo: per epistolam uero, eodem quo prius, quum epistola semper loquatur, ut per Bart. in l. nuda ratio. de dona. Sed non ideo habemus quæstionem nostrã decisam: imò posset unus arguere ad fauorem mulieris, & per cõsequens ad sustinendam sententiã. Quandoquidem, ut superiora demõstrant, est consentiendum: quod si iuuenis perstitit in opinione, & in consensu suo literis declarato, usq; ad tempus quo puella receptis ijsdem literis mutuũ consensum suum super matrimonio declarauit, tunc matrimonium est firmatũ, & fuit per illam responsionẽ puellæ declaratum contractum. Sed tunc habeo, quod iuuenis, non constito de mutatione opinionis suæ, præsumitur in eadem perseuerasse: quia mutatio uoluntatis non præsumitur. c. maiores. extra de baptismo. Et qui dicit mutatã uoluntatem, debet hoc probare. l. eum qui. de probat. c. licet. de procur. lib. vi. & ibi hoc tradit Ioan. And. & Gemi. & Franc. & Alex. in d. l. si stipuler. §. fi. de uerbo. facit gl. in c. i. quod met. caus. Et hoc in nostra quæstione dicebat Præpos. in d. c. si inter. quod in dubio præsumitur in eadem uoluntate permanere. & idem Gemi. in c. fi. de litis cõtest. Et ob hoc in proposito esset dicendum, quod puella non habuerit opus probare perseuerantiam uoluntatis ipsius uiri, usq; ad diem & horam qua matri, sororibus & internunciæ declarauit consensum suum: quoniam præsumptio iuris est pro ipsa, quæ onus probandi contrariũ, id est, reuocationem, transfert in partem aduersam, ut est tex. notab. qui solet à modernis allegari, in l. generaliter. §. si petitum. in fi. de fideicõm. liber.

Decisio igitur nostræ quæstionis (suppositis semper pro ueris in facto his de quibus suprà dixi) ab hoc solo dependet, postq; non est probata in casu nostro perseuerantia uoluntatis, nec etiam pœnitentia (loquor de pœnitentia quę præcessit responsionẽ puellę super acceptatione literarũ: quia posterior non sufficeret, iniecto iam uinculo matrimoniali) quid in dubio sit præsumendum. Nam quæ partiũ habuerit præsumptionem iuris pro se, illa obtinebit: uel puella, si præsumi potest perseuerantia: uel uir, si præsumitur pœnitentia. Et idem si saltem in nostris terminis non præsumitur cõtinuatio uoluntatis. Et quidem cum in superioribus pares fecerim hos casus, quod matrimoniũ cõtrahatur uel per præsentes, dato tamen interuallo inter interrogationem & responsionem, ut de casu dubitabili loquamur: uel per absentes, mediante nũcio uel epistola: in hac etiam præsenti difficultate pares illos censeo, & ob hoc exordior ab interuallo, & quæro, cur Doctores dicant uitiari contractum etiam pendentem à consensu duorum, quando unus hodie consentit, & alius post temporis interuallũ: iuxta gl. cõmuniter approbatam in d. l. consensu. de actio. & oblig. Qua autem ratione illud dicant, reperio quod Claudius Saiselus in d. l. i. §. qui præsens. de uerb. oblig. hoc declarando dicebat, quod quãdo ego cõsentio tibi uendere,

si tu

si tu postea ex interuallo consentis emere, non est uenditio, secundū dictam gl. & in l. i. de contrahen. emptio. nisi duret prior consensus: qui si durat, ualet uenditio ut ex nunc, nō ut ex retro à tempore prioris consensus. Istud dicit uelle gl. in l. ementis. C. de contrahen. emptio. & in l. hæredes palàm. de testam. Et sic posset saluari glossæ materia in d. l. si stipuler. §. fin. de uerbo: quæ uidetur etiam approbari, quamuis ille tex. hoc urgenter non probet. Et ideo ibi infert dictus Claudius ex illis gl. quod in illis contractibus qui consensu duorū perficiuntur, quando actus medius uel temporis interuallum interceſſit inter cōsensum unius & cōsensum alterius, nō præsumit durare primus cōsensus, ratione interualli: imò immutatus præsumit: & ideo non ualet, nisi probetur perseuerantia uoluntatis. Iaſ. etiam suprà allegatus in d. l. ait prætor. §. fi. dicebat, quod in materia iuramenti, & sic spirituali, nō præsumitur perseuerantia eiusdem uoluntatis, nisi incontinenti fiat. Et in nostris terminis est autoritas Butr. in d. c. si inter. ubi dicit, quod aut primo consentiens reuocauit consensum, aut in eo non perstitit, aut sumus in dubio. Et in hoc casu dubij dicit: si primus negat, credo quod conditionaliter uideatur consentire, si illa incontinenti consentiat in eum. Sed in casu nostro iuuenis negat se perstitisse in priori consensu, imò negat se unq̄ in illam consensisse. Igitur si conuincitur, quod consenserit, intelligi debet ita, ut è conuerso incontinenti &c̄. Ex quibus habetur hæc conclusio, quod interuallū temporis nō est simpliciter illud quod per se uitiet cōtractum à consensu dependentem: sed pro tanto uitiat, quia præsumitur abesse consensus, qui à principio affuit. Hinc est, quod si probaretur cōsensus etiam nunc adesse, cōtractus perficeretur. Quod ergo dicebat Præpositus Alexandrinus, in dubio præsumi perseuerantiā uoluntatis, est intelligendum, nisi intercedat interuallum temporis tale, quo intercedente præsumatur magis abesse quàm adesse consensus, in his quę à consensu duorū dependent, ita quod ex prædictis, illud quod inducit perseuerantia consensus, hoc destruit pœnitentia & immutatio uoluntatis. Et si sumus in actu gesto incōtinenti, præsumitur adesse consensus. & idem si intercedat interuallū quod sit modicū. Si uero sumus in actu gesto per interuallum non modicū temporis, tunc præsumitur consensus immutatus, & contractus non firmabitur, maxime, secundū Butrium, iuuene negante, ut semper negauit. Diceretur autem incontinenti fieri, quando eodem die fieret: quia quod eodem die fit, præsumitur factum eodem contextu, secundum Bald. in l. i. C. de oper. liber. imò incontinenti, secundū ipsum Bal. in l. penult. §. mulier. solut. matr. & in l. legem. C. de pactis. facit quod idem dicit in l. duas. ff. de excusa. tuto. & Bart. in l. in operis. ff. loca. Contrà uero dicetur factum aliquid per interuallum, quando fit ultra unam diem: una etenim dies facit uideri in proposito longum interuallum, ut declarat Bart. quod ibi Imol.

10 11 12 13 14 15

dicit esse summè notandū, in l.1.§.qui præsens. de uerb.oblig. Et dubitant ibi Doct.moder.Soci.But.& Bononien. si quod dicit Bar. de una die, sit intelligendum de die naturali, uel de artificiali: & cōcludunt esse intelligendū de die naturali. Addo pro confirmatione, quod debeat esse differentia de actu qui sequitur incontinenti uel interuallo. Nam
16 istud in alia materia etiam dicitur, quod quis incontinenti nō censetur uelle actus contrarios facere: secus ex interuallo. l. nam ad ea. de condi. & demonst. Paul. de Cast. in l. si quis ante. de acquir. possess. & Alex. in l. singularia. si cert. peta. Doct. in l. pacta. C. de pactis. Hæc omnia si reducantur ad nostrā quęstionē, constabit multipliciter, probationes inductas per actricem, etiamsi per oppositiones ualidas repelli nō possent, quæ tamen possunt, illas tamen non concludere matrimoniū. Et primo non concludunt, secundum illam opinionem de iure ueriorem, quæ habet, quod in matrimonio cōtrahendo consensus debeat esse simultaneus, & incontinenti declaratus. Secundo non concludunt, quia etiam quod illa opinio non possit uerificari cum contrahitur per epistolam, uel per procuratorem, hoc tamen casu debet interuenire perseue-
17 rantia uoluntatis, quæ tunc præsumi posset, quando incontinenti, hoc est, eodem die cōsensus mulieris esset notificatus: sed ultra unam diem quoniam dicitur interuallum longum, pręsumeretur abesse consensus. Et probatio consensus mulieris, sine probatione perseuerantię consensus uiri, nō sufficeret ad probationem matrimonij. In casu uero nostro bene fuit articulatum, quo die iuuenis mittendam dederit epistolam ad puellam: at non est articulatum nec probatū, quo die internuncia illas præsentauerit, & puella legerit. Quare si refert (ut refert, propter præsumptionē perseuerantię) in consensu, an uno die uel alio, an incōtinenti, an ex interuallo, puella declarauerit consensum suum, tunc probatio de puellæ consensu lectis literis declarato, non concludet, nisi, ut prædictum est, sit facta declaratio ipso iuuene etiam perseuerante: & pręsumeretur perseueraſſe, quando esset probatum, quod eodem die puella
18 uoluntatem suam declarasset. Nam etiam in matrimonijs probatio debet esse concludens, ut tradit Abb. in c. ueniens. in 1. not. per illum text. de sponsal. Sic uides, non esse satis, quod sit probata pręsentatio literarum, cum declaratione uoluntatis puellæ, nisi etiam probetur tempus præsentationis literarū. Et iuueni satis est, quod præsentatio potuerit esse facta ex interuallo, nō autē incontinenti, ut puellę probatio nō concludat. Quod si hic quispiā diceret, quod iuuenis ratificauit consensum puellæ per acceptationem illius serti & chordulę aureę: dico, quod hoc
19 nō probatur nisi à sola internuncia: meritò & hoc habetur pro nō probato, quod ab uno tantū dicitur. l. iurisiurand. C. de testi. Tutius ergo est quod dicamus, perseuerantiam uoluntatis ad contractum matrimonij esse necessarium, siue per epistolam, siue per nuncium, siue inter

præsentes,

præsentes, dato interuallo inter consensum unius & consensum alterius, contrahatur. Istud omnes concedunt. de qua, quando non constat, sed sumus dubij, si perseuerauit iuuenis, uel pœnituit eundem, si quidem sumus in casu in quo incontinenti, uel sine longo interuallo secutus est consensus mulieris, tunc procedat prę̃sumptio eiusdem & continuati animi: sed dato interuallo, sit oppositum, ut præsumatur dissensus et reuocatio uolũtatis, iuxta gl. notab. in §. certe. de oblig. quę ex delicto. & quod dicit Bal. in l. i. C. de seruis fugit. Et erit in proposito nostro longum interuallum, prout in alia materia Doct. tradunt, dies scilicet, & quidem naturalis. Et quod hęc intelligentia sit uera ad illud dictũ continuati animi, ut tunc procedat præsumptio huius continuationis, quãdo sumus in nullo uel modico interuallo, nõ etiã si sumus in longo: dico, quod sic intelligendi sunt Doct. quos suprà citaui, Specul. scilicet Abb. But. Ias. Claud. & reliqui. Quod declaro. Abb. in d. c. dilectus. & in c. cum inter canonicos. de electio. refert Hostieñ. uelle, quod ad matrimoniũ contrahendum non sit necesse contrahentes eodem tempore consentire: sed si unus hodie consentit, & in suo consensu perdurat, poterit alterius cõsensus accedere. Ipse uero Abb. de hoc dubitat, & post Specul. allegatũ uidetur uelle, quod consensus debeat sequi incõtinenti. Credendum est Abbatem loqui in terminis, in quibus loquebaꝫ Hostieñ. sed Hostieñ. loquitur in consensu cõtinuato: quoniam data reuocatione consensus, nec Hostieñ. nec alius aliquis diceret fieri matrimonium, quũ hoc sit decisum in c. fi. de procur. lib. vi. Rursum si uelimus dicere, quod Abb. teneat contra Hostieñ. in casu cõtinuati consensus, quod tunc matrimonium non contrahatur: certe defendi non potest, quod bene dicat: quia ubi est continuatio consensus, ibi dicitur esse simultaneus consensus, secundum omnes moder. in d. §. qui præsens. de uerb. oblig. Est ergo mens Abbatis, non simpliciter Hostieñ. contradicere: nam sic contradictio defendi non posset: sed conditio erit propter consensus cõtinuationem, quasi illa continuatio animi non bene cadat ubi temporis interuallum intercedit, & longum. & erit hoc modo uarietas. Ex quo etiam Hostieñ. dum admittit posse fieri matrimoniũ per responsionem ex interuallo, hoc simul exigit, ut in primo consensu uir perseueret: tunc dicit Abb. tutius est quod incontinenti respondeatur: quia ubi incontinenti, certi sumus de perseuerantia: sed interuallo non sumus certi: & tamen si præsumeres perseuerantiam animi, etiam dato interuallo longo, tunc propter legis præsumptionẽ, non referret an incontinenti declaretur consensus, an ex interuallo. Et sic etiam post menses & annos, quando iuuenis non contraxisset cum alia, potuisset ligari ex consensu puellæ superueniente. cuius contrariũ dicit Anchar. in c. ex literis. in fi. la ij. de spõsal. etiam tantũmodo loquendo de spacio tridui. Hoc autem esset absurdissimũ, & ab absurdo ualet arg. c. dudum. de

præben.lib.vi. Doctores ergo uolentes esse differentiã, an incontinenti, an ex interuallo consentiatur, nõ possunt dicere illud, nisi quoniã uno casu currit præsumptio continuati animi, alio uero casu non sic. Ergo uolunt, quod dato interuallo, non præsumatur perseuerantia: quia si præsumeretur, tunc necessariò uellent, quod cõtrahi posset etiã ex quocunq; interuallo. Probabilius est ergo sic dicere, quod Spec. Abb. Ioan. And. But. & reliqui, uelint differentiã cõstituere de incõtinenti ad interuallum, ad effectũ prẽmissum: cẽ dicere, quod negent matrimoniũ contrahi posse ex interuallo secuto consensu mulieris, & priore cõsensu uiri perseuerãte: quod esset impium eos sic sensisse. Rursum etiã hoc modo saluãtur illi qui simpliciter cõcedunt, præsumi uoluntatẽ esse cõtinuatã, & probandam esse mutationẽ. Nam hoc de plano admitti debet, si responsio secuta sit per interuallum, tamẽ modicum: secus si per longum, ut ex præmissis apparet. Quod si alicui uideri poterit, subesse difficultatem aliquam circa prẽmissum fundamentum, ille cogitet, nõ deesse alia argumenta ad fauorem iuuenis contra puellam stringentia: quẽ quamuis cumulata sint in consilio Doct. Germanorum, placet tamen aliqua ad confirmationẽ adijcere, ut quicquid ex aduerso deduci possit contra eandem consultationem, id præuisum resoluatur. Non est dubium, probationem quæ fit testibus, solere impugnari per exceptiones, quæ quandoq; fiunt contra personas, quandoq; contra dicta. Quare si in casu nostro ritè repelli possunt & cõfutari testes, quin probent, quod maxime de quatuor est dicendum, de matre actricis, sororibus eiusdem, & internuncia, quum cæteri uel nihil, uel parum iuuent ad causam: tunc potest uerè dici, quod reus debeat absolui, quia actor non probauerit:
23 peremptis enim probationibus per oppositiones, dicitur peremptum negotiũ principale, ut notatur in c. ex parte. de testib. in c. i. de exceptio. Et alibi oppositiones contra personas consideratæ in consilio prẽdicto huc tendunt, quod sint fœminæ, quod sint mater & soror: & quarta, quod fuerit internuncia. Primum nõ placet prosequi, propter text. in c. super eo. de testi. & quod ex eo notat Abb. quod in causa matrimoniali, siue de cõiugendo matrimonio agatur, siue de separando, sufficit testimonium duorum, siue sint masculi siue fœminæ. quare hac prima opinione omissa, cõmuni contra omnes quatuor, dicam de secunda, quẽ respicit matrẽ & sorores. Et quoniã non est probata nec paritas nec disparitas ipsorum contrahentium, uideri posset alicui, quod testimoniũ prædictarũ esset pro idoneo admittendum, etiam quum de probatione contracti matrimonij agitur, ut probatur in d. c. super eo. & ibi traditur per scribentes. & in c. uidetur. qui matri. accus. poss. Verum quoniã tex. in d. c. super eo. testimonium matris recipit uel respuit in matrimonio per filiam contracto, prout; comprehendi uel suspicari possit, quod sit affecta uel nõ, illi matrimonio, ut finẽ sortiri possit; & ibi ponit aliquas qualita-

qualitates, quæ faciunt uideri ipſam matrem affectam, per conſequens ſuſpectam: ueluti ſi maſculus ſit ſuperior puella diuitijs, nobilitate, potentia, uel honore: nõ eſt dubium, quod unum tantũ ex prædictis ſufficeret, quum lex loquatur alternatiuè, ut ibi declarãt Doct. poſt Specul. tit. de teſti. §. i. Item nõ eſt dubium, quod de diuitijs ibi dicitur &c̃. gratia exempli dicitur. Et exempla non reſtringunt regulam. l. damni infecti. de damno infecto. Quare per illa exempla quę demonſtrant matris deſiderium, eſt dicendum, quod ſi àlio modo cp̃ aliquo prædictorũ quatuor, poſſet apparere quod mater appeteret & affectaret hoc matrimonium filię, tunc abſolutè teſtimonium matris nõ admitteretur pro filia. & ita tradit Dec. cõſil. cccx. quẽ etiã allegant cõſultores primi. Et quod de matre dicitur, idem de ſororibus eſt dicendum, quę per ſimilem affectionẽ repellerentur, ut tradit Abb. in d. c. uidet̃. in fi. qui matri. accuſa. & in d. c. ſuper eo. quod cõſanguinei plus & minus ſunt ſuſpecti, prout magis cõiuncti ſunt & affectionẽ habent: quod in propoſito cõuenit ſororibus puellę. Affectio autẽ matris & ſororũ ad hoc matrimoniũ, probatur ex his quę dicunt̃ in conſilio prędicto. Sed unũ eſt remouendum quod obſtare uidet̃, illud quod dicit Imol. in d. c. ſuper eo. quod licet iuuenis ſit ſuperior puella, ſi tamen de matrimonio cõtracto ſubſit aliqua coniectura, tunc parentes poſſunt teſtificari pro filia: & coniectura erit ſecundum ipſum, quando adoleſcens deperibat in amore puellę: quod in caſu noſtro uerificatũ uidetur. ſed hoc nõ eſt dictum ſolius Imol. imò idem refert Abbas ibi uoluiſſe Hoſti. quod poſſent eſſe aliæ circunſtantiæ quæ facerẽt maternũ teſtimoniũ nõ eſſe ſuſpectũ, etiã data diſparitate: ut ſi nobilis multũ diligeret plebeiam, quam aliter habere nõ poterat, quàm ſi contraheret matrimoniũ. Sed hoc eſt intelligendum, ut ibi declarat Abb. & clarius Ioan. Andr. quando parentes erant perſonæ ualde honeſtæ, ita quod non ſufficeret eos eſſe bonæ famæ. ſic declarat Alex. uol. quinto, conſil. cliiij. col. ij. Vnde prædictæ autoritates nõ ſeruiunt puellæ in propoſito, ad tollendam ſuſpicionem, quę laborat contra matrem & ſorores, propter affectionem conſideratam in conſilio ſuperiore: quoniam fuiſſet opus probare, matrem & ſorores eſſe ualde honeſtas perſonas, iuxta doctrinã Bar. in l. i. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſtam. aper. quod quando non omnes teſtes ſufficiunt, ſed qualificati teſtes requirunt̃ ad faciendã aliquã probationẽ, qualitas eſt probanda, ut teſtimonium teſtis concludat. Ad illud uero quod in conſilio iuuenis dicitur, non ideo has mulieres fieri omni exceptione maiores, quod per alios hic ſucceſſus probari non poſsit: debet ergo probari poſſe in ſubſidium per minus idoneos, ut per Alex. uol. ſecundo, conſil. cciij. ad hoc ſufficienter reſponſum eſt, ſufficere iuueni ad reprobandum hos teſtes domeſticos, quod ex natura negotij alij haberi potuiſſent, licet actu ipſo nõ ſint habiti; quod ultra adducta in eodem cõſilio tradit laſ.

in l. cunctos populos. de summa trinit. & fide catholica. & tradit etiam Crotus in tracta. de testib. fol. v. nu. lxxi. & ibi etiam allegatur Marsil. in singulari xxiiij. & in practica causarum criminalium. & Decius hoc exponit præcise in terminis nostris, in d. consil. cccx. Oppositionem uero contra illam mulierculam internunciam nõ prosequor: quoniam habeo pro comperto, quod nõ sit testis idonea, quum de suo cõmodo agatur, matrimonio hoc impleto, ut ex processu constat. De qua etiam quod non sit testis idonea, adduco Crotum prædictum, nu. clxxvi. fol. x. & in additionibus aliæ ibidem quotę plures cumulantur. Non etiam attingo illam oppositionẽ adductam, quod testes in matrimonio (ut illud probent) debeant esse rogati. Nam & hoc difficultate non caret, ut per Præpos. Alex. in c. ex parte. de sponsal.

Absolutis modo exceptionibus contra personas, aliquid etiam dicere libet de illis quæ dicta testium respiciunt: & in superioribus unã examinaui, an successus probatus à testibus, dato quod nulla personali oppositione repelli possint, inferat ad probationes matrimonij. Sed quoniam illud maxime est necessarium in casu nostro, in quo agitur de matrimonio cõtracto inter absentes per epistolam, ut uideatur, an hęc epistola cum anulo transmissa puellę, fuerit scripta per ipsum iuuenem (nõ enim extat hæc epistola, quæ fuit sibi restituta, ut ex processu constat: quæ si extaret, & producta fuisset, planè indicaret formalia uerba super matrimonio prolata) quum per iuuenẽ nulla fuisse scripta testetur. Cui etiam ille famulus tunc puellę, assentitur: propter quod non modica suspicio oritur, quod literę illæ non continerent illud quod est articulatũ, tum quia iuuenis hoc negat, & ab uno teste prædicto sic consentiente probatum est: tum etiam quod uerisimile sit illas literas non fuisse restitutas, si matrimonium cõtinuissent. Probabilius est credere, quod uerba amatoria continerent. Sed esto quod cõtinerent uerba matrimonij, nónne necessum est, uiro negante tales literas scripsisse, quod conuincatur literas sic expresisse ut articulatur? & præterea, quod fuerint literæ suæ certę. hoc ab aliquo non est negandum. Hoc autem quod literę illę fuerint literæ suæ, mea opinione nullo modo potest dici fuisse probatum. Est enim præsupponendum quod illæ literæ non extant, nec sunt in iudicio productæ, sed earum tenor refertur ab illis mulieribus. Esto quod continerent illum sensum articulatum, & à testibus enarratum, si uolumus quod illa uerba probent consensum iuuenis, necesse est apparere, quod illa epistola fuerit scripta per iuuenem: quoniã scripta ab alio non probaret, quantum ad iuuenem. Modus autẽ probandi quod fuerit scripta à iuuene, est, quod fuisset uisus illam scribere à testibus sic deponentibus, ut Imol. dicit in c. ij. de fide instru. & in l. nuda. de dona. quamuis etiam hoc dictum sit dubium, & contrarium dicit Corn. consil. lviij. lib. iij. quia secundum ipsum, licet testes uiderint scribi literas,

si non

ſi non atteſtantur illud quod in ſcriptura continetur, nõ probarent, potuiſſent enim decipi: quia alius potuiſſet literas contrà facere. quod etiã ſequitur Aret. conſil. lxiiij. & Soci. cõſil. cclxxiiij. Et propterea tenetur cõmuniter, quod priuata ſcriptura probet̃ eſſe ſcribentis, quando cõparatio & teſtes ſe mutuò adiuuant, ut declarat Bar. in Authen. at ſicõ- 26
tractus. de fide inſtru. Et Bal. in Authent. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. & Abb. in d. c. ij. de fide inſtru. Quod ſi uelimus loqui in terminis noſtris, uidelicet de epiſtola, cõmunis opinio doctorum eſt, ut differat ab apocha: & ſuperius allegata loquũtur in apocha. Et ideo quod epiſtola probetur eſſe ſcribentis, neceſſe eſt id fieri ex ſola comparatione literarum, ſiue teſtibus, uel etiam à ſolis teſtibus, ut dicit Bart. Imol. & alij, in l. ſi ita ſcripſero. de cond. & demonſt. Butr. & Imol. in d. c. ij. & Bart. in l. nuda. de dona. licet Abb. ibidem in d. c. teneat non probari per ſolam comparationem literarũ: quam opinionem defendit Laſ. in l. admonendi. de iureiurand. nu. cxxxix. Sed ſiue cõparatio ſola plenè probet epiſtolam miſſam, ſecundum cõmunem opinionẽ, ſiue non probet, idem eſt effectus in caſu noſtro: præſupponit etenim comparatio, eſſe præ manibus duas ſcripturas eiuſdem ſcribentis, unam ex qua fit comparatio, & aliam ad quam fit comparatio: & debet conſtare de una quod ſit ſcribentis, alia uero quæ negatur, debet comparari ad extantem. ſic declarat Sali. in l. comparationes. C. de fide inſtru. Et ibidem etiam Paul. de Caſt. & Alex. uol. ſexto, cõſil. ccxxxix. ij. col. Quare in caſu noſtro, quum nõ extet hęc epiſtola à qua trahitur uinculum matrimonij, quomodo per comparationẽ probabitur quod ſit ſcribentis, ex alijs ſuis literis, quæ ſuę eſſe aſſeruntur, quum nec illæ pro ſuis ſint agnitæ? Certe non uideo quomodo de cõparatione loqui poſsimus. Nec dicatur, teſtes hoc deponentes uidiſſe has literas: & ideo dicere, quod per cõparationem aliarũ literarũ, quas plures puella habuit à iuuene, iſtæ etiam fuerunt ſuæ: iſte enim modus probandi damnatur à doctoribus: quia non ſufficit teſtes dicere, quod ſit litera manu talis, quia cognoſcit literam, & habet illam notam: poſſunt enim decipi in cognitione ſcripturæ, ut declarat Alexan. in d. conſil. ccxxxix. & in alijs locis adductis in conſilio prędictæ Vniuerſitatis: & etiã notãt Doct. in d. cõſil. ij. & in d. l. admonendi. Sic igitur concluſiuè dico, quod iſti teſtes etiam ſi eſſent habiles & perſonę non ſuſpectæ, nõ tamen probarent, illam epiſtolam fuiſſe ſcriptam per iuuenem, per rationem quam adducunt, quę proximè fuit reprobata. Non etiam quippiam probant de cõparatione: quoniam quum fit cõparatio, debent eſſe præ manibus ſcripturæ & literæ 27
comparandæ, & à iudice deputari debent periti qui faciant cõparationem, qui debent iurare, & partes etiã aliud iuramentũ facere, iuxta tex. & ibi not. in l. comparationes. de fid. inſtru. & aliàs, ut ibi dicit Paul. de Caſt. poſt Bal. quẽ allegat, cõparatio eſſet nulla. Eſt ergo impoſſibile

in casu nostro, quod istæ literæ substantiales, quum non extent, & negatę sint à iuuene, possint probari suæ, per comparationem aliarū suarum literarum: nec à testibus probantur, qui non uiderunt illas scribi: sed tantum dicunt se habere notam manum scribentis: hoc enim non sufficit, ut ex prædictis apparet. Quod si suæ nō probantur, quomodo dici poterit, per illas literas probatum esse consensum suum super matrimonio cū puella? certe nullo modo. Et ex istis omnibus puto aperte demonstratū esse, ius iuuenis fore probabilius cę puellę, & ideo sententiam esse in melius reformandam.

Vt suprà conclusum est, iuris esse puto & consulo ego Antonius Quetta, iuris utriusq; Doctor, reuerendissimi dñi ac illustrissimi principis domini Cardinalis & Episcopi Tridentini cancellarius & consiliarius, alterius rectius sentientis consilio & iudicio semper saluo. 10

Summaria Consilij sexti.

1 Viam ferro aperit, qui per contraria uadit.
2 Iura incorporalia causam discontinuam habentia, prę scribi non possunt, nisi tanto tempore, cuius initij non extat memoria.
3 Qualitas rei ex nomine cognoscitur.
4 Malæ fidei possessor est, qui contra leges mercatur.
5 Ad legitimam præscriptionem titulus & bona fides necessaria sunt.
6 Incorporalia iura præscribi non possunt, nisi sciente & patiente aduersario.
7.26 Inter coniunctos præsumitur esse liberalitas.
8 Non sufficit iura incorporalia uti aliquo iure cœpisse, nisi quis probet iure seruitutis usum fuisse.
9 Nemo res suas iactare præsumitur.
10 Actus nostri uoluntarij non latius extenduntur, quàm ad id quod uolumus.
11.29 Seruitus personalis morte utentium extinguitur.
12 Aequiualentia uerba tantum operantur, quantum propria.
13 Remotissima tempora id habere præsumitur, cuius certum nō apparet initium.
14.20 Dicta testium non tam ex uerborum cortice, quàm etiam sensu sunt ęstimanda, eorumq; dicta adiuuanda potius sunt, quàm calumnianda.
15 Propter maximā temporis longitudinē, prę sumptiua probatio rectè admittitur.
16 Actus qui sumptus requirit, ab eo factus præsumitur, cuius interest.
17 Cui signum, eidem etiam signatum competit.
18 Fama quæ fulcitur probabilibus cōiecturis, & ex probabilibus causis ortum habet, & quam uehemens opinio coadiuuat, plenè probare dicitur.
19 Communis loquendi usus, omni regulæ & constitutioni in exaudiendis sermonibus, derogat.
21 Voluntas ex ipso facto apparet.
22 Notitia ex actus frequentia præsumitur.
23 Frustra de titulo & bona fide disputatur, ubi adest prę scriptio temporis ultrame
24 Ex diuersitate rationis, oritur diuersitas iuris. (morialis.
25 Testis de facto, non de iure deponere debet.
27 In dubio quilibet præsumit proprio magis nomine quàm alieno aliquid facere.
28 Quod non est uerisimile, non debet attendi: quia nō uerisimilia, falsitatis habent imaginem.
30 Ius uenandi inter seruitutes prædiales censeri potest.

CONSI-

ILLVSTRIS, reuerendiſsime & gratioſe domine, in cauſa & diſſenſione iſta, coram reuerēda ueſtra paternitate, inter Sigiſmundum & Chriſtophorum de X. cōtra nobiles Vuernherum, dum uixit, & Ioannem Conradi eius filiū de I. nunc reum, pendente, occaſione iuris uenandi, quod agentes in nemoribus & ſyluis dictorū de I. prætenderunt &c. poſtq; acta & actitata unà cum teſtibus & inſtrumentis uidiſſem, occurrerunt rationes & fundamenta ex utraq; parte, quæ iudicantis animū nonnihil diſtrahere & perplexum reddere poſſent. Veritatem tamen quę mihi uiſa eſt, à V. R. P. requiſitus, breuibus aperire uolui. Et quia uiam ferro aperit qui per contraria uadit, ut dicit Bald. in l. precibus. C. de impub. & al. ſubſtit. unde primo pro parte rea rationes & argumenta adducere placuit. Et primo, quod cum ex meritis cauſæ conſtet, quod ſyluæ, nemora, ſaltus & fundi in actis ſpecificati, cum iuriſditionibus, bannis, uulgò Forſt, & alijs pertinentijs & utilitatibus, pro maiori parte ad reum iure dominij pertineant: hoc enim ex teſtibus utriuſq; partis, & ex inſtrumento emptionis in actis producto, ſatis liquet, quod & ipſi agentes non contradixerunt: uidetur quod reus fundatam in iure habeat intentionē, quod agentibus ſeu eorum anteceſſoribus, citra ius ſeruitutis non licuerit nec liceat in dictis ſyluis & nemoribus, tanq; in re aliena uenari, & in ferarū capturam ſucciſis lignis ſyluam cingere, uulgò hagen, (ut luriſconſulti uerba uſurpē in l. in lege. ff. loca.) aut alia id genus uſurpare. fa. l. diuus Pius. ff. de ſeruit. præd. ruſt. c. nemo retia. in uſib. feud. de pac. Conſt. Imò iniuriarū tenerētur qui talia uſurparent. l. iniuriarū. §. ſi quem. cū concord. in gl. ff. de iniur. Nec ad rem pertinet, quod agentes eorum intentionem prę ſcriptione legitima tueri pergant, uidelicet quod anteceſſores eorū huiuſmodi ius uenandi in locis prædictis ab antiquo prę ſcripſerint &c. Cum enim dicta iura ſint incorporalia, cauſam diſcontinuam habentia, prę ſcribi non potuere, niſi tanto tempore, cuius initij non extat memoria, ut eſt gl. magiſt. in l. ſeruitutes. iiij. ff. de ſeruit. Ad quam præſcriptionem probandam, neceſſe eſt quod teſtes deponant, ſe ſemper ea uidiſſe & audiuiſſe obſeruari, & nunc; uidiſſe uel audiuiſſe contrarium, nec eſſe de contrario memoriam, & quod uſq; ad centū annos fuerit & ſit cōmunis eius rei opinio & fama, ut uoluit gl. in c. i. ad fin. in uerb. memoria. & ibi Petr. de Ancha. Idem Philip. Franc. de prę ſcript. lib. vi. Cyn. in l. ij. quæſt. viij. c. de ſeruit. & aq. Flori. in d. l. ſeruitutes. idem in l. ſi arbiter. ff. de probat. Specul. in tit. de probat. §. i. uerſ. ultimo quæritur. Innoc. in c. ueniens. c. quid per nouale. & ibi Ant. de But. de uerb. ſig. idem Ant. de But. in c. ueniens. de teſtib. cum infinitis ſimil. Nunc in propoſito, ſi per depoſitiones teſtium pro parte agentium productorū percurras, ea probandi forma laborare uidetur. Nemo enim deponit, quod anteceſſores agentiū ultra hominū memoriam

1

2

uenationem exercuerint, uel, quod à centum annis in prædictis cõmunis opinio & fama fuerit. Et quamuis agentes in actis seſe defenderint per domum uenatoriam in C. ædificatã, quasi per eam detur causa continua, & sic tempus minoris præscriptionis sufficiat &c. at hoc agentes non releuat, quia exercitiũ uenationis huius quęstionis propter dictam domum uenatoriam, causam continuam non habet, sed disconti nuam. Cum enim actus uenandi exerceri sine facto hominis non poterat, consequens est, quod nec dicta domus uenatoria conducere uenationi sine facto hominis potuerit. At facta seu actus hominũ sunt discontinui, ut eleganter dicit Philip. Corn. consil. cclxviij. col. v. in prima part. allegat l. foramen. ff. de seruit. urb. præd. & fa. quæ traduntur per Doct. in d. l. ij. C. de seruit. & aq. gl. in d. l. seruitutes. iiij. ff. de seruit. & ibi Doct. Itaq; agentes se minori præscriptione, propter assertam causam continuam, subleuare non possunt. Ex prędictis etiã patet, quod anteceſſores agentium, ad huiusmodi eorũ assertum ius, nec titulum ullum unq;, nec bonam fidem habuerint. De non titulo apparet, quia agentes in actis nullum allegarunt. Quod autem bona fide careant, ex eo liquet, quod contra iuris prohibitionem, uenationis factum in alienis, puta rei, syluis & nemoribus usurparũt, ut suprà ab initio dictũ est. Ad quod accedat, quod dictę syluę & nemora ad reum pertinentia, sint quodam banno ab usu extraneorum semota, uulgò, ein Forst, id quod
3 in instrumento emptionis est expressum. Ex nomine enim qualitas rei cognoscitur. Bald. consil. xlvi. ante fi. i. part. Vnde non licuit parti aduersæ, fines & banna syluarũ, usurpatis huiusmodi uenationibus mo-
4 lestare. arg. l. si cõstiterit. in fi. C. fin. reg. Cum ergo is qui contra leges mercatur, sit malæ fidei possessor, ut dicit Bar. in l. quemadmodũ. C.
5 de agr. & cens. lib. xi. & cõstat quod ad præscriptionem legitimã utraque, scilicet titulus & bona fides, sint necessaria, ut per iura uulg. Bart. in l. Celsus. in fi. ff. de usucap. idem in l. i. C. de usucap. trãsfor. Paul. de Cast. in d. l. seruitutes. ij. & iij. col. Doct. in c. si diligenti. de prę script. Bal. in l. i. C. de seruit. cum simil. consequens est dictam præscriptionẽ non tenere. Accedat quod anteceſſores agentium dictas uenationes usurparunt, domino syluarum & nemorũ Vuernhero de l. absente & ignorante, imò dum rem cognouit, resistente, & cincturam maceriei, uulgò, den hag, destruente: hoc enim in actis per reum allegatũ, & per secundum testem agentium dictum est. Et maxime eo uero existente, quod eo tempore quo anteceſſores agentium huiusmodi facta usurpa runt, is Vuernherus in Austria & minorennis fuerit, castrumq; suum cum omnibus bannis, syluis, nemoribus, & alijs rebus, per consanguineum suum Ioannem de l. tanq; curatorem gubernatum & administratum fuerit: nec sit ex testibus quisquã qui deposuerit, quod dicto Vuernhero sciente & patiente, dictę uenationes usurpatę fuerint: quo

casu

casu uulgata doctrina locum habet, qua dicitur, incorporalia iura prę- 6
scribi non posse, nisi sciente & patiente aduersario. Paul. de Castr. in
d.l.seruitutes.iij.col.in iiij.requisito. Doct. in d. l.ij.c.de seruit. & aq.
& dicit Bar. Cepoll. in tract. seruit. cxx. quod in ista scientia & patien-
tia aduersarij consistat quasi possessio iurium incorporaliū. per l. quo-
ties. ff. de seruit. Præterea si etiam antecessores agentium aliquando
uenationes in dictis locis exercuissent, prę sumi oportet, quod per cura
tores & administratores dicti Vuernheri, in eius absentia, iure familiari
tatis & amicitiæ, & non ullo iure seruitutis constituendæ, ea uenatio
permissa fuisset. Cuius rei magnum in actis argumentū deductum est,
quod dictus Ioannes de l. curator Vuernheri, sororem suam nuptui
dederit uni ex antecessoribus agentium, ut sic affinitatis nexus effece-
rit, quod ex familiaritate & gratia, dictis antecessoribus uenationibus
uti in locis supradictis, indultum fuerit. Nam inter coniunctos præsu- 7
mitur esse liberalitas, ut dicit Bart. consil. xvi. nu. ix. in primo uol. qui
alleg. l. si seruus cōmunis. ff. de don. int. uir. & ux. l. Procula. ff. de pro-
bat. Bal. l. i. uel ij. C. de iur. dot. cum multis concord. Nec enim uerisi-
mile est quod dictus curator, absente & ignorante minore, cuius cu-
ram gerebat, uenandi facultatem (seruitutis iure) in graue negocium
dicti Vuernheri permiserit. arg. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt.
cum magni sit inter nobiles præiudicij, quod alter in alterius syluis &
nemoribus uenatoria facta usurpet. Huic accedat notabilis doctrina
Innoc. in c. cum ecclesia sutrina. de caus. possess. & propr. quod in ac-
tibus istis indifferētibus, qui iure familiaritatis uel iure proprio fieri pos-
sunt, potius actus familiaritatis quàm iuris proprij præsumatur. In iu-
ribus enim istis incorporalibus non sufficit iure aliquo uti cœpisse, nisi 8
probet se iure seruitutis usum fuisse. quod per longum prosequitur In-
noc. ut suprà, quem eleganter et diffuse recitat Ant. de But. ibidem col.
vij. qui allegat l. fin. ff. de itin. actuq; pri. xxiij. dist. c. presbyteri. Nec
enim uerisimile est quod quis iactet res suas. l. cum de indebito. ff. de 9
probat. c. quia diligentiæ. de elect. & fa. in arg. c. cum Adrianus. lxiij.
dist. c. cum uero. viij. q. ij. Et in hanc doctrinā uidetur inclinare Ioan.
Fab. Instit. de rer. diuis. §. ferè. Ad prædicta fa. l. fin. ff. quemad. seruit.
amitt. & est tex. not. in l. qui iure. ff. de acquir. poss. & ibi gl. Bar. Ang.
& eleganter Paul. de Castr. & sensit ibi Alex. cum res aliqua iure pro-
prietatis ad Titiū pertineret, & alius quispiam in possessione partici-
pet, is præsumitur iure familiaritatis possidere, uel sustineri. & fa. quæ
Bar. tradit in l. & habet. §. hospites. ff. de precar. Et ad prædicta fa. re-
gula uulgata, qua dicitur, actus nostros uoluntarios non extendi latius 10
quàm ad id quod uolumus. l. fi. C. ne ux. pro marit. Bar. in l. Titiū &
Meuium. §. altero. ff. de admi. tut. l. tutor. C. de neg. gest. Philip. Cor.
consil. ccli. B. iiij. part. Nunc in proposito, cum cōstet syluas, nemora

& sat us iure proprietatis pertinere ad nobilem familiam de l. præsumi necessariò debebit, nobilibus de X. non aliter cꝫ ex gratia & mera uoluntate ius uenandi datum fuisse, ut ita ea uenandi facultas ueluti precariò concessa fuerit, id quod etiam secundus testis reorū deposuit, uidelicet, Es sey vß freündschafft beschehen/ id est, factum esse iure familiaritatis uel amicitiæ: quo casu iure infertur, dictum ius uenandi præscribi non potuisse, per iura suprà allegata, & per Doct. in d. l. seruitutes.

Quibus consequens est, agentes in eorum intentione subleuari non posse, in eo quod dicunt & prætendunt, se participasse in expensis domus uenatoriæ instaurandæ & reficiendæ, & quod de feris captis partem aliquam deportauerint. Nam quia laborarūt cum alijs uenando, gratitudinis erat eis partem capturæ distribuisse. Sed per hoc actus precarius non cōmutatur, quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l. i. C. de impo. lucr. descript. lib. x. cum uulg. Deniq; fructuum participatio uel cōmunicatio nihil infert ad cōmunicationē proprietatis. Salic. in l. si patruus. C. cōm. utri. iud. Deniq; dato quod iure seruitutis dicta uenandi facultas præcessoribus agentium competisset, tamen quia esset seruitus anomala, uel saltem personalis, utpote quæ nō prędio dominanti, sed personæ debita fuisset, unde morte utentiū iam diu esset extincta. gl. et Doct. in l. ut pomum. ff. de seruit. Bar. in l. item Mela. ad fi. ff. de alim. leg. gl. in l. pecoris. ff. de seruit. rust. cum simil.

Tandem dato quod prędictū ius uenandi esset seruitus realis, tamen quia agentes ea seruitute in uiginti annis & amplius nō sunt usi, id quod ex actis satis cognoscitur: consequens est, dictos agentes eandem seruitutem tanto tempore non utendo amisisse. l. fin. & ibi Bald. & Doct. C. de seruit. & aqua. l. sicut. & ibi Bart. C. eod. tit. cum simil.

Hæc sunt quæ pro reo partim in actis deducta sunt, partim deduci poterant.

Sed his non obstantibus, sicut meo iudicio uerè non obstant, breuiter dico, quod nobiles de X. antecessores agentium, ius uenandi in syluis & fundis præsentis quæstionis legitimè prędescripserint, tempore ultramemoriali, scientibus & patientibus aduersarijs, fama etiā ut in antiquis ualida, concurrente. Quæ assertio cum in ea iudicationis pondus pendeat, ne reuerendissimam V. P. fallam, per testes in actis productos, & per iura euidenter est roboranda. Et primo constat per testes agentium probatum esse, quod maiores seu seniores ipsorū agentium, ab annis XX. XXX. XL. L. LX. LXX. & amplius, hoc ius uenandi exercuerint in syluis & nemoribus articulatis, prędesertim ad aduersarios pertinentibus. Hæc patêre æquo iudici possunt, per primum testem LXXX. annorum, tertium testem XC. annorum, quartū testem LXX. annorum, quintum testem LXXXI. annorum, sextum testem LXXX. annorū, septimū testem LXX. annorū, octauum testem LX. anno-

annorum, nonum LXXV. annorum (qui est filius uenatoris nobiliū de X. & cum aliȝs optime deponit) duodecimum testem XC. annorū, uigesimum tertium testem LX. annorū, uigesimum septimum testem LXX. annorū, dum deponūt super iȷ̄. iiȷ̄. v. & vi. articulo agentium, & super xix. interrogatorio reorum. Prętera nonnulli ex illis senes deponunt, antecessores agentium hoc ius uenandi exercuisse quamlonge eorū memoria extendatur. ita deposuere tertius, nonus, decimus octauus, uigesimus, uigesimus tertius. & cōstat stari debere testibus senioribus, ut dixit gl. singularis in l. cum quid. ff. si cert. pet. Vltra quos plerisq; aliȷ̄ ex testibus, qui hic propter breuitatem non enumerantur, deponunt de annis quadraginta, quibus hoc ius uenandi uiderunt, & aliquando ei interfuerunt. Et hoc in omnibus testibus satis conforme est, quod ipsi per ea tempora de quibus deponunt, aliquando uiderint & interfuerint eisdem uenationibus, nominando super interrogatoriȝs personas ad indiuiduum, qui & pariter interfuerint. Quibus testibus simul collectis & pluribus, modo standum esse iura exigunt. l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. c. in nostra. eo. tit. Bar. in l. si duo. uti poss. Ant. c. licet etenim. de probat. Prædictæ itaq; depositiones mihi omnino sufficere uidentur ad probandum ultramemoriale tempus. Licet enim non per uerba formalia tempus centum annorū nominatum sit, per æquiualentia tamen uerba eam temporis longitudinem satis apparuisse puto, cum antecessores agentium ante uiginti annis, ulterius per XL. L. LXX. annos, imò per tempora memoriā seniorū testiū exceden tia, ius uenandi exercuerint: quæ certe esse æquialētia, nemo negabit. & dicit Bal. cōsil. ccccxxxviȷ̄. ȷ̄. parte, in fin. æquiualentia uerba tantū 12
operari, quantū propria. & idem Bal. consil. cclxȷ̄. ante fin. in ȷ̄. parte.

Quæ cum ita sint, nō est apud me dubitabile, quin antecessores agentiū hoc ius uenandi ultra hominū memoriā prȩscripserint. In remotissima em̄ tēpora sursum uersum durasse præsumit̄ id, cuius certū nō ap 13
paret initiū. l. si arbiter. ibi gl. ff. de proba. Bal. in c. causam. de prȩscrip. Itaq; testium dicta non tam ex uerborum cortice, q̄ȝ ex sensu sunt æsti- 14
manda. Barba. consil. vi. fol. xviij. in primo uol. Eorum enim dicta adiuuanda potuis sunt, q̄ calumnianda, dicit Ioan. de Imol. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de uerb. oblig. & uoluit Bart. in l. i. ibi Ias. iiȷ̄. col. ff. si cert. pet. Eo accedente, quod propter tantam temporis lon- 15
gitudinem, præsumptiua probatio recte admittitur. d. l. si arbiter. Bal. in l. conuenticulam. C. de sacrosan. eccles. idem in Authen. quas actiones. in fin. C. eo. tit. ubi allegat gl. in l. proprietatis. C. de probat. cum simil. Et ita recte præsumitur, eam seruitutem uenandi à centum annis duravisse, quæ memoriam testium, qui sunt ualde senes, excessisse comprobatur. Ad prædicta faciunt quæ eam in rem consuluit Bal. consil. cxxv. in prin. & consil. cx. per totum, in prima part. Coadiuuātur prę-

dicta certo argumento & probabili coniectura, quæ ſumitur à domo uenatoria in monte C. conſtituta, quæ ab antiquo cõmunis fuit tribus familijs, nempe Vuernhero de I. de Vuolfſtein, Ioanni de I. de Vnderaſchingen, & nobilibus de X. ita ut cum per iſtas partes uenatio exerceretur in ſyluis & nemoribus, de quibus in actis, præſertim cum apros uenarentur, in eandem domũ cum canibus & inſtrumẽtis diuerterint, carnes ferinas inter ſeſe diuidentes. Eo uero exiſtente, quod dictæ tres familiæ domũ huiuſmodi reſtaurarint, & in debita ſtructura ſartísque tectis (expenſis eorum proprijs) ab antiquo habuerint, prout hęc omnia quaſi per omnes teſtes agentium ſunt probata. Ex quorũ etiam dictis apparuit, quod ſenior de X. ſumptus aliquãdo maiores quàm alię partes ſuſtinuerit. Ex quo liquidò apparet, quod ei competierat intereſſe, quo ad ius uenandi, quod ex dicta domo adiuuabatur. Et cõſtat, 16 quod actus qui ſumptus requirit, ab eo factus præſumitur cuius intereſt, ut dicit Franc. Curt. conſil. lxxvi. col. iiij. Et quod dicta domus in cõmuni uſu trium familiarum fuerit, adſtipulantur etiam teſtes reorũ. Per quæ euidens argumentũ & coniectura ſumitur, quod anteceſſores agentiũ, in quorum uſu dicta domus uenatoria ab antiquo fuit, etiam ius uenandi eis in locis habuerint, propter quę domus iſta tanq̃ uenatorum receptaculum & canum conſtituta fuit: ut ſic domus huiuſmodi dictis familijs ſignũ fuerit iuris uenandi in locis prædictis, ideo, cum 17 per manus traditur, ſi cui ſignum competit, ei etiam ſignatũ competere. l. ſignata. C. de fabri. lib. xi. gl. fi. in l. moueor. C. ſi ſer. expor. uene. & fa. l. pen. §. fin. C. de aq. duct. eo. lib. xi. arg. xxiij. q. iiij. c. diſplicet. & Luc. de Pen. in d. l. ſtigmata. cum multis concord. Quod autem pro parte agentiũ in actis prętenditur, per dictam domum uenatoriã dari cauſam continuam dictæ ſeruituti uenandi: non credo fundatũ, & poterat omitti. Cum enim ipſum uenandi exercitium cauſam habeat diſcontinuam, per gl. & Doct. d. l. ſeruitutes. iſta domus uenatoria, quæ pro priuato receptaculo uenatorum ædificata eſt, nihil poteſt conferre cauſæ continuę, ut per hoc perpetuus ſit uenandi procurſus. Vnde domus huiuſmodi nihil aliud quàm pro ſigno & argumento eſt, quod agentium prædeceſſores facultatem uenandi ab antiquo habuerint, & in eum uſum domo participarunt: quod ſufficit. Accedat ad omnia ſupradicta, fama ualida, & cõmunis hominũ opinio, in eiſdem locis habitantiũ: per quam cõmuniter ita tenetur & reputatur, quod agentes & prædeceſſores eorum, in ſyluis & nemoribus articulatis (præſertim quæ ad Vuernherum & eius filium pertinerent) uenandi facultatem habuerint, & habeant, uulgariter, Darbey den inwoneren vnd nachpauren ſo der end ſitzen/ein geſchicklichkeit vnd haltung ſey/das die kleger vnd ihr vorfaren/der enden zůiagen vnd zůhagen haben. Quæ fama quaſi per omnes agentium teſtes, (modicis exceptis) concorditer probata eſt. Siquidem per uigintiſex

teſtes

teſtes & amplius, dicta fama firmata eſt: quo caſu nulla mihi relinquitur dubitatio, quin dicta fama in antiquis iſtis factis, maxime cõiuncta depoſitionibus teſtium ſuperioribus, & alijs coniecturis præmemoratis, non tam fidem quàm ueritatem ipſam doceat. Bal. conſil. ciij. in fin. ij. part. & cõſil. lxxv. uerſ. tertio. iij. part. ubi dicit, famã multũ antiquam facere notorium. idem Bal. in l. cum ſuper. in fin. C. de rei uend. ubi famam dicit ſufficere, licet non probetur titulus. & in d. Authent. quas actiones. idem tenet Inno. in c. ueniens. de uerb. ſig. uolens quod in antiquis fama plenam probationem faciat. Ad prædicta fa. gl. in l. atqui. §. cum me abſente. & ibi Ang. & Doct. ff. de neg. geſt. quam gl. Ang. in l. Titius. ff. quibus mod. pig. ſingularem reputat. fa. tex. in l. ij. in uerſ. amouente ueteris obſeruationis gratia. ff. fin. reg. Addo Barb. hoc diffuſe tractantem in conſil. vi. nu. vij. ſecundo uol. & conſil lxxx. nu. ix. eod. uol. Et quamuis nõnulli teneant, quod ſola fama etiã in antiquis factis non plenè probet, cum facile confingi fama poſsit, ut per Philip. Corn. conſil. cccliij. per totum, in iiij. part. tamen cõmuniter eſt receptũ, famã quæ fulcitur probabilibus cõiecturis, & ex probabilibus cauſis ortũ haberet, & quã uehemens opinio coadiuuaret, plenè probare. Imò Alex. in l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæſt. recitat quendã Guiliel. de Trenno. cõſuluiſſe, q̃d ſufficeret ſi decem teſtes de fama etiã ſine cauſis ſcientiæ depoſuiſſent. & dicit Alex. quod Sabi. & Flor. & multi alij ei cõſilio ſubſcripſerint. Deniq; idẽ Corn. cõſil. cxxx. in litera F. iiij. part. tenet, quod fama in antiquis plenè probet. per d. l. ſi arbiter. & per multa iura quæ allegat. Et quod fama in antiquis factis plenè probet, tenuit etiam Alex. conſil. xv. in fin. in v. part. allegans iura ſuprà deducta, & alias concord. ad ſatietatem. Et fa. ad hoc quæ eleganter conſuluit Barb. conſil. xli. nu. ij. & iiij. in primo uol. & conſil. xxvij. nu. iiij. & v. in conſil. v. nu. v. tertio uol. & omnino Salic. in ſuo cõmento, in l. ea quidem. C. de accuſa. Bal. l. teſtium. C. de teſti. Nunc in caſu præſenti, cum per tot plures teſtes probatum ſit anteceſſores agentiũ à uiginti annis ius uenandi exercuiſſe, & eam in rem ab antiquo domũ uenatoriam in C. in ſtructura cum alijs cõſortibus conſeruaſſe, abeundi & redeundi facultatem in eam domũ & ex ea pro cõmodo uenationis habuiſſe, partem captarum in uenatione ferarum accepiſſe: & inſuper poſt tot argumenta, imò facta notoria, tam cõmunem plurium famam eam in rem apud circunhabitantes fuiſſe: hæc certè fama tot argumentis ornata, non poteſt non eſſe recte legitima & ualida.

Quæ cum ita ſint, nõ obſtant ea quæ pro parte aduerſa ſuperius ſunt obiecta. Et primo non obſtat, quod nemora & ſyluæ in actis nominatæ, iure dominij ad partem aduerſam pertineant: ſitq; intentio ipſius de iure fundata, quia hoc uerum eſſe poteſt, ſaluo tamen iure uenandi, quod anteceſſores agentiũ in eiſdem locis præſcripſerunt, ut ſuprà

latè probatū est. Et per prędicta nō obstat quod prętenditur, agentes in alienis locis contra iuris prohibitionē uenari &c. quia cum eam uenandi facultatem legitimè pręscripserint, non faciunt quicq̄ illicitū, uel quod sit contra iuris prohibitionē. Nihil enim alieni usurpant, sed quod suum est tuentur. Porrò non obstat, quod pars aduersa negat antecessores agentium dictum uenandi ius pręscripsisse, quasi ultramorialis præscriptio non sit probata, & quod agentium testes non deposuerint, se semper ea uidisse & audiuisse obseruari, & nunc̄ uidisse uel audiuisse contrariū, nec esse de contrario memoriā &c. quia satis suprà deductum est & fundatum, quod testes per æquiualentia uerba in effectu tantum deposuerunt, ac si dictis formalibus uerbis deposuissent. Nam testes tam senes, tanto numero, de quinquaginta, sexaginta, septuaginta annis deponere, & quod usus uenandi memoriā eorum excesserit, ipsa ui & effectu tantum operatur, ac si centum annorū curriculum expressissent. Nam et suprà probauimus, non referre quid in æquipollentibus fiat. et sa. Alex. in l. iij. §. ideoq̄. ff. de test. et in l. i. §. fin. ff. de uerb. oblig. nisi de formalitate uerborū testes interrogarētur. sa. Ant. de Butr. in c. nihil. de uerb. sig. et dicit eleganter Bart. in l. ab emptione. col. fi. ff. de pact. æquipollens semper subaudiri et sufficere. allegat l. si mater. C. de instit. & substit. l. restituta. in prin. ff. ad Trebell. gl. in l. præses. C. de sent. ubi dum dicitur, sententiam cōtinere debere condemnationē uel absolutionem, dicit gl. uel æquipollens illi. Et debet iuxta cōmunem uulgi usum, in huiusmodi casu eorum depositio
19 iudicari legitima, cum cōmunis loquendi usus, omni regulæ & constitutioni in exaudiendis sermonibus deroget, ut eleganter dicit Franc. Curt. consil. lxxiij. col. xxvij. qui allegat gl. not. in l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. iij. Alex. consil. lx. col. ij. ij. part. & consuluit Philip. Decius consil. c. col. ij. qui alleg. Innoc. c. cum causam. de testi.
20 gl. l. i. C. de usufruct. cum sim. Eo accedente quod uulgò dicitur, testiū dicta non esse calūnianda, sed adiuuanda. Ang. l. ij. ff. de iur. om. iud. Bal. l. testium. iij. col. C. de testi. cum iuribus suprà allegatis. Et per prædicta etiam responsum est obiectioni partis aduersę, in eo quod dicebat, testes de fama & cōmuni opinioni deponere oportere à centum annis: quia hoc non fuit necessarium, cum in antiquis factis publica fama ueritatē importet, ut suprà per multa declarauimus. Et dato quod hoc necesse fuisset, tamen id satis in testium tam senum & antiquorum depositionibus colligi poterit, ut etiam ex suprà allegatis patuit.

Præterea non obstat, imò nihil facit, quod ex aduerso super causa continua uel discontinua propter domū uenatoriam disceptatur &c. quia suprà ipse ultro confessus sum, quod antecessores agentium causam continuam prætendere non possunt, sed discontinuā. At nec ipsa met agentibus nocet, cum hoc ius uenandi tanc̄ incorporale ultra ho

minum

minum memoriam, ut ſuprà ſatis docuimus, præſcriptum ſit. Vlterius non obſtat quod prætenditur, anteceſſores agentium abſente & ignorante domino nemorum & ſyluarũ, ſcilicet Vuernhero de l. dictã uenationem uſurpaſſe, quo tempore idem Vuernherus in Auſtria & minorennis fuerit &c̃. Quod ſi uerum eſſet, agentiũ cauſa laboraret. Sed cum dicta teſtium eorundem agentium perlegentur, ex maiori teſtium parte cognoſcitur, quod ſæpenumero dum anteceſſores de X. uenarentur ab antiquo, pr̃ſentes fuerint præfecti, famuli et familiares ipſius Vuernheri abſentis, & cũ ipſe ab Auſtria domum reuerſus eſt, etiam ipſe uel per ſe uel per ſuos dict̃ uenationi interfuerit. Hoc enim deponunt complures ex teſtibus agentium, id quod ex dictis eorum patêre poteſt: quo caſu ſine dubio ſcientia & patiẽtia ipſius Vuernheri comprobatur, id quod ad ſenſum patet: & uulgò dicitur, ex ipſo facto uoluntatem apparere. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. Pet. de Anch. conſil. cclxxxiij. qui allegat c. dilecti. ibi gl. de appel. gl. in l. de quib. ff. de leg. text. in l. Paulus. ff. rem rat. hab. et tex. in l. ſi tamẽ. §. & qui ſeruũ. ff. de ædil. edi. cum dicit̃, Multo enim amplius eſt id facere, quàm pronunciare &c̃. Sufficit igitur quod Vuernherus ipſo facto nõ ſolum ſciuit & paſſus eſt, ſed etiam conſenſit. & dicit Phil. Corn. conſil. cclxviij. litera H. iiij. part. quod in eo ſufficerent duo actus notorij. allegat Bar. in d. l. de quibus. Imò ſi dicta ſcientia et patientia per teſtes non adeò probaretur, tamen quia nemora præſentis quæſtionis ſunt multa, & multum ſpatij occupãt, et actus frequentes, notitia pr̃ſumeretur, ut dicit Corn. conſil. ſuprà allegato. Nec obſtat q̃d reſtitiſſe anteceſſoribus agentium Vuernherus dicitur, maceriemq; per ipſos factã deſtruxiſſe &c̃. quia hoc ſemel fecit, eo fortè tempore, quo à conſenſu reſilire uoluit. Sed ut per ſecundum agentium teſtem deponitur, quod dicti nobiles de X. huiuſmodi reſiſtentiã nõ curarunt, ſed ſuam quaſi poſſeſſionem uenandi continuarunt: quapropter iſta reſiſtentia nõ eſt curanda: imò, ut dicit Bart. Cepoll. in tract. ſeruit. c. xx. in vi. requiſito, per huiuſmodi reſiſtentiã præſcriptio cœpta fortificatur.

Porrò non obſtat quod prætendit̃, agentes nullum titulum in actis allegaſſe, nec bonam fidem præſumi &c̃. quia fruſtra de titulo & bona fide diſputatur, ubi adeſt præſcriptio temporis ultramemorialis: nam eo loci titulus non requiritur, & inſuper bona fides præſumitur. Ea em̃ præſcriptio uim habet priuilegij, conceſſionis & conſenſus intereſſe habentium, ut eleganter tenuit Phil. Corn. cõſil. ccciiij. ij. col. iij. part. qui allegat. l. ſi filius. C. de pet. hæred. l. qui in aliena. ibi Bald. Ang. ff. de acquir. hær. gl. Ant. in c. peruenit. de cenſi. idem Ant. in c. noſcitur. de his quæ fi. à prælat. Et quod non requiratur titulus, tenuit Paul. de Caſt. d. l. ij. C. de ſeruit. Ad pr̃dicta facit l. i. §. deniq;. ibi Bar. ff. de aq. plu. arc. Ioan. And. Domi. in c. ij. de pr̃ben. lib. vi. tex. & Doct. d. c. i.

21 22 23

ad fi. de præſcri. lib. vi. cū multis ſimil. quę allegari poſſent. Nec obſtat dictum Bald. in d. l. i. iiij. col. C. de ſeruit. bonā fidem non præſumi, ni ſi probetur titulus: qui loquitur de præſcriptione longi temporis, nos autem de præſcriptione ultramemoriali. Quod autem pro parte ad uerſa cōtendit ſuper banno ſylueſtri, uulgò Forſt uel Vuildpann &c. nihil facit. Quia ſint ſanè ſyluæ & nemora rei foreſteria (fingere enim nomen libuit) præſens tamen ius uenandi agentiū, quod per ultramemoriale tempus in dictis ſyluis legitimè præſcriptum eſt, per hoc non impeditur: quia non eſt nouum, quod iura ſeruitutū in alienis prædijs
24 præſcribi poſſunt: & per manus traditur, ex diuerſitate rationis, iuris 10
oriri diuerſitatem. l. i. in fin. ff. de calum. cum uulg. Præterea ex parte rei ualidè ſatis obijcitur, quod licet anteceſſores agentium aliquādo in præfatis locis uenati fuerint, hoc tamen curator Vuernheri Ioannes de I. eis ex gratia, familiaritate uel amicitia propter affinitatem, indulſerit: & proinde agentium anteceſſores eam uenationem precario exercuerint &c. cum multis alijs quæ in hanc rem ſatis urgenter opponuntur. Verū non uideo quod hęc ullo pacto obſtent. Nam primo, quod iſta uenatio ſit precario conceſſa, hoc nullibi in actis apparet, nec per teſtes utriuſq; partis probatum eſt. Quamuis enim ſecundus reorum teſtis depoſuerit iſtam uenationem ex amicitia permiſſam, tamen uni- 20
cus eſt & ſingularis, imò in totum ſuſpectus contra nobiles de X. nec ueriſimilia deponit. Porrò & iudicem ſe facit, dicendo, nobiles de X. non habere ius uenādi, quod tamen ei incompertum fuit. Teſtis enim
25 de facto, nō de iure deponere debet. Innoc. c. cū cauſam. de teſti. Doct. in l. teſtiū. C. eo. gl. et Doct. in l. ſtipulatio iſta. §. hęc quoq;. ff. de uerb. oblig. cum ſimil. Eo accedente, quod is teſtis ſeruus eſt reorū, nec cōperi in actis, quod uinculo ſeruitutis ſit relaxatus: itaq; dictum teſtem non credo eſſe curandum. Quod aūt ex aduerſo prætenditur, iſtam uenationem dictis nobilibus ex amicitia conceſſam, propter affinitatē &c. facti eſt, & probatione egeret. Verum nihil eius rei in actis edoctū 30
eſt. Cæterum quod pars aduerſa pręſumptioni hoc loco nitit, qua-
26 ſi inter coniunctos pręſumatur liberalitas &c. fragilis eſt præſumptio, & in iure non fundata, ut quæ abeſſe uel adeſſe poteſt: & ſic in dubio nihil probat. c. in præſentia. de proba. l. neq; natales. cum gl. & Doct. C. de proba. cum ſimil. Adde, quod affinitate etiam diſſoluta, nihilominus nobiles de X. ius uenandi ultra teſtium memoriā palàm & publicè exercuerūt. Quod ſi affinitas in cauſa fuiſſet, ea affinitate deſinente, ſine dubio etiam iſta uenatio reuocata fuiſſet. de quo eſt pulchra gl. in l. ſed hoc ita. ff. de re iud. quę dicit, uxore mortua, & ita ab una parte affinitatis uinculo ſoluto, ſicut amoris uinculum, ita & priuilegij de 40
creſcit beneficium. Quod uero ex aduerſo prætenditur, non eſſe ueriſimile quod curator Vuernheri ignorante eo, uenādi ſeruitutē parti

aduerſæ

aduerſæ permiſiſſet. Reſpondeo, cum in dictis teſtium ultramemorialis præſcriptio in nobilibus de X. ſit legitimè probata, nihil imputari curatori potuiſſe, ſi legitimam illam uenandi facultatem & ius nobiliū non turbauit, uel interruperit, quã & familia Vuernheri in Vuolfſtein uidit, ſciuit, & nõ cõtradixit, imò cũ dictis nobilib. ab antiquo eam uenationẽ exercuit, & nõ ſolũ familia Vuernheri, ſed & ipſemet Vuernherus eam uenationem ſciuit, paſſus eſt, & interfuit, per ſe uel ſuos, ſicut ex teſtibus ſufficiẽter apparet, quouſq; mutato animo libenter eam uenationẽ reuocaſſet. Item non obſtãt ea quę per prolixũ opponunt ex doctrina Innoc. in c. cum eccleſia Sutrina. & ibi Ant. quaſi in dubio in actib. indifferentib. qui iure familiaritatis, uel iure proprio fieri poſſunt, prę ſumat potius actus familiaritatis, q̃ iuris proprij &c̃. Quia reſpondeo, q̃d ex actuũ qualitate iſta diſcernunt, ut uoluit Innoc. loco ſupra allegato. Vnde qui facit actũ quem nõ faceret niſi iure ſeruitutis, is iure proprio agere præſumit, & nõ ex familiaritate: ut prę cidere ſepes, & ſimilia facere cauſa utẽdi ſeruitute: id quod eleganter dicit Innoc. in c. bonę. de poſtul. præl. quem Bar. allegat in l. i. §. ij. ff. de iti. actu q; pri.

Nunc in propoſito, anteceſſores agentium cum uenarentur, pro macerie ſepienda, uulgò hagen, prę cidiſſe ligna non dubitantur: item à tempore ultramemoriali eo iure uſi ſunt, ut ſuprà probatum eſt: per quod non poteſt uideri conceſſio eſſe precaria. Præterea ipſi non ſolum cum cæteris duabus familijs, ſed etiam ſoli, ſeorſim, proprio arbitrio, uenationem exercuerũt: imò etiam reſiſtẽte ſemel Vuernhero, nihilominus continuarunt, ut ſuprà deductum eſt. Quæ omnia ſatis probant, imò manifeſte docent, quod dicti anteceſſores non ullo amicitiæ uel familiaritatis iure uenati ſunt. Huic ſuccedit doctrina Flori. in d. l. ſeruitutes. qui dixit, quod ex actibus frequentatis, prę ſumitur uſus ſeruitutis, potius quàm familiaritatis. quod & Io. Fab. in d. §. ferè. Innoc. et Ant. in d. c. cum eccleſia. uoluere. Eo accedẽte, quod in dubio quilibet præſumitur proprio magis nomine quàm alieno feciſſe. l. & magis. ff. de ſolut. Prædictis ſic ſe habentibus, nemo dixerit quod anteceſſores agentium ab iſto longiſſimo ultramemoriali tempore facultatem uenãdi ex gratia & amicitia geſſerint, cum tale tam uetuſtum tempus uim habeat priuilegij, conceſſionis, conſenſus, & conſtituti. d. l. hoc iure. §. ductus. de aq. duct. qui text. potenter in prę ſenti materia dominatur. Per prædicta etiam non obſtat quod ex aduerſo prætenditur, actus noſtros uoluntarios non extendi &c̃. quia ex omnib. ſupradictis ſatis conſtat, nullos ex aduerſo fuiſſe nec eſſe actus uoluntarios, quibus dicta uenãdi facultas permiſſa ſit: imò contrariũ apparuit, quod ſuo iure nobiles de X. ſint uenati. Nec ueriſimile eſt, quod cum dicti nobiles de omni commoditate uenationis, nempe de participatione ferarum participaſſent, expenſas & ſumptus in inſtauranda

domo uenatoria tanto tempore ſuſtinuiſſent, q̃d hæc ex gratia & amícitia fuerint indulta. Et quia non eſt ueriſimile, non debet attendi: quia
28 non ueriſimilia, falſitatis habent imaginem, ut dicit Bald. l. i. C. de fur. & ſer. corr. Penultimo opponitur, dictum ius uenandi etiam ſi cõ-
29 petiſſet anteceſſoribus agentium, tamen eſſe perſonale & anomalum, quod ad hæredes non protenderetur, per iura quæ allegat &c̃. Sed nõ obſtat. Nam huiuſmodi ſeruitutes etiam ſi in iure ciuili ad uerbum expreſſæ non eſſent, tamen notiſſima conſuetudine reales ſunt, & ad hæredes protenduntur, id quod in Germania noſtra eſt notorium: quod & Ioan. Fab. tenuit Inſtit. de act. §. præiudiciales. qui dicit ita uſu ſeruari. & fa. pro hoc l. ſi publicanus. §. fin. ff. de publ. ubi dicit, conſuetudinem ſpectari ſolere. Et licet de uectigalibus loquatur, tamen nihil impedit quin habeat locum in his in quibus non eſt diſſimilis ratio.

30 Deniq; probabiliter tenendum puto, etiam ius uenandi inter ſeruitutes prædiales cenſeri poſſe, utpote quod à ſyluis, tanquam à prędio ſeruienti, debeatur ea ſeruitus caſtro uel uillę tanquã fundo dominanti. Nam & gl. in l. ſi fur. in fin. ff. de uſucap. partem mundi fundum appellat. Et licet in prædictis ſeruitutibus cõmoditas perſonis quæratur, prædij tamen dicitur, ut uoluit in ſimili gl. in l. i. in uerb. computanda. ff. de ſeruit. ruſt. quę eſt gl. ad hoc not. & fa. elegãs gl. in l. ij. uerb. cloacam. ff. eod. tit. quæ gl. colonos agri mei tanquam fundum dominantem exiſtimat. ſuper quo uideri poſſunt quæ ſcripſi in Intellectib. meis fol. lxxxv. ad fin. & in tit. Inſtit. de act. §. æque. Quæ cum ita ſint, ſeruitutem uenandi quæſtionis noſtræ non perſonalem, ſed realem & prædialem, quę ad hæredes protendatur, recte nominabimus, ut ita caſtrum M. fundum dominantẽ referat, & ſyluæ & nemora caſtri Vuolfſtein in articulis nominata & ad nobiles de l. pertinentia, fundum ſeruientem exhibeant. Quod uidetur (niſi fallar) ſubtiliter conſideraſſe aduocatus agentiũ, qui in eorũ libello in tertio articulo ita poſuit:

Item ſetzt vnd ſagt war ſein das die gemelten ſeine principal vnd ire vorfaren von M. vß ꝛc. Quibus uerbis declarauit dictus aduocatus, quod ſeruitus iſta uenandi à caſtro M. tanquam à fundo dominanti prodiret, & nõ tam perſonis quàm caſtro deberetur. Poſtremo non obſtat ultima obiectio, qua prætenditur, ius ſeruitutis non utendo abiiſſe &c̃. quia prout in actis allegatum eſt, agentes mortuo eorum patre, pupilli & minores fuere natu, & porrò abſentes in ſtudijs &c̃. quo caſu contra eos nulla currebat præſcriptio: nec poterant in minori ætate hoc ius uenandi per eorũ præceſſores legitimè præſcriptum, non utendo amittere. tex. eſt apertus in l. fin. ad fin. & ibi gl. & Doct. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. nõ eſt neceſ. Bald. in l. iij. C. quibus non obijcit longi temp. & idẽ in l. auxilium. poſt prin. ff. de min. & fa. tex. in l. ſi cõmunem. ff. quemadmodum ſerui. amitt. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. dom. cum ſimil.

Per præ-

Per prædicta, ſententiam pro agentibus eſſe dandam puto, uidelicet quod per ſententiam pronuncietur, ius uenandi in ſyluis & nemoribus rei et parẽtis quondã ſui, de quibus in actis, per anteceſſores agentium legitimè præſcriptum, cum iuribus & neceſſarijs ad ferarum ſyluestrium uenationem, ad agentes eorumq; hæredes, quantũ ad eorum partem ſpectat, pertinuiſſe & pertinere: dictoq; reo & eius quondã parenti non licuiſſe nec licere, eoſdem agentes in eorum huiuſmodi uenationis iure moleſtandi, prohibendi aut turbandi, cautionẽq; ſuper præmiſſis ſufficientem per reum præſtandã & præſtari, eumq; ad prędicta condemnandum & condemnari, aliſs tamen iuribus, pertinentijs, uſibus, utilitatibus, reo & ſuis maioribus in dictis ſyluis ab antiquo tanquam ab eorum dominio & proprietate competentibus, ſemper & in omnibus ſaluis. Et ita conſulo ego Vdalricus Zaſius LL. Doctor & ordinarius Friburgeñ. & puto ſic eſſe iudicandum, nam & ego ita iudicarem, ſaluo tamen aliorũ meliori iudicio.

Summaria Conſilij ſeptimi.

1 Feudum cauſat titulum utilis dominij.
2 Laicus in rebus & bonis eccleſiaſticis titulum dominij habere non poteſt.
3 Epiſcopus procurator tantum, & adminiſtrator, ſeu tutor eccleſiarũ eſt, qui eccleſiæ conditionem meliorem, non autem deteriorem facere poteſt.
4 Quod per gratiam conceditur, reuocatur ad nutum concedentis.
5 Non ualet conceſſio facta laico de re eccleſiaſtica.
6. & 7 Aduocatus defenſor eſt, qui propter utilitatem eccleſiæ aſſumitur.
8. & 9 A quo remouetur qualitas, & rem remoueri conſtat.
10 Obſtaculum quod impedit, remoueri debet, ut conſequaris id quod contendis.
11 Subiectum habile eſſe debet ad ſuſcipiendam qualitatem.
12 Onus commodo annectitur.
13 Cauſa prouiſionis deſinente, deficit & prouiſio.
14. & 35 Cauſam originalem præcipuè inſpici, eiq; uni effectum tribui, palàm eſt.
15 Aduocatia nihil aliud eſt quàm defenſio.
16 Generalitas diſpoſitionis per rationem ſubiectam reſtringitur.
17 Verba generalia ita intelligenda ſunt, ut res in tuto ſit.
18 Natura diſpoſitionis dat uerbis intellectum.
19 Prouiſiones aptam perſonam requirunt.
20 Beneficio priuatur qui conceſſa abutitur poteſtate.
21 Citationes non ualent in quibus propria nomina citatorum nõ ſunt expreſſa.
22 Illuſtres perſonæ citari poſſunt.
23 Forma diligenter ſeruanda eſt, & à ſerie literarum non recedendum.
23. & 25 Si citatio in forma peccat, nulla eſt, nec citatus comparere tenetur.
26 Parta ſunt, uitioſe fieri, et nihil fieri.
27 De contumacia iudici liquidò conſtare debet.
28 Executio citationis ſeu relatio nuncij facta ſuper executione, debet eſſe ita certa & clara, ut ſciatur, quomodo, quãdo, ubi, & per quem talis executio facta ſit.
29 Miſſio nõ eſt facienda contra abſentem, niſi prius nuncietur ad domum, uel nullo habitante, libellus ipſis domibus appliçetur.
30 Non poteſt quis ſe ex eo actu iuuare, quem impugnauit.

31 Actus non necessarius in aliqua dispositione, etiamsi uitiose fiat, dispositionem non uitiat.
32 Qui ad causam citatus est, is censet quod habeat interesse statim post citationē.
33 Possessio sine animo accipientis non acquiritur.
34 Aliud est restituere, aliud acquirere.
35 Ex separatis nihil infertur.
37 Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem.
38 Duo in solidum uno respectu & eodem tempore, possidere non possunt.
39.& 42 In incorporalibus per unicam solutionem fructuum non acquiritur possessio.
40 Particularis solutio, tantum circa soluta & non amplius præiudicat.
41 Plures præsumptiones uincunt pauciores.
43 Mortificata radix non facit uirentem stipitem.
44.& 45 Decretum non rite interpositum, nullum est.
46 Ad interpositionem primi decreti, trina citatio, uel una peremptoria de necessitate, requiritur.
47 Pro instrumento sententiæ iudicis præsumitur.
48 Quid censendum sit, cum quæritur, an instrumentum sententiæ de processu narrans, fidem faciat.
49 Quæ contra legem fiunt, pro nullis habentur.
50 Cum acta deficiunt, forma substantialis deficit.
51 Secundum decretum de necessitate præsupponit primum.
52 Quum primum decretum nullum sit, & pro infecto habeatur, etiam secundum decretum nullum erit.
53 Ad interpositionem secundi decreti, uel maxime citari debent aduersarij quorum interest.
54 Decreta super falsa causa & manifesto errore fundata, nulla sunt.
55 Vbi processus nullus est, ibi & sententia nulla erit.
56 Ex primordio tituli posterior formatur euentus.
57 Sententia nulla est, quæ ex causa de iure & facto falsa, uel saltem de iure falsa procedit & fundatur.
58 Quemadmodum libellus ineptus & sibiipsi contrarius non procedit, ita etiam sententia ex inepto & contrario libello data nulla est.
59 Contraria simul stare non possunt.
60 Libellans impropriare uerba, ut libellus ualeat, potest.
61 Possessores dicuntur actiue & passiue.
62 Contra absentē non auditum nihil attentandum est.
63.& 71 Quisq; in sua possessione defendi debet, donec alius contrarium doceat.
64 Actus iudicis non debet esse frustratorius.
65 Ad ius suum quisq; admittendus est.
66 Non sufficit allegare, nisi etiam probetur.
67 Possessor fictione iuris quis dicatur.
68 Verus possessor quis sit.
69 Per inuestituram non acquiritur possessio.
70 Non debet una res duobus solui, nec etiam aliquis duplici onere prægrauari.
72 Reponere illud dicimur, quod in pristinum statum reducimus.
73 Sententia quæ non est conformis libello, pro nulla habetur.

CASVS talis est. Dominus episcopus Viterbiensis à multis retro annis aduocatiam in F. cum suis redditibus & prouentibus, uulgò die kastuogtey, in feudū concessit Comitibus de H. Cōtigit quod ante uel circa xviij. annos dominus Palatinus Rheni iure belli contra Vlrichum de H. motus, dictam aduocatiam cum cæteris alijs dominijs obtineret, quam possedit usq; ad mortem Vlrichi, et sic quasi xvi. annos. Mortuo Vlricho anno & c̄. primo, frater ipsius Hartmannus eodem anno à dicto domino episcopo petijt & obtinuit inuestiturā ad præfatam aduocatiam, sed possessionē non acquisuit, quia domini Abbas & Cōuentus monasterij prædicti ei de fructibus quos domino Palatino possessori soluerunt, respondere noluerunt. Itaq; Hartmannus obtento per officialē curiæ Viterbiensis arresto contra dominos Abbatem & Cōuentum, in dictam aduocatiam ex primo & postea ex secūdo decreto missus est, Palatino ad idipsum legitimè nō citato. Accidit interea quod inuictissimus dominus rex Romanorū bello contra dñm Palatinum moto, inter cætera bona & dominia etiam hanc aduocatiam ad se acciperet, possessionemq; ipsius acquireret, quam & hodie habet: nihilominus Hartmannus inhęrens secundo decreto, cœpit dominos Abbatem & Conuentum urgere, ut ei de fructibus responderent. Dominus Abbas metu censurarum composuit se cum Hartmanno super fructibus extantibus. Sed postea ab eodem Hartmanno etiā de futuris fructibus requisitus, ei respondere de eis noluit, q̄d rex Rom. esset in eorum possessione. Vnde Hartmānus eum iure conueniens coram dicto domino officiali Viterbiensi, egit petitorio & possessorio recuperandæ & retinendæ, quantum ex libello colligi potest. Pro parte gratiosissimi domini Regis, per legatos & per scripta fuit allegatum interesse regium, & postea circa finem processus per dominos Abbatem & Cōuentum reos in iudicio tanquam exclusiuum uel certe diminutiuum iuris agentis deductū. Officialis tamen huiusmodi interesse & allegationes reorū reijciēdo, atq; ita possessore uero nō solum non uocato, sed etiam eius iure posthabito, per sententiam diffinitiuam pronunciauit, actorem ad feudum & possessionē suam reponi debere. A qua sententia est pro parte dominorū reorum ad sanctam sedem Moguntinam appellatum: quæritur quid iuris.

Antequā descendam ad merita causæ, præmitto in hac cōtrouersia duos esse processus, seu duplicia acta. Primo, in quo processus primi et secundi decreti cōtinetur. Secundo, in quo actor super huiusmodi aduocatia iudicio plenariè instituto egit, & diffinitiuam (ut prædixi) obtinuit. Christi nomine, diuorumq; quatuor ecclesiæ Doctorū patrocinio inuocato, ut ex ordine res geri possit, aliqua euidentialia pręludā.

Pro euidentia itaq; dicendorū, quęri posse uideretur, an episcopus Viterbiensis aduocatiā præsentis quæstionis laicis in feudum conce-

dere potuerit: & probabiliter apparet responsio ad negatiuã: tum quia
1 cum feudum causet titulum saltem utilis dominij, c. i. de inuest. de re
aliena facta. c. i. §. præterea. de capitulis Conradi. in usib. feud. cum si-
2 mil. Laicus autem in rebus & bonis ecclesasticis titulum habere domi
nij non potest. c. cũ laicis. de reb. eccles. non al. c. causam. de præscript.
xcvi. distinct. c. bene quidem. xvi. q. vij. cum simil. conuincitur aduo-
catiam præsentem titulo dominij haberi non posse. Tum quoq; quod
per huiusmodi feudi cõcessionem graue damnũ ecclesijs infligeretur,
id quod euidentia facti docet, et not. in c. in quibusdã. de pœn. in c. nõ
minus. de immu. ecclesiæ. c. clericos. eod. tit. lib. vi. Episcopus autem
3 procurator tantũ, & administrator, seu tutor ecclesiarum est, qui eccle-
siæ conditionem meliorem, non deteriorẽ facere potest. c. ij. de donat.
xij. q. i. xvi. q. vij. & not. in l. qui fundũ. §. si tutor. ubi gl. ff. pro empt.
Præterea aduocatus per gratiam assumitur. not. per Innoc. Card. in
c. præterea. ij. de iure patron. ponentes differentiam inter aduocatũ &
patronũ. Archi. & Domi. in c. generali. de elect. lib. vi. i unde titulo feu
4 di constitui non potest. Nam quod per gratiam conceditur, reuocatur
ad nutum concedentis. l. i. & ij. de precar. quod in feudis locũ habere
non posset. Tandem expresse prohibetur in c. ij. de reb. eccles. nõ alie.
5 lib. vi. bona immobilia seu iura laicis submitti, subijci, uel supponi, uel
ipsos constitui aduocatos ecclesiarũ seu bonorũ, perpetuò, uel ad tem
pus nõ modicũ, sine summi põtificis licentia. Rationẽ adducit Domi.
ibidẽ in uers. quæro quare. dicens, quia laici per huiusmodi aduocatiã
uendicabant sibi quoddã ius dominij, q̃d esse non debet: subiungen-
do, q̃d si etiã aliter ecclesiæ consuli nõ posset, quàm per huiusmodi con
tractũ, id tñ sine apostolica licentia fieri non posse. Pro quibus adduci
posse uideretur Gas. de Cal. in consilio vi. consiliorum Vu. de Cald.
sub tit. de reb. eccl. nõ alie. qui dicit, submittere uel se uel bona, laici, esse
quandam alienationis speciem. & allegat constit. Benedicti, sub tit. de
fictis & dolo contracto. ibiq; prohiberi omnem contractum per quem
damnificari, grauari, obligari, deperire uel impediri iura redditus, seu
bona ecclesiastica possent &c̃. Quę cum ita sint, non esset improbabile
tenere dictam partem negatiuam, quam &ego indistinctè teneo, & de-
fendere nõ detrecto. Sed quia in prẽsenti negocio principaliter nõ cõ-
trouertimus, possit, an non possit dicta aduocatia concedi in feudum,
unde ad aliud euidentiale pergens, præsuppositio eo quod aduocatia
nostra feudi titulũ patiat, quæro an Hartmanus de H. eiusdẽ feudi ad-
uocatiæ particeps esse possit. Respõdeo breuiter, q̃d nõ: nã huic feudo
inhæret necessitas defendendi, ita ut qui hoc feudũ habere uelit, possit
6 monasteriũ defendere. Cũ em̃ dicimus, feudũ aduocatię, intelligimus
intrinsecam qualitatem defendendi: aduocatus siquidem defensor est,
ut tenuit Card. in d. c. præterea. de iure patro. & Domi. in d. c. gene-
rali. de

rali. de elect. in vi. qui allegat l. hominib. de aduoc. & uicedom. in Lombardia. Si de necessitate conceditur, intelligitur eo solo fine fieri principaliter, ut iura ecclesiæ defendantur: aduocati enim nisi in utilitatẽ ecclesiæ, non assumuntur, ut Card. in d. c. præterea. Quod si episcopi talia feuda aduocatiæ simpliciter concederent, siue ecclesię defenderent, siue non, tyranni essent & prędones, non patres, quibus meritò administratione interdicerẽt, iuxta ea quę not. in l. Imperator. ff. ad Trebell. l. fin. C. de sen. pass. In proposito autem manifestum & notorium est, quod Hartmannus de H. ne fundum quidem minimum, nedum monasteriũ defendere potest, præ eius miseria & extrema inopia. Igit̃ &c̃. 7

Fortifico præmissa. Iuris traditione patet, ut cum aliquid sub certa qualitate conceditur, à quo remouetur qualitas, & res remouetur. l. tutelas. ff. de cap. dim. ibi, quia desinunt esse familia mutata. allegatur ad hoc tex. in l. annua. §. Attitia. ff. de ann. leg. q̃ tex. modicũ facit. Obiter tamen et uelut in transcursu errata castigãs, credo sic legi debere eundẽ tex. qui cõmuniter corruptus habetur: QVISQVIS MIHI HAERES ERIT, FIDEI EIVS COMMITTO, VT DET EX REDDITV COENACVLI MEI ET HORREI POST OBITVM, SACERDOTI, ET HIEROPHYLACI, ET LIBERTIS, QVI IN ILLO TEMPLO ERVNT, DENARIA DECEM DIE NVNDINARVM, QVAS IBI POSVI &c̃. ut sensus sit, post obitũ testatricis, ipsi hierophylaci, id est, custodi sacrorũ, scilicet sacerdoti & libertis dari debere denaria decẽ. quod nõ satis persensit Accurs. Sed hæc & alia in opere meo de Accursianis erratis, deq; quibusdam singularibus intellectibus iuris ciuilis latius. 8

Redeo ad rem nostram. Pro præmissa doctrina, qua dixi, à quo qualitas remouetur, & rem remoueri, fa. optime l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. ubi dispositio in fratrem hæredem collata, quia ex superuenientia liberorum hæres esse non potuit, uitiatur. Accedat quod dicitur, remoueri debere obstaculũ quod impediat, ut consequaris quod contendas. ita not. in l. si duo. §. si iurauerit. ff. de iureiuran. l. si rem. §. omnis. de pig. act. l. qui hæredi. in fin. de condit. & demonstr. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. l. ædiles. in fi. de ædil. edict. Debet enim subiectũ habile esse ad suscipiendũ qualitatem l. quod si filius. ff. de cap. l. quod adipiscendæ. de donat. inter uir. & ux. Et quando onus annectitur cõmodo, illo cessante, & hoc deficit. l. alumnę. §. Seia. de admen. leg. arg. à contrario in l. si quis seruum. de condit. & demonst. Nec nouum est, ut causa prouisionis desinente, deficiat prouisio. l. semper. §. negociatores. de iur. immun. l. si cui. §. i. ex quib. caus. maior. l. Titia. §. usuras. de leg. ij. l. qui nominib. de admi. tut. Causam quoq; originalẽ præcipuè inspici, eiq; uni effectum tribui, palàm est. l. fin. ff. de poss. hęred. pet. l. item ueniunt. §. cum prædiximus. de petit. hæred. l. tutor. in prin. ibi, quia cum eo ob tutelam. de fideiussor. Cũ ergo in negocio nostro qua- 9 10 11 12 13 14

litas defensionis ab actore remoueatur, quæ fuit causa prouisionis feudalis, debet cessare feudum. Nec obstat, si opponas, inuestiturã episcopi super dicto feudo datam, simpliciter & indeterminate loqui, nulla defensionis qualitate expressa: & ubi lex non distinguit &c̃. l. Imperator. de postul. cum simil. Quia respondeo, contrariũ esse uerum. Nam dicta defensionis qualitas manifeste exprimitur in inuestitura cũ dicitur, die vogtey zů ſ. Vbi enim in lingua uernacula dicitur vogtey, ibi latinè scribitur aduocatia: quod euidenter constat ex libro antiquo domini episcopi, uulgò Salbuch, producto in primis actis, in puncto inci piente, Item Vualtherus &c̃. ubi nominatim dicitur, quod Vualtherus de H. recepit à domino Bertoldo episcopo in feudum aduocatiam monasterij &c̃. quo casu quia aduocatia nihil aliud est nisi defensio, euincitur, feudum hoc nisi adsit defendendi possibilitas, nulli competere. Et apertius id probatur ex eadem inuestitura: nam post principium ita sonant uerba ipsius, Vero zůgenieſſen/zůnutzen/vñ zůgebrauchen/nach ſolcher lehen rechten vnd gewonheiten. quibus uerbis manifeste caueẽ, quod Hartmanus gaudere huiusmodi feudo, eoq; frui debeat secundum conditionem, naturam, ius & consuetudinem ipsius. Per prædicta aũt constat, ius et naturã huius feudi esse ut res ecclesię defendantur. Ergo &c̃.

16 Præterea si hoc non esset, tamen non esset nouum quod generalitas dispositionis perrationem subiectã restringaẽ. l. i. §. in publico. ff. de flu.

17 l. si is qui animo. ff. de acquir. poss. cum simil. Et uerba generalia intelligẽda sunt ut res in tuto sit. l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. de uerb. oblig. Nec debet in generali concessione id intelligi, quod quis non esset in specie uerisimiliter cõcessurus. l. qui peculij. de pecul. l. si pater. ff. quæ in fraud. credit. l. obligatiõe. de pigno. l. Lucius. §. pen. ad municip.

18 Et natura dispositionis, dat uerbis intellectum. l. si uno. in prin. ij. respons. ff. loc. l. in sulã. de præscript. uerb. Iam uero uulgatũ est, quod

19 in prouisionibus subintelligiẽ, si persona apta sit. tex in. l. ut gradatim. §. i. de mun. & hon. Et quod non possit quisquã aduocatus esse, nisi defendat, uidetur expressum in libro iurium monasterij F. sub tit. de uilla Tuntzenhausen, in fi. tit. ubi clarissimè habetur, quod aduocatus certos reddit⁹ illic nominatos leuat, ad hoc ut monasterium & subditos defendat. Prædicta itaque inuicto marte pugnant, Hartmannum huiusmodi feudi participem esse non posse, ut qui defendere iura monasterij non possit. Accedat, quod si ea quæ prædixi fortè cuiquam non reciperentur, tamen adhuc excluditur à feudo nostro actor, propterea quod à centum annis usq; ad nouissimũ possessorem, scilicet Vlrichum fratrem actoris, progenitores ipsius dictum monasterium non solum non defenderunt, sed etiam intolerabilibus cladibus, damnis, pressuris, sæuitijs afflixerunt, monasteriũ per uim armata manu occuparunt, monachos expulerunt, uillas incenderunt, locũ habitationis religioso-

rt gallice Advoyer. c. 2. de vet. ord. non. col. in 6. p. Pith. de comit. Cãpan fol. 19. ſ.

religiosorum desolatum fecerunt: nunc et dictus Vlrichus intra spatiū triginta annorū duos monachos ui cepit, in arce sua in carceribus conclusos detinuit: quę omnia manifesta sunt, aperta et notoria, euidentissimisq; documentis comprobari possunt. Vnde meritò à dicto feudo ceciderunt, iusq;, si quod habuissent, usq; in quartā generationem ipso iure amiserunt per not. per tex. in d.c. in quibusdā. & ibi Abb. in fi. de pœn. Et est uulgata iuris doctrina, beneficio eum priuari, qui concessa abutitur potestate. l. libera. de pecul. l. Iudæos. C. de Iudęis. l. qui sine. ad fi. de nego. gest. cum simil. 20

Tertio pro euidentia dicendorum puto esse inuestigandū, an quia dominus Palatinus ut quietus possessor dictæ aduocatiæ, interesse in ea habuit, fuerit ad interpositionē primi & secundi decreti, de quibus in primis actis, legitimè citatus, & per officialem Curiæ Viterbien. contumax reputari iure potuerit?

Dimissis quę ostentationis gratia argui possent, breuiter dico, quod nec dominus Palatinus, nec sui procuratores, si quos legitimos habuisset, ad dictā primi & secundi decreti interpositionem iustè & legitimè citati sunt. De duce Palatino expeditum est: nam ex citationū serie apparet, eum in propria persona nunquam fuisse citatum. Quantum uero ad procuratores suos attinet, citationes primi processus, seu primorum actorum, non aliter emissę sunt, quàm contra procuratores domini Palatini, si qui essent &c̄. Quæ citationes non ualent: quia nomina propria citatorum non sunt expressa: quod quidem uidetur necesse fuisse. arg. l. aut qui aliter. §. si quis se. in uers. neq; quidē. & ibi Bart. ff. q̄d ui aut clā. & notari potest ex sentētia Spec. in tit. de citat. §. i. uers. item quod per clam &c̄. Bald. in l. hac consultissima. uers. item ubi obscuritas. in vi. col. C. qui test. fac. poss. qui allegat l. eum quē temerè. de iudi. c. quia nōnulli. de rescript. & dicit idem Bal. in i. parte consiliorū, consil. cccliij. quod citatio facta per hæc uerba, si quis est qui uelit defendere &c̄. peccat, quia non includit ipsum qui principaliter citari debet. allegat Authen. de litigio. §. omnem. ibi, per se, uel per legitimum procuratorem suū. Nec obstat si dicas, principem Palatinū citari non potuisse, per not. in l. iij. de in ius uocan. & l. quicunq;. cū Authen. seq. C. de procur. Procuratores autem domini Palatini fuisse incertos, ut meritò admitti debuerint citationes incertę. arg. eorum quę not. in l. i. §. quia autem. ff. quor. leg. Quia respondeo probabiliter, negando Palatinum citari non potuisse: hoc enim iure cautum non reperi, & iura in contrarium allegata non prohibent ne illustres personæ non citentur, sed ne per se litigent, sed per procuratores. Vnde, quod non mutatur &c̄. l. sancimus. C. de testa. Addo quod in l. fi. §. uiros aūt illustres. C. ubi senat. uel clariss. satis notari uidetur dictas personas citari posse. Itaq; quia hoc casu persona principis citandi certa fuit, cessat hęc causatio de incertitudine procuratoris ipsius. Sed demus hæc nihil ur-

21

22

gere, adhuc tamen citationes in primis actis emanatæ, omnes et singulæ nihil profecerunt: quia in ipsarum executionem, forma in eis tradita non est seruata. Cum enim omnes prædictæ citationes hanc precise formam habeant, scilicet, quod personę in eis nominatæ, primo in cancellis ecclesiarū sancti Laurentij Viterbij, et F. per lecturam & publicationem citationis huiusmodi, deinde per affixionem in ualuis earundem ecclesiarum citari debent &c. hanc formam executores non seruauerunt: nullibi enim apparet lecturam & publicationem prędictam in cancellis ecclesiarum prospecificatarum factam esse. Præterea paucæ citationes in ualuis executæ sunt, sicut hæc omnia oculis inspicientium relationes nunciorum, in primis actis clarè subijciuntur. Cum ergo forma non sit seruata, constat nō fuisse legitimè citatū: forma enim
23 diligenter seruanda est, & à serie literarū nō recedendū. l. quod cōstitutū. ff. de test. mili. l. i. §. is qui nauē. de exerci. Et tenet hoc Spec. in d. tit. de cita. §. iiij. uers. si quis aūt iud. qui allegat c. cū dilecta. de rescript. & l. diligenter. ff. mand. Et exigit ius, nō debere negligi quod curandum datur. l. cum hi. §. si prætor. de transact. not. in l. prohibitū. post princ. C. de iure fis. Ad hæc, forma mutata, perimit substātia rei, ut dicit tex. in l. Iulianus. §. Sabinus. ad exhib. arg in l. si his. §. quidē. ibi, qui enim propriā formā. ad l. falcid. not. in l. constitutionib. in fi. ad munic. gl. fi. in c. sit rector. xliij. dist. cū simil. Vnde nō ineleganter Innoc. in c. præ-
24 terea. de dilat. dicit, quod si citatio in forma peccat, nulla est, nec citatus cōparere teneť. & idē in c. licet. in uerb. expirauit. de off. deleg. & not. in c. fi. ibi, iuxta præmissam formā. de dol. & cōtuma. Ex his enim quę inordinatè sunt acta, nihil ordinaliter euenire potest, dicit tex. in c. qualiter & quando. post prin. de accus. & Bar. in d. l. aut qui aliter. q̄d ui aut clam. dicit, actū nō ualere qui aliter fit quàm in citatione cōtineať. Addo Bal. in addit. ad Spec. in d. tit. de cita. in uerb. citatus ad unū. & pulchrè Alex. in suā prima parte cōsiliorū, consil. cxxxvij. in ij. col. in uers. peccat in alio dictus processus. assueranter probat, citationem quę ad scalas palatij facta fuit, esse nullam: quia ex forma statuti, nō ad scalas, sed in scalis fieri debuit. Cū ergo dictæ citationes propter formam nō
25 seruatam, uitiose & nulliter sunt executæ, haberi debent pro infectis
26 penitus. Paria enim sunt, uitiose fieri, & nihil fieri. l. quotiens. cum concord. in gl. qui satisd. cog. l. fi. de lib. & posth. l. si se. §. condemnatum. de re iudic. Relinquit ergo, dictum dominū Palatinū ad interpositionem primi & secundi decreti legitime citatū non fuisse, & proinde per officialem dictæ Curiæ contumacem falsò existimatum. Debet enim
27 iudici de contumacia liquere, ut est text. in l. hæc autem. §. i. ibi Bart. ff. ex quib. caus. in poss. eať. et not. Bar. in l. si finita. §. Iulianus. in iij. col. in uers. quæro utrum ista contumacia. et ibidem Alex. in x. col. qui more suo multa allegat. ff. de dam. infect. At in proposito, ex inutili illa et

nihili

nihili executione, liquere iudici nihil potuit: Igit̃ &c̃. Sed opponat aduersarius, in tergo citationis huius scriptum esse, proclamatum est, quo relatu satis intelligitur publicatio in cancellis &c̃. Respondeo, huiusmodi uerba esse impersonalia, incerta, & nihil ualere. Auth. si quã-do. cum l. seq. C. de cõstit. pec. l. ubi autem. de uerb. oblig. Sed replicabit actor, imò satis esse certa, propter literas citationũ certas, in quibus huiusmodi uerba adscripta sunt. arg. eorum quæ not. in l. iij. in fi. C. de sen. quæ sine cert. quant. prol. & fa. quę not. Instit. de inutil. stip. §. si scriptũ. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. de uerb. oblig. in quib. iuri-
10 bus impersonalis & incerta locutio, quę ex adiunctis certificari potest, nihil nocet. Respondeo, hoc nihil obstare: quia in d. l. iij. sententia incerta, se expresse retulit ad acta certa. In alijs iuribus incertitudo quę in principio stipulationis fuit, ex una & eadem oratione & ad hæredem certificabatur. At in proposito, est nuda, & omnino impersonalis locutio, atque ita incertitudo intolerabilis. Eo ad omnia accedente, quod executio citationis, seu relatio nuncij facta super executione, debet esse 28
ita certa & clara, ut sciatur quomodo, quando, ubi, & per quem talis executio facta sit, recte sicut depositio testis clara esse debet, ut not. per Bar. in l. sciendũ. in iij. col. mihi. in uers. quæro quid in relatiõe nun-
20 cij. ff. de uerb. oblig. & tenet hoc Alex. in iij. parte consiliorum, consil. ij. post prin. ubi ualde eleganter relationis nunciorum materia elucidatur. Faciat ad prædicta, quod certa in iure forma traditur quomodo suã relationem nuncius facere debeat, ut not. per Spec. in d. §. iiij. uers. facta igit̃ citatione. Bar. in l. si tamen. in fi. de leg. ij. et in l. i. §. i. in ij. not. de lib. agnos. & in l. iiij. §. prætor. in uers. erit ergo forma. de dam. infe. Quod si ea quę suprà dixi nõ essent, tamen uel ex eo nõ operarentur dicta uerba, scilicet, proclamatũ est, quod nuncius relationẽ super facto alieno, scilicet super facto sacerdotis retulit, cui tamen factũ alterius re-
ferenti non creditur. gl. in c. cum parati. ibi Abb. in uers. et ut habeatur
30 materia. de appellat. Nã uix post multas altercationes antiquorũ receptũ est, ut nuncio in facto proprio credat̃. de quo per Ioan. And. in addit. ad Spec. in d. §. iiij. per longũ. Ex alio quoq; probo, etiamsi omnia suprà adducta nihil efficerẽt, quod omnes citationes in primis actis de scriptę nullius sint efficacię. Nam si uniuersas eas perspexerimus, nihil aliud committunt, quàm quod fiat executio in ecclesijs sancti Laurentij, & in F. Palatinus autem non fuit de territorio uel parrochia dictarum ecclesiarum, nec etiam procuratores sui, si quos legitimos habuisset: unde dictæ citationes non sufficiebant. Nam, ut dicit Bar. in d.
l. iij. §. prætor. in summario, missio non est facienda contra absentem, 29
40 nisi prius nuncietur ad domũ: uel nullo habitante, libellus ipsis domibus applicetur. quod & Ant. de But. tenet in c. causam. de dol. & contum. et Bal. in prima parte consiliorum, cõsilio ccc lij. incipiente, Cita-

tatio prædicta. ſuprà allegato dicit, quod non ſufficiat aliquẽ citari per præconem, niſi prꝛconizetur in uico ſuo, cum uox prꝛconis paucis innoteſcat. allegat d.l. ſi finita. §. Iulianus. ibi gl. mag. l. i. §. occiſorum. ad Sylla. l. fi. C. eod. tit. l. fi. de decret. ab ord. fa. l. i. §. propter caſum. de poſtul. c. cauſam. de elect. Cle. i. §. porrò. de iureiuran. Per prædicta omnia patet, in negocio primi & ſecundi decreti dominum Palatinum non fuiſſe legitimè citatum, nec ualide contumacem reputatum. Oppugnabit aduerſarius duo. Primũ, q̃d in uim huiuſmodi citationũ, nomine domini Palatini ſit comparitum plus ſemel, quo caſu dictæ citationes arctent. Spec. in tit. de reo. uerſ. præſumitur quis citatus. Abb. in d. c. bonæ. de elect. cum ſimil. Secundũ, quod magiſter Ioannes Baldung offerendo cautionem de ſtando iuri, & reficiendis expenſis contumaciæ, pro domino Palatino, & nomine eius, ut procurator renunciauerit huic exceptioni, & contumaciã confeſſus ſit: facto enim res oſtenditur &c̃. l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. hab. Ad hꝛc argumẽta dico, primum illud nõ obſtare: quia dominus Palatinus procuratorem, ſcilicet aduocatum in P. de quo in primis actis, non aliter conſtituerat uel miſerat, niſi ad declinandum forum, & non conſentiendum in iudicem &c̃. nulla tamen citatione præuia: hic procurator non niſi ſemel in uim primæ citationis comparuit, ad audiendum interlocutoriam ſuper competentia iudicis. Ergo omnes aliæ citationes, nec dominũ Palatinum, nec ipſum (qui nullum ad cauſam principalem proſequendã mandatũ habuit) arctauerunt. Nec nocet quod magiſter Ioannes Baldung ſæpe comparuit: is enim ad eandem cauſam nullum penitus habuit mandatum, nõ ad declinandũ forũ, nõ ad conſentiendũ &c̃. uel ad cauendũ, ſi opus eſſet, ut patet in primis actis. Vnde quicquid egit ultra, ſine mãdato egit: quod domino Palatino non præiudicauit. Ad ſecundum reſpondeo, quod cautio per magiſtrum Ioannem Baldung oblata, non probat contumaciam domini Palatini: quia ſi etiam idem magiſter Ioannes Baldung cõtumaciam confeſſus fuiſſet, hoc nõ præiudicaret domino Palatino: nam nullum ad hoc ab eo mandatum habuit. Modo idem Baldung in articulis ſuis primorũ actorum expreſſe diffitetur contumaciam, & quod dictam cautionẽ ex ſuperabundanti offerat. Addo, quod cum aduerſarius comparitiones per dictum magiſtrum Ioannem factas impugnauerit, tanquam à non habente mandatum &c̃. & iudex ſuper contumacia proceſſerit, non poteſt ſe nunc aduerſarius iuuare ex eo actu quem impugnauit. l. alia. C. de his quib. ut indig. not. in l. ſi quis iuſiurãdũ. C. de reb. cred. et tex. in c. ex eo. de reg. iur. lib. vi. Et dominus Palatinus in ſua charta appellationis quã interpoſuit in primis actis, pro magno grauamine adducit, & conqueritur ſe nunquam fuiſſe iuridicè citatum. Hic oppugnabit aduerſarius, quod non fuerit neceſſe dominum Palatinum citari; quia in præſenti

ti cauſa nullum intereſſe habuerit: id quod etiam idem aduerſarius in primis actis ſæpe adduxit. Vnde dato quod idem dominus Palatinus non ſit legitimè citatus, hoc tamen non fuerit opus, nam potuerit non fuiſſe citatus: igitur talis citatio inutilis, nihil obfuit. Actus enim nõ ne 31
ceſſarius in aliqua diſpoſitione, etiamſi uitioſe fiat, diſpoſitionem non uitiat. l. uſuras. l. placuit. ff. de uſur. cũ ſimil. Reſpõdeo breuiter, negando q̃d dñs Palatinus nõ habuerit intereſſe: in primis et prȩcipue ſua interfuit: q̃d eo ipſo probari poteſt, quod procuratores eiuſdẽ dñi Palatini citati ſunt ad cauſam, & q̃d pars agens, ſcilicet Hartmãnus, ſuper eo inſtitit ut citarentur. Hoc cõſtat ex prædicto primo proceſſu, ibi, Vlterius requiſiti, et ſæpe aliàs per diſcurſum dicti proceſſus. Huic ſuccedit doctrina iuris, qua traditur, eũ qui ad cauſam citatus eſt, cenſeri q̃d ha 32
beat intereſſe ſtatim per citationẽ. Bal. in l. ij. ij. col. in uerſ. ſexto & ultimo oppono. C. de pact. in l. fin. in v. q. C. de edi. di. Adr. tol. Innoc. in c. cũ inter. de except. Siquidem ſi Palatinus nullũ habuiſſet intereſſe, ad quid opus fuerat ſuos procuratores citari, & contumaces reputari &c̃. & ſic facere actum iudicialiter fruſtratorium, quod ius horret. l. ſi prætor. de iud. l. fin. ff. ne quid in loc. publ. arg. in l. in fideicommiſſi. ibi, tametſi non facile. de uſur. not. in c. cauſam quæ. de iud. gl. in l. i. in fi. ad municip. in l. ſi ſtipulatus. ibi, quia nõ eſt ueriſimile. de uſu. Et nemo præſumitur litem inchoare ſuperuacaneã. l. i. in fi. ff. de inoff. teſt. Et appareret ex illa intentione fatuitas, quȩ de aliquo non prȩſumitur. l. fi. C. de hæred. inſtit. fa. gl. in l. ſi à te. §. ſi quis fundũ. de except. rei iudic. Euidentia quoq; facti dictum intereſſe domini Palatini cõuincit. Notorium enim eſt, & negari non poteſt, eundem dominum Palatinum ad ſpacium ſedecim annorum uel circa, fuiſſe dictæ aduocatiæ poſſeſſorem: quo caſu maximũ intereſſe habuit, propter cõmodũ poſſeſſionis, in qua nõ potuit non uocatus inquietari, etiamſi nullũ ius habuiſſet. l. uti frui. §. i. ibi, uincet tamẽ iure, quo poſſeſſores potiores ſunt &c̃. ff. ſi uſufr. pet. l. fi. C. ſi per uim. fa. Inſtit. de interd. §. retinendæ. in uerſ. commodum. Quarto inueſtigari pro euidentia conuenit, quia Hartmannus actor in ſecundis actis in ſuo libello inter alia iactitat, q̃d per ſolutionem fructuum extantiũ factam à dominis reis, ipſe poſſeſſionem acquiſiuerit, an dicta ſolutio ita facta in uim concordiæ, de qua in caſus poſitione, ſit ſufficiens cauſa acquirẽdæ poſſeſſionis. Reſpondeo paucis & dico, quod hoc non poteſt multipliciter probari. Primo conſtat, quod poſſeſſio ſine animo accipientis non acquiritur. l. iij. in 33
prin. l. quemadmodum. ff. de acquir. poſſ. Actor autem dictos fructus animo acquirendi poſſeſſionem non accepit. Nam ut idem actor in ſecundis actis in ſuo libello fatetur, hæc ſolutio fructuum metu cenſurarum tantum, nulla penitus habita mentione de acquirenda poſſeſſione aduocatiæ, facta eſt. Item, ut idem actor in dicto ſuo libello fatetur,

ſui accipientis animus fuit ut ſibi poſſeſſio reſtitueretur, nō traderetur ad acquirendum: ex quo ſatis conſtat ipſum non habuiſſe animum ac-
34 quirendi qui ſuper reſtitutione intentabat. Aliud enim eſt reſtituere, aliud acquirere. Reſtituunt̄ enim ea quæ aliquando habuimus, & perdidimus. toto tit. de reſtit. ſpol. & tex. in l. fi. in fi. C. de ſenten. paſſ. & reſtit. fa. l. uideamus. §. i. ff. de uſu. Acquiruntur autem ea quę nunquā habuimus. arg. in c. paſtoralis. de deci. ubi de acquiſitis, tanquam de lucro prius nō habito, decimæ ſoluuntur. fa. totus tit. ff. de acquir. rer. dom. & de acquir. poſſ. Vnde ſicut antea habuiſſe rem, & nunquā habuiſſe, contraria ſunt, ita reſtitui facere, & acquirere. Et per hoc aliàs 10
in lectione mea publica, nouo intellectu ſaluaui gl. i. in fi. in l. iij. de acquir. poſſ. quæ dicit: Quod ſi ingredior fundum animo poſſeſſionem retinendi, non acquiro eam. quam gl. Doct. communiter improbant, quod ea quæ fiunt ad cōſeruandum, etiam inductionē operantur. Puto ueriſſimū eſſe, quod hæc gl. in caſu optimè & mirificè loquat̄, quādo uidelicet aliquis fundū accipit eo animo, ut uelit ſibi poſſeſſionem reſtitui: tunc enim talis animus non operatur acquiſitionem. Retinere enim & acquirere, magis conueniunt quàm reſtitui facere & acquirere: id quod cuiquam ſubtilius introſpicienti palàm eſt, & facile diuerſi 20
tatis ratio adduci poteſt per ſupradicta. In elementis aūt ſymbolizantibus, ſicut in retentione & acquiſitione, facilis eſt tranſitus. Philoſophus ſecundo de generatione. arg. in l. ſi unus. §. quod & in ſpeciem. ff. de pact. id quod non admittitur in ſeparatis, uel contrarium finem aut originem contrariā habentibus, ſicut eſt acquirere & reſtituere. Nunc ad propoſitum. Conſtat ex ſupradictis, quod animus actoris accipientis non fuit, ut per dictam fructuū præſtationem ſibi acquireretur poſſeſſio. Ergo &c̄. Velle autem non potuit ut reſtitueretur poſſeſſio quā nunquā antea habuit: quia qui nihil perdidit, ei reſtitui nihil poteſt. Inſtit. de libert. poſt prin. ibi, nec eſſet nota manumiſſio, cū ſeruitus eſſet 30
incognita. Ad hoc, aliud eſt ſolutionē fructuū accipere, aliud poſſeſſionē acquirere, ſi quēlibet actū per ſe, ſine aliqua circūſtantia cōſidera ueris: ſolui enim per acceptilationē poteſt. Inſtit. quib. mo. tol. oblig. At per eam acquiri poſſeſſio non poteſt: ſeparata ergo ſunt: ſed ex ſe-
35 paratis nihil infertur. l. fi. de calum. et ad pluralitatē rerū, qualitatū pluralitas requiritur. l. ij. deleg. ij. l. Titia. §. fi. l. ſcire. de uerb. oblig. l. aliud. de reg. iur. cū ſimil. Ergo &c̄. Amplius: cauſa originalis ut dicti fructus ſoluerentur, fuit metus cenſurarū: hoc enim actor confitetur. Hęc
36 cauſa præponderat: nam cauſam tantum originalem inſpici, eiq; effectum tribui, ſuprà probatum eſt in ſecundo euidentiali, in uerſ. fortifico præmiſſa. in fi. Et quod reſpicit primum, non reſpicit ſecundum. l. 40
nam ſocij. ff. pro ſocio. l. conſulij. §. fi. de reg. iur. l. licet inter geſta. §. fi. de uerb. ſig. cum ſimil. Accedat, quod actus agentium non operantur

tur ultra eorum intentionem.l. non omnis.ſi cert. pet.Et non debet ultra finẽ deſtinatũ extendi opus operantis.l. obligationũ. i. de actio. et oblig.l. iĵ. de condit. & demonſtr.l. qui iniuriæ. de iniur.l. diuus. ad l. Corn. de ſicar. Cum ergo neutra partiũ hoc egerit ut actori poſſeſſio acquireretur dictæ aduocatiæ,nõ debet dictus actus cõcordiæ ad hoc extendi. Adiuuantur prædicta uel maxime ex uerbis concordiæ quæ ſcripta eſt in ſecundis actis, ubi ad finem hæc uerba ponuntur: Sonder ſo ſollen genante partheyen beide Damit gantz gericht vñ geſchlicht ſein ꝛc. ex quibus uerbis manifeſtè liquet,quod dicta concordia nullam nouã obligationem ſignificare aut innuere uoluit,ſed ſuper ſolis extantibus fructibus diſponere:aliàs non dixiſſet,partes ambas per huiuſmodi ſolutionem fructuũ debere eſſe omnino expeditas & quietas. Porrò cum conſtet quod rex Romanus ex tunc,antè et pòſt,et etiam nunc uerus poſſeſſor eſt dictæ aduocatiæ,non potuiſſent domini rei,etiamſi uoluiſſent, tradendo poſſeſſionẽ alteri, interuertere poſſeſſionem regis poſſeſſoris. arg.l. quamuis.de acquir.poſſ.l. fi.C.eod.tit.d.l. fi.C.ſi per uim.et ſic poſſeſſio actori acquiri, etiam animis concurrentibus non potuiſſet: quia tunc duo in ſolidum poſſediſſent uno reſpectu & eodem tempore,quod eſt impoſſibile.l. iĵ.§. ex cõtrario.de acquir.poſſ.l.ſi ut certo. §.ſi duobus. ff. commod. Tandem clariſſimo iure patet, quod in incorporalibus per unicam ſolutionem fructuum non acquiritur poſſeſſio.arg. l.litibus.C.de agri.& cenſi.l. Titia.de ſolut.& tenet Raph. Fulgoſ.conſilio ſuo clxi.fa.optime quæ not.in c. querelam. ad fin.ibi, annuatim per multa tempora perſoluta &c̃. de elect.arg.c. cum eccleſia.c.cũ olim.de cauſ.poſſ. & propr. Et ut uidet̃ firmare loan. de Lig. conſil.lxxxvi.in quinto uol.conſiliorum,Bal.ſub tali numero ſcripto, ſimplex ſolutio niſi adiuuetur,tempore obligationem non inducit,utpote quod eius natura ſit liberare,non obligare.arg.l.qui hominem.§. fi.ibi gl.de ſol.Et iuris traditione cõſtat,quod particularis ſolutio tantum circa ſoluta,& nõ amplius præiudicat.l. iĵ.ibi gl.l. iĵ.C.de his qui ſpont.pub.mun.ſubeunt. lib.x.cũ ſimil. Per prædicta nõ obſtat,ſi opponeretur de d.l.litibus.et d.l. Titia. quæ ſuprà in partem meã adduxi,quia ibi fuit ſolutio penſionis tempore repetita. Nec obſtat ſi diceretur,ex dicta ſolutione fructuũ ad minus iuris prẽſumptione præſumi debere poſſeſſionẽ actori acquiſitã &c̃.quia reſpõdeo, longe plures eſſe præſumptiones quod non ſit acquiſita, id q̃d patet per omnes ſupradictas rationes. Sed plures præſumptiones uincunt pauciores. arg.l.diuus.de in integr.reſtit. l. i. C. ad l. Cornel. de ſica. cum ſimil. Concludo ergo dictũ euidentiale,quod per ſolutionem fructuũ,Harmannus actor ſibi poſſeſſionem aſſerere non poteſt. His pro euidentia præmiſſis,aggredior deo auſpice materiã deciſiuam prẽſentis controuerſiæ,& pono tres concluſiones. Prima:Immiſſio ex primo de-

38 39 40 41 42

creto per officialē curię Viterbieñ. facta, eſt nulla. Patet in primo, quia proceſſus eiuſdem decreti per arreſtū inceptus eſt, q̃d fieri ualidè nō potuit: tum quia arreſta ſunt prohibita, niſi in caſibus c.i. & ij. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & l. unica. C. de prohibita ſequeſtrat. pecun. cum ſimil. tum quia ad primum decretum procedi debet uia citationis. Specul. in tit. de pri. decre. §. ij. in prin. Bar. in d. l. hæc. §. non defendi. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. Innoc. in. c. fi. de eo qui mitt. in poſſ. Tum etiam dictum arreſtum inutile & nullum eſt, quia eſt impetratū ad hoc, ut dominus Palatinus poſſeſſor non uocatus, ſua poſſeſſione priuetur. Hoc fatetur actor in primis actis in artificiali, ibi, ne ad manus &c̄. At abſentis poſſeſſio lædi non debet. d. l. fi. C. ſi per uim. cū ſimil. Tum denicq; quod dictum arreſtum non habet clauſulam citatoriam, ſcilicet, Si ſeueris te grauatum, compareas &c̄. contra ea quæ traduntur per Bar. et Doct. in l. i. C. de execut. rei iudic. Taceo quod dictū arreſtum eſt informe contra ſtylum curiarum eccleſiaſticarū, & in multis nihil ualet. Cum autem primum decretum ex dicto arreſto uelut ex radice procedat (quod facile manifeſtum fit inſpicienti prima acta & interlocutorias ibi latas) radix autem nulla ſit: itaq; & primum decretum nullū erit.

43 Nam mortificata radix, non facit uirentem ſtipitem. l. in omni. de adopt. l. qui res. §. auream. de ſolut. cum ſimil. Et addo id quod per ma-

44 nus traditur, decretum nō rite interpoſitū, nullum eſſe. l. iuſti. ibi Bart. & Alex. ff. de acquir. poſſ. Secundo ueritas eſt primum decretum

45 nullum eſſe, quod parte cuius intereſt, non legitimè citata, interponitur. hoc clamat totus iuriū concentus. Innoc. in d. c. fi. de eo qui mitt. in poſſ. Spec. in d. tit. de pri. decret. §. iam de effectu. uerſ. quid ſi iudex, qui ambo allegant multos concordantes. & Bar. in d. l. ſi finita. d. §. nihil. fa. l. in concedendo. de aqua plu. arc. l. nam & diuus. de adopt. Et cum poſſeſſor nō citatur, omnia reuocantur in irritum. d. l. fi. C. ſi per uim. l. ſi deſerta. C. ſi propter publ. penſ. l. cum miles. ex quib. cauſ. maior. l. ob maritorum. C. ne uxor pro marito. l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iudic. col. pen. in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ. cū infinitis propè ſimil. Nunc quia in præſenti cauſa primum decretum interpoſitum eſt domino Palatino poſſeſſore legitimè non citato, ut ſuprà in tertio euidentiali præſentis conſilij oſtenſum eſt, Ergo &c̄. Quod ſi etiā de aliqua citatione eiuſdem domini Palatini uel eius procuratorum facta ad certos actus, extra primum decretum appareret, quod tamen aſſiſtentia iuris dici non poteſt: attamen ueriſſimum eſt, nec poteſt aliquo colore tergiuerſari, quod nec dñs Palatinus, nec eius procuratores, nec etiā domini Abbas & Conuentus citati ſunt ad audiendum ſententiā interlocutoriam primi decreti: quod quidem omnino neceſſariū fuit, ut tenet Bal. in iiij. parte conſiliorum ſuorum, conſil. ccclxxix. ad fin. &

46 quod trina citatio ad interpoſitionem primi decreti, uel una peremptoria,

ria,requiratur de neceſſitate,omnes aſſentiunt. Bart. in l.ſi finita.d.§. Iulianus.de dam.infect. & in l.cũ proponas. C.de bon.aut.iud. poſſid.Bal.in addit.ad Spec.in d.tit.de prim.decr.§.iam de effectu. uerſ. non ualet tenuta. & idem Bald.in d.conſilio cccIxxix.fa. quæ not.per Innoc.in c.conſuluit.de off.deleg.et in c.ad petitionem.de accuſ.Bar. in l.ſtatu liberos.§.Stichus.de ſtat.liber.l.deſertorem.§.ſi ad diem. de re milit.Alex.in l.furioſo.de acquir.poſſ. Quod autem nulla pars ex reis,ut ſuprà dixi,ad interpoſitionem primi decreti citata ſit,manifeſtum ſit per prima acta à principio uſq; ad finem.Quamuis enim multæ citationes ibidem decretæ & emanatæ ſint,nulla tamen eſt quæ aliquam mentionem faciat de interpoſitione primi decreti:quem unum & notabiliſſimum defectum,ad annullationem dicti primi decreti,relinquo dominis iudicibus ponderandũ. Nec obſtat ſi opponat aduerſarius, quod imò pars rea citata ſit ad interpoſitionẽ primi decreti: ſiquidem inſtrumentum ſuper huiuſmodi decreto emiſſum,in ſecundis actis ſcriptum circa finem, manifeſte narrat huiuſmodi citationem factam eſſe, & pro inſtrumento ſententiæ iudicis præſumitur.arg.in d. c. bonæ. de electio. c.in præſentia. de renunc.l.acta. ibi Bar.l.de uno quoq;.ff.de re iud. l. ex hac ſcriptura.ff. de donat. et pro hoc Spec. Si tamen ſententia ſcripta ſit in formam actorum, & contineat illum fuiſſe citatũ uel prẽſentem,nõ eſt alia probatio neceſſaria.Et idem Spec. in tit.de inſtr. æd it.§.reſtat.circa fin.in uerſ. in ſumma. in uerb.dic igitur.ubi expreſſe defendit,ſi fiat mentio citationis in inſtrumento ſententiæ,& ab eadem ſententia non ſit appellatum,præſumi citationem ita factam.& ſubſequi uidentur Innoc.& Cardi.in c.quoniam contra. de probat. Hæc prædicta quãuis uideri poſſent aliquantiſper urgentia,tamen nihil obſtant.Et quia Spec.& Doct.circa hoc uariant,unde ut hæc materia apertius reluceat,prẽter alios ſic diſtinguo.Cum quẽritur,an inſtrumentum ſententiæ de proceſſu narrans,fidem faciat.Dic, aut tale inſtrumentum recitat proceſſum iudicialem, per epilogum & ſummariè: aut per diſtinctum ordinem & plenè, ita quod acta ex ordine & diſtinctim recitentur.Si primum,uidelicet,ſi per epilogum fiat recitatio,iuxta practicam quã ponit Spec.in.d.tit.de ſent. §.qualiter autem.uerſ.cæterũ.in fi.tunc acta iudicialia extant, aut nõ:tunc planè uerum eſt,& negare nemo peritus poteſt, quod tali inſtrumento ſententiæ circa citatoriarum recitationem,& alia proceſſum iudicialem concernentia, nõ plus creditur q̃ ex actis appareat, eatenus,quod ſi inſtrumentum aliquid circa proceſſum narret,quod in actis iudicialibus nõ comprehenditur, omnino non creditur tali narrationi. de quo eſt tex. expreſſus qui uiolari non poteſt,in d.c.quoniam contra.de probat.& ibi gl.fi.quod & Cardi.in eo.c.in ſuis finalibus uerbis ſequi uidetur,et Abb.ibidem expreſſe tenet.hoc eſt q̃d Spec.in d.tit.de inſtr.edit. d.§.

47 48

reſtat.d. uerſ. in ſumma . ualde notabiliter ſentit, qui dicit,quod ſi iudex in ſua ſententia narrat, qualiter in cauſa ſit lis cõteſtata,partes prę-ſentes fuerint &c̃. non ei creditur. de quo latius per eum. Et apertius Ioan. And. in addit. ad Spec. in d.tit.de ſent.probat, d.§.ut autem.d. uerſ.et nota ſecundum quoſdam. ſuper uerbo, citatum. qui ex uerbis Guidonis de Suzaria quæſtionem formant, an inſtrumento ſententiæ credatur,narranti partem eſſe citatam: & poſt multa pro & contra diſputata, concludit quod nõ credatur ei, ſubiungens notabile uerbũ, ſcilicet,ſi producantur acta litis,& in eis illa citatio non appareat,habebitur reus pro non citato, niſi contrarium probetur. refert ſe ad ea quæ ſcripſit in d. c. quoniam contra. ſuper uerbo, quæ occurrerint. allegat not. in l.quæcunq;.ff.de publ. in l.i.§. item cum edicto ponderãdo. uerbo ſcilicet,neq; propoſitum eſt.ff. quæ ſenten. ſine appel. reſcind. l. ex ſtipulatione. c. de ſenten. Sentit idipſum Paul. de Caſt. cõſilio quinquageſimo,in iij. col. in uerſ. tertio inducit præfatus dominus. qui allegat d.l.i.§.item cum edicto. & Cle. ſuper uerb. ſententiam. de uerb. ſignif. & quod notatur in Authen. iubemus. ibi gl. pen. C. de iud. Idem tenet Raph. Fulg. conſil. clxij. Et dicit Spec. in d. tit. de inſtru. edit. d. §. reſtat. uerſ. ſed ſi probo. quod iudici acta narranti non creditur ſine teſtibus ſubſcriptis: ſecus in notario. alleg. c. cum à nobis. de teſtib. Si uero acta iudicialia non extent, quia forſan deperdita ſunt, tunc pro ſententia præſumitur, & pro narratione in inſtrumento ſententiæ facta, quantum ad proceſſum iudicialem, præſertim ſi ab ea non ſit appellatum: quo caſu procedere poteſt diſtinctio Innoc. Spec. Cardi. in d. c. quoniam. diſtinguentium, appellatum ſit an non. & hoc modo etiam intelligantur omnia iura ſuprà in contrarium adducta. Quod tamen fallit, niſi allegans contra ſententiã, ſua allegata legitimis documentis probet, ut in prædictis iuribus notatur. Secundo caſu principali, ſcilicet cum inſtrumentũ ſententię ſcriptũ eſt in formã actorũ (ſicuti communiter fit & fieri conſueuit in iudicijs ſecularibus, in quibus præſertim ſunt prægnantes cauſæ) omnia in iudicium deducta, & totus ipſe proceſſus, non quidem per modum epilogi, ſed diſtincte & ordinate, unà cum depoſitionibus teſtium inſeruntur: quod et ſæpe in foro eccleſiaſtico Conſtantienſi fieri uidi, maxime cum regiſtra ſigillantur. Hoc caſu non contradico, quin ex talibus documentis ſententiæ, tanquam ex actis, cum talia ab actis nihil differant, citationes probent & alia. Sic procedat dictum Spec. in d. uerſ. et nota ſecundum quoſdam. & hanc diſtinctionem quam nõ uidi tactam ab alijs, puto ueram et notabilem eſſe. Nunc ad propoſitum redeundo, quia in materia noſtræ quæſtionis acta iudicialia extant, et inſtrumentum ſententiæ primi decreti, non in formam actorũ, ſed per epilogũ & ſummariè proceſſum narrat, ut patet intuenti, ſequitur quod huiuſmodi inſtrumentũ in ſua narratio-

narratione non faciat amplius fidem quàm ex actis constat. Et quia in actis non apparet dictam partem ream esse ad primum decretum citatam, pro non citata habebitur, eritq; tale decretum nullum. Tertio patet nullitas: acta enim primi processus sunt defectuosa. Nam quicquid à die XXII. mensis Julij, anno MCCCCIII. usque ad XXIII. diem mensis Octobris, et sic quasi per tres menses in iudicio actum est, hoc totum omissum est in actis primis, quod facile patet prima acta inspicienti. Constat autem ex instrumento sententiæ primi decreti, iustificata pronunciatio, partium cõparitio, & in summa quicquid ex tunc & intra dictos tres menses iudicialiter actum est, hæc omnia in eisdem actis tacentur: et de necessitate iuris, citationes, interlocutiones, dilationes, responsiones &c̃. in actis inserendæ sunt, ut est tex. in d.c. quoniã contra. Vnde huiusmodi prima acta nulla sunt, utpote contra legem facta. l. non dubium. C. de legibus. quo casu et primum decretum nullum erit. Cum enim acta deficiunt, forma substantialis deficit, ut pulchrè tenet Signorol. de homodeis. consil. ccxlvi. qui allegat l. i. §. simili modo. C. de lati. liber. tol. Guliel. de Cun. in l. necquicq̃. §. de plano. de off. proconsul. l. non sunt liberi. ff. de stat. hom. not. in l. causas. C. de transact. in l. gesta. C. de re iudic. & optime in l. prolatã. C. de senten. per Abb. in c. ad probandũ. de re iudic. Bal. in l. si ut proponis. C. quomodo & quan. iud. Card. in Cle. i. xv. q. de re iudic. cum simil. 49 50

Secunda conclusio: Decretũ etiam secundum, nedum primũ, inualidè & nulliter interpositum est. Probo. Decretum etiam secundum de necessitate præsupponit primum: neq; enim secundum dici posset, nisi respectu primi. arg. l. qui soluendo, de hęred. instit. et l. creditor. §. si primus. qui pot. in pig. Quod si secundum decretum est auctio aggrauationis &c̃. secundum Bar. in d. l. si finita. d. §. Iulianus. præsupponit de necessitate primum decretum, aliàs nihil esset quod augeretur. arg. l. legata inutiliter. ibi Bar. in prin. ff. de leg. i. Cum itaq; primum decretum nullum sit, & pro infecto habeatur. d. l. quoties. ff. qui satisd. cog. etiã secundum decretum nullum erit, quod interponi non potest, nisi primum præcedat. Præterea secundum decretũ uult & exigit certum tempus ab interpositione primi decreti, hodie annum, ut per gl. & Bar. in d. §. Iulianus. Cum ergo primum decretum nullum sit et pro non facto habeatur, quomodo potest ab eo quod nihil est, temporalis cursus incipere, cum non entis nullę sint qualitates? l. si seruum. de actio. empt. & gl. in c. quod uero. xxxij. q. ij. Secundo probatur nullitas secundi decreti: nam interpositũ est dño Palatino uero possessore, uel possessoribus legitimis nõ citatis. Quamuis enim citatio decreta sit, ut patet in primis actis, tamen non est legitimè executa, utpote forma tradita non seruata: ad quæ repeto ea quæ suprà in tertio euidentiali dixi. Verum autem est, quod ad interpositionem secundi decreti, uel maxime citari 50 51 52 53

debeant aduersarij quorum interest. Spec. in tit. de secun. decre. §. i. ad prin. Bar. in l. multũ. C. de condit. & demonstr. cum alijs iuribus uulgatis. Item et prima acta etiam circa secundum decretum defectuosa sunt: non enim continent eiusdem decreti interpositionem, ut patet in fine eorundem actorum: necesse tamen fuit eam inserere, per. d. c. quoniã contra. & ibi Abb. qui tenet, non solũ interlocutiones, sed etiã diffinitiuas inseri debere, quamuis secundum decretum iuxta communes opiniones sit interlocutoria. gl. in l. prẽsenti. C. de his qui ad eccles. confug. Alex. in l. q̃d iussit. col. v. ff. de re iudic. Et ad præmissa repeto ea quæ in superiori cõclusione dixi in ultima ratione. Addo, quod narratio facta in instrumento sententiæ secundi decreti, non uidetur ubiq; uera. Videt̃ enim, ut ex secundis actis liquet, ibidem significari & præsupponi, quod magister Ioannes Baldung fuerit sufficiens procurator domini Palatini: at hoc aperte falsum est. Ad nihil enim aliud constitutus fuit, quàm ad declinandum forum, non consentiendũ: si opus esset, cauendum &c̃. ut patet in primis actis. Deniq; ambo decreta primum & secundum nulla sunt, ex eo quod officialis Curiæ Viterbien̄. eadem decreta fundauit super causa contumaciæ: hoc patet ex serie amborum instrumentorũ in secundis actis productorum. Verius enim uero est, & aperte liquet, partem ream nunquam fuisse legitimè citatam, per multa supradicta: unde eadem pars rea contumax iudicari non potuit. His consequens est, quod idem officialis huiusmodi de-
54 creta super falsa causa et manifesto errore fundauit: sunt ergo nulla, ut not. in d. l. iuste. ibi Bart. & Alex. de acquir. poss. d. l. i. §. hæc uerba. ne uis fiat ei qui in poss. l. iij. §. puberi. ad Carbo. l. i. §. i. quæ sent. sine appell. rescind. &c̃. Puto dominos iudices primori loco memorię meminisse, quod ambo decreta, primũ & secundum lata sunt uero & notorio possessore, scilicet domino Palatino, iuste nunquã citato et absente: & sic non solum contra ius scriptum, sed etiam contra ius naturale (quia et Deus dixit Adam, ubi es?) nulliter lata, possessionẽq; absentis non auditi turbatã, contra d. l. fi. l. meminerint. C. unde ui. Cardi. in c. inter quatuor. de maior. & obed. Refero me ad ea quæ in fine præsentis consilij dicam.

Tertia conclusio principalis. Sententia diffinitiua quę in iudicio secundi processus lata est, est inualida & nulla, uel saltẽ iniusta et iniqua. Hæc conclusio plurib. probari posset, sed ero aliquib. cõtentus. Primo probatur: nam huiusmodi sententia ex processu iudiciali fluit: processus fundat se super primo & secundo decreto. Hoc patet: quia per literas monitorias in uim secundi decreti datas, idem processus cœptus est. Patet etiam per interlocutoriam iudicis latam, de qua in secundis actis: & idem apparet per libellũ actoris. Cum autem radix in quam secundus processus se fundat, nulla sit, scilicet primum & secundũ decretum,

cretum, quorū nullitatem ſuprà multis rationibus probauimus: itaq; & proceſſus erit nullus, & per conſequens etiam ſententia nulla erit: quia caſſata radice &c̄.d.l.qui res.§.areã. de ſolut.d.l. in omni. de adopt.fa. quæ not. ex Spec. in tit. de ſenten. præalleg. §. iuxta.in vi. col. in uerſ.item eſt nulla ratione proceſſus.Et traditione iuris liquet,ex cõ ſequentia actus præambuli,poſteriora dirigi:quippe quod ex primordio tituli poſterior formatur euentus.l.i.in fin.& ibi gl. not. cum multis concord. C.de impo.lucrat. deſcrip.lib.x. fa. l. iĩj. §. ſcio etiam.de min.xxv.ann.l.qui balneum.l. potior eſt. qui pot.in pig.habeantur. cum ſimil. Secundo, dicta ſententia præſupponit expreſſum errorem,cauſamq; ſaltem de iure falſam,imò & de facto non probatam,ſcilicet quod actor ſit feudatarius feudi preſentis quęſtionis. Sic enim uerba ſententiæ ſonant:Actori tanquã uaſallo &feudatario &c̄.ut illa dictio,tanquã, ſit expreſſiua ueritatis. Simile in c.pro humani. de homicid.lib. vi. in l.i. ad l.Iul. de ui priu. At hoc eſt expreſſe falſum de iure: ius enim prohibet laicos,preſertim eos qui defendere eccleſias nõ poſſunt, ſibi uſurpare titulum permanẽtem, ſeu ius in rebus eccleſiaſticis. Imò & feudum præſentis quæſtionis de iure cõpetere nulli poteſt, niſi ſit habilis ad defendendum, ut hæc omnia ſuperius in primo & ſecundo euidentiali latiſſime fundaui. De facto quoque non eſt probatum, quod actor ſit uaſallus &c̄.quia inueſtitura ſua nihil proficit,ut ſtatim poſt in ſexta ratione adfirmabo.Huic ſuccedit q̃d per manus traditur, ſcilicet ſententiam eſſe nullam, quę ex cauſa de iure et facto falſa,uel ſaltem de iure falſa procedit.et fundatur ratio in d.l.i.§.i.& ĩj.quę ſenten. ſine appell. reſcind.l.ſi expreſsim. ibi Bart. & Ang.de Are. late in ſua repetit. ff. de appell. & tenet Papiẽ.in ſua practica, in tit. de for.ſenten.diff.in uerſ.item & nulla ſi lata ſit ex falſa cauſa.in uerſ.ſecundo caſu. Tertio,ſicut libellus ineptus et ſibiĩpſi cõtrarius non procedit, ut tenet Bar.in.l.naturaliter.§.i.in x.col.in ĩj.q.prin. uerſ. ſecundo caſu.de acquir.poſſ.Bal.in l.edita.xviĩ.col.in uerſ.reſpõdendũ.in uerb. ſed dic quod uidetur .Sic etiam ſententia ex inepto & contrario libello data,nulla eſt.gl.ab omnibus approbata Inſtit. de oblig.in princ.in uerb.ſecundum.Spec.in tit.de off.om. iud.§.de ſeruit. uerſ. quid ſi libellus.ad fin.ibi Ioan.And.in addit.Bal.l.actori. C.de iureiur. Abb. c.cum Ioannes.de fide inſtr.in c.dilecti.de empt.& uendit.In propoſito autem,libellus per actorem datus ineptus eſt,& ſibiĩpſi contrarius: quod ita probo.Actor præter petitoriũ etiam duo poſſeſſoria intenta uit,ſcilicet recuperandæ &retinendæ.De recuperandæ patet in articulis vi.libelli ſecundorũ actorũ,ubi dicit ſe poſſediſſe actor,uſq; ad tempus ſpoliĩ:in concluſione petit,ſpoliationes deſtitutiones&c̄.eſſe illicitas, et ad reponendũ,reſtituendum,reintegrandũ &c̄.per quæ uerba, uel ſuper ſpolio,uel certe ex c.reintegranda.egit.fa.quæ not.per Spec.

& alios in tit. de restit. spol. per discursum. De possessorio retinendæ patet: quia in articulo xiij. & pòst in cõclusione actor super molestatione uexationis nititur, et in eadem cõclusione petijt partireæ silentiũ imponi, quod idem est ac si peteretur sibi prouideri ne in futurum turbetur: per quę uerba indubitate possessorium retinendæ conuincitur. not. per gl. optimam in c. dudum. de dec. Abb. in c. licet. de probat. et idem in c. cũ dilectus. de caus. poss. et propr. Spec. eod. tit. §. in retinendæ. Ioan. de Lig. d. consil. lxxxvi. in v. uol. consiliorũ Bal. & idem Bal. in iij. uol. d. consil. cccl xxix. in uers. quartum requiritur. Dies me deficeret si pro saturitate iura ad hoc allegarem. Constat autem quod hæc duo possessoria contraria sunt. Nam qui pro recuperanda agit, negat se possessorem: qui autem pro retinenda, fatetur. Negare aũtà se possessionem, & eam fateri, contraria sunt. fa. quæ not. per Bar. in d. l. na-
59 turaliter. loco prędicto, & ibi Alex. At quæ contraria sunt, simul stare non possunt. l. si reus. de duob. reis. l. non est nouũ. de acti. empt. cum simil. Sed pugnabit aduersarius, quod imò ipse possessoriũ retinendæ nõ intentarit, & uerba in libello posita, præsertim hæc clausula, ut silentiũ imponatur, referri debere ad possessorium recuperandæ, etiã
60 si improprie id fiat, cum impropriare libellans uerba possit, ut libellus ualeat. per not. in l. si quis intentione. de iudic. imò Doct. in c. examinata. extra eo. tit. At q̃d respondeo, fieri non posse, nec iure recipi, quod ad possessorium recuperandę imponendi silentij petitio referatur. Ad quid enim peteret imponi silentiũ, cũ restituta esset possessio? uel quæ reliqua timere posset, qui iam possessionem haberet? Magnum ergo est interuallũ inter hæc duo, quorũ alterum alteri cohærere nõ potest. Vnde nihil beat quod de impropriatione obijci posset, ut eleganter tenuit Bald. in l. ij. de condit. instit. qui inter alia uult, si quis super proprietate libellaret, & probet de utili dominio, obtinere nõ posse, quod illius ad hoc separata prorsus sit distantia. quod dictum Baldi magni facit Alex. in l. si quis ui. §. differentia. de acquir. poss. Ex quibus alterum ex duobus concludo, quod dicta clausula, imponi silentium, aut referetur ad possessorium retinendę, quod necessariò fit, et uerba quadrant & assonant, ut suprà probaui: Aut inepte ponitur in dicto libello, quæ ineptitudo ex hac relucet, quod non potest rite peti reo imponi silentiũ, nisi recõueniat, uel per factũ suũ molestet. Card. in c. audi tis. in primo not. de præscript. fa. quę not. per Alex. post Bar. in l. si cõtendat. de fideiussor. gl. elegans in l. Aurelius. §. centũ. ibi Bar. de lib. leg. et per Bal. in d. consil. cccl xxix. in uers. nam si petere silentiũ. cũ simil. Ineptitudo quoq; non solũ libelli, sed etiã libellantis, ex eo probat, quod actor petitoriũ intentat cõtra dominos Abbatem et Conuentũ,
61 qui (ut manifeste patet) nõ sunt possessores dictæ aduocatiæ, nisi passiuè, ita quod quadam subiectionis figura redditus regi possessori soluere

uere coguntur, cuius obtutu rex uerus est possessor, actiuè scilicet, qui dicta iura in dominis reis, uel eorũ bonis possidet: quem regem actor super huiusmodi possessione cõuenire & impetere debuerat, per tex. expressum in d. c. inter quatuor. de maior. & obed. ubi Doctor. communiter. Card. Abb. post Innoc. notant, quod ille qui est in possessione obedientiæ, id est, ut sibi obediant, conueniendus est, & non subditus qui obedientiam præstat. Vel certe ad euitandum contraria, actor securiorem uiam eligendo, ambos conuenisse debebat, scilicet regem et dominos reos: quæ practica per dominos Doct. in d. c. inter. cõmuniter approbat. allegant Card. c. fi. de maior. et obed. c. ecclesia. de constit. l. principaliter. C. de liber. caus. Nec id fortè immeritò: ad utroscp enim uidetur pertinere defensio, ut uoluit Innoc. in c. auditis. prælegato, in uers. alij dicunt. de præscript. Dominorum enim interest, ne subditos perdant: & uicissim subiectorũ, ne dominos, ut dicit Alex. in l. sæpe. xxxij. col. ad fi. in uers. pro qua opinione. ff. de re iudic. qui allegat gl. in l. inuitus. de fideicõmiss. libert. Cyn. in l. i. C. de nouat. Hosti. in c. dilecti. de maior. & obed. c. ij. §. eadem. de capit. Corr. in usibus feud. Et profectò in proposito, sicut regis interest possessionem iuris defensorij non perdere, ita dominorum reorum refert, ne tantũ defensorem mutent, sub cuius alis regijs, se, suum monasterium & bona defendi et protegi quam facillime posse certò confidunt. Cum itacp actor posthabito rege possessore, dominos reos tantum conuenit, qui possessores non sunt, inepte & inualide egit. Addo alias ineptias & falsitates. Nam actor dominos reos in articulo primo libelli impetit super castro S. quod castrum in memoria hominum & ultra, domini rei nec actiuè nec passiuè, imò penitus non possiderunt, et fortè ubi tale castrũ sit, non satis certi sunt. Ipse etiam met actor in nullo sui libelli articulo ponit quod domini rei hoc castrũ possideant, & tamen super eo ipsos impetit, ut omnino informiter & nulliter libellatum sit. Actio enim realis, non competit contra non possessorem. l. i. C. de alie. iud. mut. caus. fact. In articulo quocp xij. libelli, actor ponit dños reos sibi possessionem feudi restituisse: quod aperte falsum est, ut statim plus probabit. Taceo alia per quæ apparet libellũ actoris esse nihili et inualidum, et proinde sententiam ex eo datam nullam. Quarto probatur nullitas: nam acta iudicialia secundi processus, in locis notabilibus & præiudicialib. defectuosa sunt. Siquidem quicquid in integro mensis spatio, uel quasi, scilicet à die quarta mensis Octobris, usq; ad tertiam Nouembris in iudicio actum fuit, non est inscriptum. Constat autem ex comparitione & gestis procuratorum in dicta tertia die Nouembris habitorum, quod interea temporis est lata una interlocutoria, de danda forsan actione in scriptis &c. quæ interlocutoria cum cæteris actibus iudicialibus, quibus interea processum est, omnia illa in eisdem

actis secundi processus deficiunt, ut ex eis uenerandi patres domini iudices appellationis, quantum ad ea attinet, sese resoluere nequeant. Adiuuit hanc nullitatem dictus officialis Viterbien. qui post factam tunc procuratorū altercationē, inter alia decreuit se priori interlocutorię inhærere uelle &c. & tamen quę sit illa interlocutoria prior cui inhæret, qualis, quibus uerbis, uel quando lata, ex dictis actis nō constat. Accedat ad præmissa, quod testes per actorem, ut acta docent, producti sunt. At hi testes nunquam sunt in scriptis dicti processus redacti, uel in actis inserti, quod & pariter contra d.c. quoniam contra. inualide obmissum est, ex quibus dictæ sententiæ nullitas elicitur. fa. quæ per Bal. not. in l. prolatā. ad fin. C. de senten. & repeto ea quæ supra in i. conclusione in iij. ratione huius consilij deduxi. Quinto loco nullitas, uel saltem iniustitia dictæ sententię ex eo apparet, quod officialis prædictus interesse illustrissimi domini regis, qui suos legatos à principio in iudicium destinauit ut dominos reos defenderent, & iudicium in se susciperent, per sententiā interlocutoriā præcise latam, reiecit & contempsit, ut patet in actis: hoc enim nulliter, uel saltem iniquè factum esse, ex hoc ostendi potest. Manifestum est, & negari, uel saltem ignorari non conuenit, quin dominus rex uel hodie sit possessor iurium & prouentuum dictæ aduocatiæ, ut qui iure belli eandem à domino Palatino obtinuerit et possideat. At omnia iura, ut iam sæpe dixi, clamant, possessorem esse uocandum, uel si ultro compareat, audiendum, nec aliquid contra ipsum absentem non auditū attentandum. d.l.fi. C. si per uim. imò quantumcunq; quis non habeat ius, non est ei uiolanda possessio sine causæ cognitione, ut pulchrè sentit Fede. de Sen. consil. ccli. qui allegat xvi. q. iiij. c. uolumus. viij. q. iij. c. nónne. cum alijs concord. Et possessore non audito, reuocantur omnia. d.l. si deserta. C. si propter pub. pensitat. d.l. cum miles. ex quib. caus. maio. l. à diuo. §. si super. de re iudic. l. si constiterit. C. fin. regund. cum multis similibus suprà allegatis. Et debet quisq; in sua possessione defendi, donec alius doceat de iure suo. Bald. in i. parte consiliorum, consil. ccccxlij. Innoc. in c. in præsentia. de probat. fa. d. l. i. §. hæc uerba. ne uis fiat ei qui. et Bal. in dicto primo uolumine cōsiliorū, consil. cccxlv. qui ad hoc allegat ij. q. c. in primis. ij. q. vi. c. appellatū. vij. q. i. c. prę sentium. fa. quæ not. per Innoc. Card. Abb. in d.c. inter quatuor. uolentes, nihil debere attentari in præiudicium possessoris non uocati, ubi de subiectione agitur. Accedat, quod domini consiliarij regiæ Maiestat. in Visischeim, literis uel missiua eorum in actis secundi processus inserta, officialem admonuerunt, & protestati fuere de nullitate, si ipse rege non uocato & audito procederet: quæ scripta idem officialis, ex eo quod procuratores partium super eis auisauit, efficacia existimasse uidetur, sicut in ueritate fuerunt. Non enim præsumitur iudex eos frustra

62 63

ſtra auiſare uoluiſſe, cum actus iudicis non debeat eſſe fruſtratorius, 64
l. non quemadmodum. in fi. l. ſi prætor. in princ. ff. de iudi. & tamen eis nõ curatis proceſſit. Præterea ſi dominus rex tanquam principalis prius uocandus fuit, ut ſuprà in iij. ratione huius conſilij, in uerſ. ineptitudo. probauimus, quanto magis pro intereſſe ſuo ultro cõparens admittendus, et in iure ſuo audiendus fuit. Ratio enim dictat, ut ad ius 65
ſuum quiſq; admittatur, ut not. Innoc. in c. cum ſuper. de re iudic. qui allegat d. l. principaliter. C. de liber. cauſ. Ad hoc, quia principalis defenſio ad regem pertinet, cuius obtutu neceſſitate coactus fuit ſuum intereſſe allegare, ne, ſi tacuiſſet, ſibi præiudicaret. per not. in d. l. ſæpe. §. ſed ſciendum. de re iudic. unde meritò admittendus fuit. Deniq; cur non admitteretur, cum tamen prior poſſeſſor dominus Palatinus, ſaltem per ſuos procuratores, ſi qui eſſent, quamuis non legitimè, tamen uocatus fuit: & notorium eſt, regem eo poſſeſſionis iure cenſeri, quo Palatinus cenſebatur. Sexto negari non poteſt, quin actor petitorium adduxerit. Nam in primo articulo ſui libelli, in actis ſecundi proceſſus, dicit dictum feudum aduocatiæ ad ſe pertinere iuſto titulo, iure feudi, dominij uel quaſi. Item in nono articulo titulum inueſtituræ allegat, & ſæpe aliàs hoc ſignificatur. Veritas autem eſt, quod idem actor in petitorio nihil probauit. Teſtes enim de quibus conſtet, nullos habuit: inueſtitura producta nihil profuit, ex multis cauſis: tum quia dicta inueſtitura inter alia narrat, quod epiſcopus inueſtierat actorem ſecundum continentiam & tenorem antiquarum inueſtiturarum à ſenioribus ſuis habitarum. At in noſtra controuerſia nulla apparet inueſtitura ſeniorum, atq; ita neſcitur continentia, tenor, modus, qualitas, quomodo uel qualiter huiuſmodi ſeniores inueſtiti ſint. Præſens ergo inueſtitura incerta eſt, quæ per relationem ad alias inueſtituras certificari non poteſt. arg. l. iij. C. de ſenten. quę ſine cert. quant. & fa. l. ubi aũt. de uerb. oblig. per Authen. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. Vnde ex eadem inueſtitura certa probatio prodire non potuit. arg. l. duo ſunt Titij. de teſt. tut. l. neq; natales. C. de prob. cum ſimil. Præterea in inueſtitura præſentis cõtrouerſię, epiſcopus inueſtitor excepit ius cuiuslibet alterius, & ſic non aliud uidetur conceſſiſſe quàm ius quod habuit. At talis conceſſio nõ probat titulum dominij, niſi etiam de iure concedentis probetur. fa. quæ not. per Bar. in l. ſi ſic. §. fi. ad fi. de leg. i. uolentis, neceſſarium eſſe doceri de iure cõcedentis, qui ius quod habet contulit. allegat l. rogauit. de libe. leg. & Alex. late in l. locus. uerſ. ultra ea quæ ex ſummario. de acquir. poſſ. Nec obſtat quod dicta inueſtitura in forma uerborũ non ſonat, Quicquid iuris &c̃. Satis enim eſt in effectu et uirtute uerborum id ſignificari: de æquipollentibus enim non refert &c̃. l. fideicommiſſa. de leg. iij. cum ſimil. uulga. Iam uero & ipſe actor met in actis ſecundi proceſſus confeſſus

est, in præsenti negocio ius domini episcopi implicitè tractari, quod ius
66 meritò probari debuit: nõ enim sufficit allegare, nisi etiam probetur. l. qui accusare. C. de eden. Deniq; uerũ est, quod fundamentũ præsentis quæstionis habet annexam qualitatem defensionis, ita ut qui probare uelit hoc feudum ad se pertinere, probare debeat se posse defendere. Dicitur enim feudum aduocatię, ut sæpe dictum est: quam qualitatem defendendi, etiã inuestitura significat, ueluti suprà in secundo euidentiali, in uers. nec obstat. folio huius consilij ij. ostendimus. Verũenimuero actor recepto eo q̃d feudum in sese probatũ sit, nõ tamen probauit se talem ut possit defendere, maxime quod suę conditionis indispo 10
sitio in oculis patet. Debet autem nõ solum res ipsa, sed & qualitas adhærens rei probari. arg. l. iiij. §. docere. ff. ui. bon. rapt. l. i. §. ait prętor. ne quis in flumine. ibi Bar. Ioan. And. in d. c. i. de homicid. lib. vi. Bal. in l. si quis non dico rapere. C. de episc. & cler. cum simil. Accedat pro septima ratione, quod nec possessoriũ cui inhæsit actor, probatũ est. Nam primum & secundum decretum eum possessorem non fecerunt: ambo enim decreta nulla sunt, ut suprà in prima & secunda conclusione probaui. Quod si huiusmodi decreta aliqua essent, tunc adhuc actori, ut possessor talis diceretur cui possessoria interdicta competerent, huiusmodi decreta nihil profuerunt: tum quia actor ex pri- 20
mo decreto accipere neglexit, tum etiam quia in iura præsentis quæstionis corporaliter nunquam uel realiter missus est per iudicem, & sic ciuilem & naturalem possessionem nõ est nactus. Et quamuis per sententiam secundi decreti sit iussus mitti, hoc tamen eum possessorem non fecit, nisi actualiter missus esset, ut dicit Abb. in c. contingit. de dolo. et contu. allegat c. cum aliquibus. de re iudic. Nec obstat d. c. cõtingit. quod disponit, eum qui iubetur mitti, esse uerum possessorem: quia hoc fortè procedit ad effectum dominij consequendum, non autem ad hoc ut tali possessori ficto, interdicta possessoria, quæ ueram & realem possessionem requirunt, c. olim. de restitut. spolio. c. fin. eod. 30
67 tit. in vi. cõpetant. Negari enim non potest, eum qui corpore et animo possessionem non est nactus, nõ posse dici, nisi iuris fictione, possessorem. & hoc uidetur sentire Abb. in d. c. contingit. in iiij. notabili. Et prohoc est Spec. in tit. de eo qui mit. in poss. in uers. porrò. nõ obstante quod dictum c. contingit. nominat eum qui mitti iussus est, uerũ pos-
86 sessorem: quia in casu d. c. uerus possessor intelligitur incõmutabilis, ut elegãter exposuit Spec. in d. tit. de secundo decr. §. uidendum. uers. hoc quoq;. Et sic in casu d. c. contingit. uerum nõ opponitur fictioni, sed mutabilitati: quod pro intellectu eiusdem c. notandum puto. Sed non est multum circa hoc laborandum, cum aperta & nõ tergiuersanda nullitas dictorum decretorũ fundata sit. Et sic apertissime apparet, actorem ex huiusmodi decretis possessionem sibi asserere nõ potuisse. 40

Amplius

Amplius: nec ſolutio extantium fructuum ei facta, poſſeſſionē dedit, ut ſuprà late in ultimo euidentiali oſtenſum eſt. Nec etiam per inueſtituram probari poſſeſſio poteſt. Notiſſimi enim iuris eſt, per inueſtituram non poſſe acquiri poſſeſſionem. c. pro illorum. ibi gl. ſuper uerb. inueſtiuit. quæ adducit concord. de præbend. Ius enim ad rem, non facit poſſeſſionem. Innoc. in c. literis. de reſtit. ſpol. Et per inueſtituram non acquiri poſſeſſionem, diffuſe probat Alex. in d. l. iij. in iij. col. uerſ. iuxta prædicta tangit hæc. de acquir. poſſ. Tandem nulli teſtes adſunt qui huiuſmodi poſſeſſionem probent. Relinquitur ergo quod per nullam probandi ſpeciem uel figuram dicta poſſeſſio probata ſit: quæ, cum facti ſit, l. denique. ex quibus cauſis maio. l. i. §. ſi uir. de acquir. poſſ. non præſumitur niſi doceatur. l. in bello. §. factæ. de capt. & poſt lim. reuerſ. His omnibus conſequens eſt, quod actor ſuum articulum ſextum, in quo ipſe ſe poſſediſſe dicit, nō probauerit, & iudex iniuſte decreuerit ei reponi debere poſſeſſionē, quam nunquam habuit. arg. Inſtit. de liber. poſt princ. Octauo conſtat ex actis, quod domini rei articulos peremptorios obtulerunt, quibus allegauerunt ius tertij, ſcilicet regis, excluſiuum uel certe diminutiuum iuris agentis: quos articulos officialis reiecit iniuſte. Iuris enim traditione manifeſtum eſt, quod ſi reus cauſam habet allegandi in iudicio ius tertij excluſiuū iuris agentis, utpote quod timet periculum ne bis cogatur ſoluere, debet ad illud deducendum admitti, ut tenet Bar. per ſuam elegantem & magiſtralem diſtinctionē, in l. ij. & ibi etiam Alex. in addi. ff. de excep. rei iudic. qui allegat optimum tex. in l. quandiu. de bon. lib. l. iij. §. cum conſtet. ad Carb. Et ſubiungit quiddam fortius: quod ſi etiā reus per huiuſmodi ius tertij non in totum excludat, ſed aliquantulum diminuat ius agentis, dum tale ius tertij non ſit accidens, uel acceſſio rei, uel perſonę cohærens, ut ſunt ſeruitutes, per l. loci corpus. §. cōpetit. ſi ſeruitus uendic. poteſt reus etiam illud ius allegare, & admitti debet. allegat l. indebiti. §. ſi numū. de condit. indeb. l. ſi quis emptione. §. i. C. de præſcrip. xxx. annorum. fa. l. cum ſeruum. C. de ſer. fug. Hanc Bar. doctrinam communiter Doctor. approbant. Imò in propoſito manifeſtè apparet, dictos articulos dominorū reorum, ius agentis in totum excludi potuiſſe: poſſeſſione enim regis non ui, clàm, uel precario probata, erat ius agentis ſuper poſſeſſorio excluſum: tum quia duo inſolidum &c̄. d. l. iij. §. ex contrario. de acquir. poſſ. tum quoq; quia ſi etiam admitteretur aliqua actoris poſſeſſio, tamen rex tanquam antiquior poſſeſſor prę latus fuiſſet. per c. licet. de prę b. Vel certe (id quod nemo inficiari poteſt) agentis ius diminutum fuiſſet. Habuerunt autem domini rei urgentem & probabilem cauſam hoc ius regis allegandi, ne neceſſariò adigerentur duobus dominis figura ſubiectionis eſſe adſtricti, & præſtationem annuam uni obligatam, duobus ſoluere: quod 69

esse non debet, ut uult Innoc. in d. c. inter quatuor. in uers. alij dicũt fortè melius. & Card. ibidem in x. q. Vnde iniuste dicti articuli reiecti sunt. Ex quo ultimo dicto saltẽ apparet, partem ream maxime per officialẽ esse grauatam, quæ per sententiam diffinitiuã cogitur reponere actorem in possessionẽ fructuũ, et ad feudum &c. quos fructus regi soluit. 70 Non enim debet una res duobus solui. tex. optimus in l. fi. C. ad Trebell. Nec debet aliquis duplici onere prægrauari. l. sed in lege. ff. loc. l. nauis. §. cum autem. ad l. Rhodiã de iact. l. libertus. §. præscriptio. ad municip. Nec unus uicem duorũ sustinere. l. si plures. de pact. Vnum enim uix pauci ferre possunt, utrunq; nemo, ut dicit Cicero in Oratio- 10 nibus. pro hoc fa. quod not. in l. si consul. de adopt. l. licet. §. si plures. de procur. Grauatus etiam uel nimium est illustrissimus dominus rex, quũ possessione pergit ipsum priuare dicta sententia sine causæ cognitione, eo nec uocato nec audito, imò cum ultro cõparuit reiecto: quod quam sit omnino non dico absurdum, sed euidentia rei iniquum (lubet enim hoc fundamentũ sæpe repetere) nemo est qui nõ uideat. De 71 bet enim possessor potior esse, et in sua possessione defendi, etiamsi nullũ ius haberet. tex. in l. uti frui. §. q̃d si fortè. ff. si usufr. pet. l. fi. C. de rei uendic. l. ij. in prin. C. ut nemo priu. c. ex conquæstione. c. in literis. de restit. spol. xvi. q. iiij. c. uolumus. c. licet episopus. de prẽben. lib. vi. De 20 sipere ille nõ sapere dicit, qui possessori uel nõ uocato, uel reiecto, possessionẽ auferre pergat, uel iubeat alium in superiorem recognoscere. Addo aliud grauamen, quod ex ui dictæ sententiæ domini rei cõdemnati sunt ad reponendum actori castrum S. quod castrũ, ut suprà dixi, domini rei in memoria hominum nunquam possederunt, uel habuerunt. Nec actor probauit aliquo modo tale castrum apud dominos reos esse: quæ una causa manifestam iniquitatem dictæ impingit sententiæ. Sed age, ut ad finẽ acceleremus, & argumẽto complexiuo difformitatem, impertinentiam, iniquitatem, impossibilitatem, & nullitatem dictæ sententiæ cõuincamus, ponderari conuenit uerba eiusdem 30 sententiæ, quę inter alia ita sonant: Eosdem dominos reos ad reponendum damnum, actorem ad feudum, seu beneficium suum, ad quod ipse est inuestitus, & in possessionem uel quasi, uel saltem statum iuris percipiendi &c. Ex quibus ita arguo: Aut huiusmodi uerba, Ad feudum suum, & in possessionem, referuntur ad petitorium tantum, aut ad possessorium tantum, aut ad utrunque, aut ad neutrum. Discurramus per singula membra. Si enim prædicta uerba ad petitorium tantum referantur, tunc impertinentia & informia sunt: nam in actione reali non fit condemnatio ad rem, & ad possessionem. arg. l. ex diuerso. ij. respons. ubi iudex declarauit meum esse debere. nec etiam ad 40 restitutionem rei, nisi per officium iuncta. l. qui restituere. ff. de rei uendic. pro hoc Spec. in tit. de caus. proprie. et post. §. sequitur uidere. uers.

aliæ

aliæ ſunt. et per iura uulgata. Vel ſaltē dicta ſententia iniuſta erit, quia petitorium non eſt probatū, ut ſuprà in vi. ratione conſtitit. Si uero ad poſſeſſoriū tantū referas, tunc aut ad recuperandæ, aut ad retinendæ, aut ad ambo poſſeſſoria referri neceſſe eſt. Ad recuperādæ nō poteſt: quia actor nunq̄ fuit in poſſeſsione, ut ſuprà dixi & probaui in ſeptima ratione huius conſilij: et ſic reponi uel reſtitui ea poſſeſsio non potuit, quā actor nunq̄ habuit. Reponere enim illud dicimur, quod in priſti- 72
num ſtatū reducimus. per tex. in d. l. i. §. reſtituas. ne quid in loc. pub. Ad retinendæ non poteſt: quia uerba ſententiæ ad hoc poſſeſſorium applicari non poſſunt. Sententia enim in interdicto uti poſsidetis, aliā formam requirit. Ad ambo poſſeſſoria nō poſſunt dicta uerba referri: quia approbaretur incompaſsibilis cōtrarietas. Ad hoc, ſi dicta ſententia poſſeſſorium quodcunq̄ reſpiceret, iniuſta eſſet: quia nulla poſſeſsio probata eſt. Si uero referas ad utrunq̄, ſcilicet ad petitoriū & poſſeſſorium, quod uidetur iudex uoluiſſe, propter copulatiuam coniunctionem, Et, quæ inter diuerſa ponitur, ut uoluit gl. in rubrica C. de iur. & fact. ignorantia. & iterum non ualet. Coniunctio enim copulatiua, extrema æquè principaliter & pariter copulat, dicit Bal. in Authen. ſi qua mulier. in iij. col. in uerſ. ſed modo reſtat. C. de ſacroſanct. eccl. qui allegat l. qui neq̄. de reb. eorum. fa. l. falſa. §. fi. de cond. & demonſt. Sed petitorium & poſſeſſorium in diffinitiua æquè principaliter connecti nō poſſunt, cum poſſeſſorium à petitorio abſorbeatur. c. cum dilectus. cum gl. ibi. de cauſ. propr. & poſſ. et poſſeſsio præmitti debet. l. ordinarij. C. de rei uend. l. incerti. C. de interd. l. ſi de ui. ff. de iudic. Ad hoc ſcimus quod determinatio ſua determinabilia æqualiter debet determinare. l. iam hoc iure. de uulg. & pupill. Bal. in l. in teſtamento. C. de milit. teſta. not. in c. ſecundo requiris. de appell. cū ſimil. At hæc determinatio, reponere, non æqualiter petitorium et poſſeſſorium reſpicere poteſt: in petitorio enim res reſtituitur ut domino, non ita poſſeſsio. Et cum nec petitorium nec poſſeſſorium probatum ſit, erit ſaltem ſententia etiā quo ad hoc membrum iniuſta. Si uero dicta uerba ad neutrum referas, ſententia euidenter nulla eſt, utpote nō con- 73
formis libello. l. ut fundus. ff. cōm. diuid. l. fi. C. de fideicōmiſſ. liber. Sic eueniet, ut quancunq̄ in partem dicta uerba reflectas, ſententia aut nulla erit, aut iniqua.

Per prædicta puto ego Vdalricus Zaſius legum Doctor, earumq̄ ordinarius, concludendum pro dominis reis et contra actorem ſententiam eſſe ferendam, ſaluo melius ſentientium iudicio.

In prædicta etiam cauſa dubitandum non eſt, quin dominus rex appellationi per dominos reos interpoſitæ, pro ſuo intereſſe adhærere poſſit, etiamſi ipſe non appellauit. Hoc in caſu non multum abſimili tenuit Innoc. & poſt eum Abb. in c. cum ſuper. ad fi. de re iudic. ubi

expreſſe uolunt, quod cum cõtra ſubiectos ſententia fertur, dominus, etiamſi non appellauit, appellationi per eoſdem factę adhærere queat.

In fidem præmiſſorum, me nomine meo, ut ſuprà, ſubſcripſi, & ſigillum meum appoſui.

Ego Hieronymus Baldung V.I. Doctor, ſicut pro primi & ſecundi decreti, de quibus in primis actis, nullitate ac diffinitiuæ ſententiæ, de qua in ſecundis actis, nullitate aut ſaltem iniquitate per dominum conſulentem plenè deductũ et liquidò concluſum eſt, ita in omnibus & per omnia pro eadem parte ſentio et ueritatem eſſe credo, id quod manus meæ propriæ præſenti ſcripto atteſtor. &c̃. 10

Subſcripſerunt & complures alij V.I. Doctores clariſs. quos ſingulos adſcribere ſuperfluum fore duximus.

Summaria Conſilij octaui.

1 Cauſa reconuentionis, eſt præiudicialis ad cauſam uniuerſalem.
2.3.16 Super cauſis quæ occaſione feudi inter dominum & uaſallum oriuntur, pares curiæ competentes ſunt iudices.
4 Quæſtio feudalis quæ dicatur.
5.6.7.18 In dubio ad pares curiæ cognitio pertinet.
8.9.19 Defenſio ratione poſſeſſionis corã paribus curiæ reo eſt permittenda: & ſufficit quod bona fide reus poſſederit, ſiue ex iuſta, ſiue ex iniuſta cauſa.
10 Indultum à iure beneficium, non eſt alicui auferendum.
11 Vaſalli ambigui qui ſint.
12 Facilis præſumptio teſtimonia adiuuat.
13.14 Iuriſditio parium curiæ, cum ad eas tantummodo cauſas limitetur, quæ inter dominum & uaſallos occaſione feudorum in cõtrouerſiam incidunt, non poteſt extraneos complecti.
15 Si extraneus à paribus citatur, impune abeſſe poteſt.
17 Feudum quibus cauſis acquiratur.
20 Violentus poſſeſſor non poteſt ullo poſſidendi colore, aut ulla bona fide ſe defendere.
21 Non omnis poſſeſſio, ſed iuſta duntaxat uaſallum defendit.
22 Futura mala præcauere debemus, non iuuare.
23.27.31 Feudum emptitium an in uim contractus ad fœminas produci poſſit.
24 Emptio cum ſit contractus bonæ fidei, extendi debet ad omnes ſucceſſores.
25 Nemo ſub dominij autoritate decipiendus eſt.
26 Non decet ut hæredes duplici damno afficiantur.
28 Feuda regulariter ſunt perpetua quandiu durat agnatio.
29 Verbum, perpetui, quanquam in iure uariè accipiatur, tamen in caſu ubi cum laicis eſt facta conuentio, laicali modo intelligendum eſt.
30 An tenori inueſtituræ ſtandum ſit.
32 Fœmina eſt caput & finis ſuæ familiæ.
33 Feuda non ueniunt iure hæreditario, ſed domini beneficio.
34 Regulam habens, rem certam habet.
35 Sub uocabulo maſculi, fœmina nunquam continetur.
36 Bona fides quando rectè ſeruetur.
37 Subiecta qualia eſſe debeant.
38 Non ſunt ſuperflua, quæ effectum legitimum habent.

Appoſi-

39 Appositio temporis in re non transmissibili nihil operatur.
40 Interpretatio ita sumenda est, ut res ad sua initia redeat.
41 Superflua etiamsi non prosunt, non obsunt tamen.
42 Resoluto iure datoris, resoluitur ius receptoris.
43 Negatio non semper facit rem dubiam.
44 Decimæ à laico possideri non possunt.
45 Sententia debet petitioni libelli esse conformis.

CONSILIVM OCTAVVM.

CVM in causa præsenti inter reuerendum dñm præpositum de B. ex una, & nobilem Ioannem I. ex alia partibus, ratione feudi decimarum, quod apertum domino esse contenditur, coram reuerendiss. & illustriss. principe dño archiepiscopo Moguntino &c. ut iudice ordinario pendente, à reuerendiss. P. sua requisiti fuimus, quid nobis de iure respondendũ esse uideatur, sententiã nostrã ideo breuiorib. aperuimus, quod eã in rem à dño aduocato dñi præpositi nõ indiligenter consultũ esse inuenerimus. Tria igitur examinanda suscepimus. Primo causam recõuentionis, ut quæ ad causam uniuersalem sit prejudicialis, ut uoluit Bal. in c. cęterũ. ad fi. de iud. Deinde ipsam causam principalẽ, an scilicet feudum præsentis quæstionis sit dño apertũ. & tandẽ, qualiter sit ferenda sententia. Super primo. Cum cõstet nobilem de I. reum huius causæ, per modum reconuentiõis petisse, ut præsens causa tanquã feudalis ad pares remittatur, uidendũ est, an causa remitti debeat ut petitur. Et primo uideri posset remissionẽ ad pares curiæ nõ esse denegandam: nam uelut pro regula ponitur, quod super causis quæ occasione feudi inter dñm & uasallũ oriuntur, pares curiæ iudices sint cõpetentes, id quod uoluisse uidetur tex. in c. i. in prin. de cõtr. inter epis. et uasal. & est pro hoc tex. in c. i. de contr. feud. apud par. ter. ubi dicitur, si inter dñm & uasallũ de feudo orta fuerit contentio; per pares illius domus esse dirimendã. Ad idem est tex. in c. i. §. pen. de prohib. feud. alie. per Fed. ubi decidit, si inter dñm & uasallum lis oriatur, per pares curiæ à dño sub fidelitatis debito coniuratos terminari. Hanc regulam tenuit Bal. in d. §. pen. in summario. & idem Bal. in consil. ccccxxv. uers. quinto quæritur. iij. part. Idem tenet Præpos. c. i. §. sed inter. de alie. feud. pater. qui allegat d. §. penul. Idem tenet Abb. in d. c. cæterum. colla. iiij. nempe, quæstionem feudalem inter dominum et uasallum coram paribus agitari. quod & Franc. Aret. & Feli. ibidem tenuerunt, uolentes, si de iure feudi quæstio sit inter dominum & uasallum, secundum omnes parium esse cognitionem etiamsi dominus neget se unquam inuestijsse. d. c. i. de contr. inter epis. & uasall. & d. c. i. de contro. feud. apud par. ter. Dicitur autem quæstio feudalis secundum Bald. in tit. de pact. con. §. si qua controuersia, si in lite fiat mentio feudi ad intentionem

4 intentionem fundandam uel coadiuuandam. Et habet d. regula locū, si etiam dominus aduersarium uasallum esse neget: id quod eleganter tenet Franc. Curt. iunior, in tract. feud. vij. quæst. in iij. regula. qui allegat d. c. i. de cont. inter episc & uasall. & Bal. d. §. pen. Et fa. quæ traduntur per Aluar. & Præpos. in c. i. ad fin. de alie. feud. pater. & apertius Alua. in tit. apud quem uel quos. in c. i. in sua distin. ad fi. qui allegat gl. fi. in d. §. pen. Quod tamen intelligendum est, dum aliquo prætextu uel colore feudali litigans se iuuare possit, ex quo saltem dubita-
5 tio aliqua oriatur. Siquidem & ratione dubitationis cognitio ad pares pertinere dinoscitur, id quod Bald. tenuit in d. §. pen. in uers. pone
6 quidam. col. ij. uolens, quod in dubio cognoscant pares, si aduersarius uasallus esse negaret. allegat l. si quis ex aliena. de iud. l. si putas. C. de petit. hæred. Innoc. c. uerū. de for. compet. & idem uoluit Alua. in d. §. pen. col. iiij. ad fi. qui alleg. not. in l. Paulus. ad municip. Et idem tenet Præpositus loco prælegato: licet idem Præpos. post Bal. dicat in cōtrarium facere gl. ordinariam, in c. i. de inuest. in mar. fact. Sed certe
7 etiam d. gl. rationem incertitudinis ponderat. Et quod ratione dubitationis cognitio sit parium, tenuit idem Aluar. in d. c. i. in sua distinctione, in tit. apud quem uel quos. ad fi. At in casu nostro nō improbabiliter dubitari posse uidetur, an reus pro uasallo sit agnoscendus. Cum enim feudū præsentis quæstionis sit emptitiū, dubitari poterat, an ad fœminas esset producibile, id q̄d magnæ autoritatis Doct. tenuerunt,
8 ut infrà dicetur. Accedat, quod et ratione possessionis defensio coram paribus reo sit permittenda, id quod ex Vsibus feudorum etiā in multis titulis constare potest. fa. c. i. §. si uero. quid sit inuest. Aluar. c. i. iij. not. si de feu. cont. inter dom. & ag. cum multis simil. Et sufficit quod
9 bona fide reus possederit, siue ex iusta siue ex iniusta causa. arg. eorum quæ dicuntur in l. i. ff. de operis noui nuncia. ubi siue iure siue iniuria nunciatum sit, cognitio prętoris est. Quod aūt reus bona fide possideat, iustus error fuit. Cum enim sciuisset feudum esse emptitiū, probabiliter credere poterat ad se pertinere, cū sit successor hæreditarius nouissimi possessoris feudi. fa. l. iuris ignorantia. ff. de iur. & fa. igno.

Ad prædicta fa. quæ traduntur per Bald. in c. item cum quis. post princ. in uers. reuertor. de restit. spolia. Quæ cum ita sint, & per prædicta satis apparet causam præsentem pro tanto esse feudalem, ut ad pares curiæ sit remittenda, consequens est, quod dominus præpositus ad legitimandam personam rei, eum uerbaliter & abusiuè inuestire debeat: per ea quæ traduntur in c. i. de contr. inter episcop. & uasall. & tenuit Aluar. in d. c. i. ad fin. de alien. feud. pater. quod & ibidem Præ-
10 pos. sequitur. Vnde cum hoc sit uasallis à iure feudali indultum, non est eis auferendum. c. indultū. de reg. iur. lib. vi. cū simil. Pro prædictis facere uidentur dicta testiū: ex quibus satis colligitur, obseruatum fuisse

fuisse in curijs pariũ eius loci & regionis, quod uasalli ambigui, id est, 11
de quorum feudo est controuersia, à dominis ad legitimandum perso-
nam abusiuè sint inuestiti: qui testes, si etiam legitimã probationẽ nõ
faciant, quia de uarijs consuetudinibus diuersorũ locorũ deponant, et
ob id fortasse plenè nõ probarent, secundũ Aegid. Bella. consil. xlviij.
adminiculo tamen aliquo intentionẽ rei adiuuant. Nam si nõ prosunt
singula &c̃. gl. in l. excusantur. ff. de excusa. tuto. cum uulga. Et cõstat,
quod similis præsumptio testimonia adiuuat. Iason in l. si duo. super 12
gl. ff. de iureiur. Prædicta etsi urgere uideantur, eis tamen non ob-
stantib. sicut in causa præsentis negocij penitus nõ obstant, putamus
dictã controuersiam ad pares curiæ non esse remittendam. Cum enim
iurisditio pariũ curiæ, ad eas tantummodo causas limitetur, quæ inter 13
dñm & uasallos occasione feudorũ in cõtrouersiã incidunt, nõ potest
ea iurisditio extraneos cõplecti, qui nec ipsi, nec maiores eorũ de feu-
do unquã fuere inuestiti. Vnde nisi de uasallo iam constet, cessat pariũ
iurisditio, quæ finib. suis circunsepta, extra fines extendi & euagari nõ
potest. Dicit enim Feli. c. cæterũ. col. iiij. iurisditio quæ certo casu sit li 14
mitata, nõ extendit ad aliũ casum extraneũ. quod et Abb. uoluit in c. i.
de off. deleg. eum qui delegatum iudicem aliter quàm circa sibi cõmis-
sam iurisditionẽ impediat, nõ puniri. Quapropter si extraneus à pari- 15
bus citaret, impune abesse posset. Aluar. c. i. Et sic d. l. si quis ex aliena.
in proposito non habet locum, prædicta non obstante regula, quæ su
prà per multa iura deducta est, qua dicitur, controuersiam inter domi
num & uasallum occasione feudi ortam, corã paribus terminari: quia 16
hoc uerum est, si is qui cum domino litigat, uasallus sit, & in eo quali-
tas uasalli reluceat, ita quod uel de inuestitura, uel de qualitate aliqua
bonorũ feudalium, uel certe de amissione feudi, aut alijs similibus in-
cidentibus quæstio uertatur: tunc enim cognitio parium erit, ut uoluit
Bal. in d. §. pen. in prin. qui dicit hoc sine dubitatione tenẽdum esse. Et
ne defatigemur, tex. est in d. c. cæterũ. hoc enim de eo tantummodo
sentit, quem constat possessiones ab ecclesia habere in feudum. At in
præsenti, reus omnino est extraneus. Cum enim duæ tantummodo
sint causæ cardinales, quantum ad præsentia pertinet, quibus feudum 17
acquiritur, scilicet inuestitura & successio, ut dicit Bald. d. c. cæterum.
at reus nec inuestitura ulla, nec porrò ulla successiõe se fundare possit,
ut postea latius dicetur: proinde iura contrà allegata, ei suffragari non
possunt, imò secundum Bal. consil. ccccxxij. iij. par. à limine iudicij re-
pelli debebit. Nec porrò obstat, quod ratione dubitationis reus suble- 18
uari prætenditur: nam non potest ulla in hac causa uerti dubitatio pro
babilis, quę ei patrocinetur, cum ex ipso tenore inuestiturę res ita sit li-
quida, ut omnem dubitationem excludat. Verum hoc in sequentibus
plenius etiam tractabitur. Iam quod de possessione obijcitur, omni

no est impertinens. Cum enim reus ignorãte domino Præposito dictã decimam, in cuius tituli possessione dominus erat, de facto & clandestinè inuaserit, l. prohibere. in fi. ff. quod ui aut clam. et requisitus à domino restiterit, nec relaxare decimas uoluerit: quo casu ex clandestino uiolentus possessor factus sit. l. clàm. de acquir. poss. fieri nõ poterat ut
20 ullo possidendi colore, aut ulla bona fide se defenderet, qui ex duplici capite malæ fidei possessor, uel uerius detentator deprehenditur. d. l. clàm. §. i. & fa. l. improba. C. de acquir. possess. Eo accedente, quod is reus decimas huiusmodi tanquam rem spiritualem, & sanctuariũ dei, cuius est diuino iure incapax, nõ sine animæ suæ periculo inuasisse cen 10
sebit. c. quamuis. c. ad hæc. c. prohibemus. de delictis. c. ad decimas.
21 de restit. spoliat. lib. vi. Cum autem non omnis possessio, sed iusta duntaxat uasallum defendat, ut est gl. in c. i. si de feud. contr. fue. nullusq; iustus error, nulla probabilis credulitas, nulla umbra, ut dicit Feli. c. si diligenti. de prę́script. eum excuset, sub cuius uelamine suam detentionem colorare aut iustificare possit: nihil igitur operabitur possessio quæ pro reo est allegata. Quibus consequens est, quod dominus præpositus reum uerbaliter inuestire non tenetur: tum quia absurdum esset & iniquum, quod dominus in sui præiudicium & con tra seipsum, hominem prorsus extraneum qualificare cogeretur: tum 20
etiam quod graue esset delinquentẽ adiuuare reum, qui decimas con-
22 tra ius diuinum detineret. Futura enim mala præcauere debemus, non iuuare, ut dicit Philip. Deci. consil. c. lib. i. qui allegat Inno. in c. inquisitioni. et ibi Ioan. And. Butrig. de sent. excõ. Verũ in hac parte ideo nõ sumus prolixiores, quod aduocatus domini præpositi in suo erudito consilio rem satis attigit. Veniendo nunc ad secundum punctũ. Cum enim constet causam præsentem ad pares curiæ non esse remittendam, cõsequens est, quod eam dominus ordinarius sua cognitione diffiniat: quo loco de meritis causæ aliqua uidenda sunt, & prę́sertim, an non obstante emptitia qualitate, feudum dño præposito sit apertũ. 30
Et uidetur non improbabiliter teneri posse, quod dictum feudum saltem in uim cõtractus ad fœminas producatur. & hoc in feudo empto
23 tenuit Odofred. in Summa. qui poss. in feud. succed. & Godofredus, ut eũ allegat Iacobinus de sancto Georgio, & allegatur pro hoc Bal. in c. significauit. de rescrip. quam opinionem sequitur etiam Franciscus Curt. iunior, in tractat. feud. iiij. parte, in vi. limitat. dicens eam esse uerisimam. allegat Lud. Roma. ita consuluisse consil. cccIxvij. qui certe in quinto dubio eiusdem consilij hoc tenuit. Eo accedente, quod cũ dictum feudum emptum sit, cessat esse feudum, cum non sit gratuitum, & in eo natura feudi alteretur, ut per Franc. Curt. in i. parte tract. feu. 40
vi. quæst. uers. sed circa præmissa. & fa. l. ubi ita donatur. ff. de donat.
24 Ad prædicta faciunt, quod cum emptio sit contractus bonæ fidei,

extendi

extendi eam debere ad omnes ſucceſſores, ne decipiatur emptor, qui omnibus ſuis hæredibus proſpexiſſe præſumit̃.l.ſi pactū. de probat. Et cum Prælatus conſenſerit, cõmittere non debet ut emptoris hæredes ſub prætextu conſenſus præſtiti decipiantur. Nemo enim ſub dominj autoritate decipiendus eſt.arg.l.i.C.qui uen.æta.impetra. Porrò non deceret ut hęredes duplici damno afficerent̃, uidelicet, ut & feudo carerent & prędio.fa.gl.in c. i. de nat. feud. cum ſuis concord. Ea enim pecunia quæ pro feudo data eſt, ueriſimiliter ad reum ſucceſſione hæreditaria deueniſſet. Vnde non debet eccleſia de præda decimæ reuertendæ eſſe ſolicita.arg.gl.fi. in l.fi. C.de uſucap.pro empt. cum multis cõcordant. Præterea cum in inueſtitura nobilibus de C. perpetuis diebus hoc feudum conceſſerit, uulgò zů ewigen tagen/ non uidetur improbabile ut fœminæ contineant̃, ut imperpetuitas duret. Cum enim aliàs feuda regulariter ſint perpetua quandiu durat agnatio. Aluarotus c.i. ad fin. qui feud. dar. poſſ. certe iſta uerba zů ewigen zeyten/ aliquid ultrò quàm de iure prouiſum ſit, operari debent, ne ſint ſuperflua, ut dicit Aluar. c.i. de feud. non hab. prop. nat. cum not. per l. i. in fi. ad municip. & l. ſi quãdo. de leg. iiij. Deniq; quanquã in iure noſtro uerbum, perpetui, uariè accipiatur, ut in l.i. ff. pro ſocio. tamen in caſu noſtro, ubi cum laicis eſt facta cõuentio, laicali modo intelligendũ eſt. arg. eorum quæ not. in l. quid ſi nepotes. de teſta. tutel. arg. l. ſi cum ante. C. de dona. an. nupt. l. quoties. C. famil. ercis. Bart. l. ſtipulatio hoc modo. §. hæc quoq;. de uerb. oblig. Innoc. c. clamor. de teſtib.

25 26 27 28 29 30

Sed prædictis non obſtantibus, breuiter dicimus d. feudum eſſe dño præpoſito apertum, & liberè ad eccleſiam reuerſum: quod certe ex inſpectione literarum inueſtiturę, & reuerſarum in actis cauſæ productarum, euidenter relucet. Nam clare ibidem continetur, quod tale feudum ſit maſculinum: quo caſu ſoli agnati maſculi, ſi qui à Philippo C. deſcendiſſent, eiuſdem feudi erunt participes. Fœminæ autẽ etiam ſi agnati fuiſſent Philippi, à dicto feudo fuerunt ſecluſæ, id quod non ſolum tenor inueſtituræ, cui ſtandum eſt, ut per iura uulg. ſed etiã ipſa feudi natura exigit, ut d.c.i. qui feu. da. poſſ. §. hoc autẽ notan. & c.i. §. filia. de ſucceſſ. feud. Nam omnia iura, ut dicit Philip. Corn. cõſil. xvi. prima part. fœminas à feudis excludunt, niſi in cõceſsione feudi aliud expreſſe pactum fuerit. Ex quibus conſequenter infertur, quod cum reus à fœmina, puta ab amita dicti Philippi deſcenderit, apertiſſime conſtet dictum feudum decimarum ad eum tranſmitti aut deuolui nõ potuiſſe. Nã ut dicit Bal. in l. fi. C. de ſuis & legit. mulier nõ eſt agens aptum operari tranſmiſſionẽ feudorũ, propter mediũ ipſius fœminæ impeditiuũ, cum ipſa ſit caput & finis ſuæ familiæ. l. pronunciatio. ff. de uer. ſig. cum uulg. Et quãuis reus in allodialibus fœminæ ſucceſſerit, in feudis tamen ſuccedere non potuit. Nam feuda non ueniunt iu-

30

re hæreditario, ſed dñi beneficio, ut pulchrè declarat Bald. conſil. i. in prima part. qui allegat c. i. an agna. Quod certe ſine dubio uerũ eſt, ubi de ſucceſſione fœminæ, aut deſcendentium ex fœmina agitatur, niſi cá ſibus ſpecialib. aliud eſſet prouiſum. Vnde dicit gl. ab omnib. recepta, in l. item uidendum. §. fi. de petit. hæred. feuda non uenire in petitionẽ hæreditatis, niſi fortè agnatus ſuccederet. At quia hoc ipſum in aduocati conſilio tangitur, latius nõ proſequimur. His itaq; ueris exiſtentibus, nõ obſtant quæ ſuprà ſunt obiecta. Nam ſit ſanè quod hoc feudum conſenſu domini per nobiles de C. ſit emptum, per hoc tamen non includentur fœminæ, id quod communiter tenent Doct. Et licet Odofredus et aliqui contrariũ docuerint, ut ſuprà deduximus, tamen uerior eſt opinio cõmunis, propter notiſſimam regulam feudalem fœminarũ excluſiuã, cui indubitate ſtandũ eſt, niſi caſus hic ſpecialiter ex-
34 ceptus adduceretur. Nam rem certam dicitur habere, qui regulam habet. Bar. l. ij. poſt princ. ff. ſi quis in ius uoca. Abb. c. ad noſtram. c. conſuluit. i. de appell. Oldrad conſil. cccxvi. ij. col. Lud. Roman. conſil. cccxxxiiij. cum multis ſimil. per Doct. Quod maxime hic locum ha-
35 bet, cum inueſtitura expreſſe cantet, decimas in rectum feudum maſculinum conceſſas, uulgò 3ů einem manlichen lehen. Proinde quis ſanus dicere poſſet, prædictum feudum ad fœminas extendi? Nam nuſquã relatum eſt, quod ſub uocabulo, maſculi, fœmina contineatur, ut not. in c. Rainaldus. & ibi Abb. de teſta. idem Abb. conſil. xxxvij. i. part. Et ita Bald. etiam in feudo eccleſiaſtico ponderat uerbum, maſculus. Paul. de Caſt. cõſil. xxxiij. incipiẽte, Viſo inſtrumẽto. quod uerbũ, dicit ipſe, nihil aliud importat in feudo, niſi maſculos ſucceſſores. Simili modo in ijſdem uerbis Raph. Cum. cõſil. ccxxij. And. Bar. cõſil. lxvi. xij. col. fa. Bar. in l. i. in prin. ff. de legib. Bald. in l. ſcripturas. circa mediũ. C. qui potiores in pignore habeant. Proinde ridiculũ eſt, q̃d reus actis ſeſe eo nomine defenderat, quod uerba feudi per errorẽ eſſent in inueſtitura inſerta. Hoc enim cum nec in re nec facto pręſumatur, nec 39
in actis uſpiam probetur, ſuæ relinquitur nullitati. Nec porrò conſtat
36 quod de contractu bonæ fidei obijcitur: quia recte dicitur bona fides ſeruari, cũ ſua conuentioni natura relinquitur. Deniq; nõ obſtat quod prætenditur, pacto emptionis feudum mutatum, cum non plus ſit gratuitum &c̃. & quamuis quo ad hoc pactum emptionis ea quæ ſunt feudi naturalia, ſint alterata, tamen ſubſtantia feudi remanet, id quod in conſil. domini aduocati etiam tactum eſt, et tractat latius Franciſ. Cur. loco ſuprà allegato. Per prædicta etiam non obſtat quod prætenditur, ex uerbis perpetuæ conceſſionis includi fœminas: ea enim uerba 3ů ewigen tagen/ etiamſi ſint extenſiua, tamen ad naturã feudi debent 40
adaptari & coerceri, ut ea conceſſio non effuſim in omnibus, ſed dun-
37 taxat in maſculis perpetua cenſeat: talia enim eſſe ſubiecta, qualia permittuntur

mittuntur ab eorum prędicatis, uulgò cognitum eſt. per gl. c. inter dilectos. de fide inſtru. cum uulg. & fa. quæ uoluit Philip. Corn. d. conſil. xvi. qui allegat Bal. in c. i. de nat. ſucceſſ. feud. Bart. Bal. in l. Gallus. §. etiã. de liber. & poſthu. Nec ad rem pertinet quod ex aduerſo putatur, dicta uerba intelligi ne ſint ſuperflua: quia imò ſatis operantur cũ ex natura feudi operantur. Nec enim ſuperflua ſunt, quæ effectum habent legitimum, ut pulchrè per Mar. Salomo. in l. Gallus. in uerb. ſuperfluum. de lib. & poſthu. Accedat quod per Bal. traditur in c. cum ueniſſent. de iud. cum dicit, appoſitionẽ temporis in re non tranſmiſſibili, nihil operari. per l. uxori uſumfructũ. ff. de uſufruct. leg. Proinde cũ in caſu noſtro decima non ſit tranſmiſsibilis, non poterant dicta uerba decimam facere ſimpliciter perpetuam, maxime quia fauetur eccleſiæ. l. ſunt perſonæ. de relig. & ſumpt. ut ita ea ſumatur interpretatio, per quam res ad ſua initia redeat, ut ad eccleſiã, id quod eccleſiæ eſt, citius reuertatur. arg. eorum quæ gl. uoluit in l. etiam. ff. ſolut. matri. & propter c. i. de feud. ſucceſſ. Addimus Innoc. & Bal. in d. c. cæterũ. qui dicunt feuda eccleſiaſtica eſſe odioſa, & ideo reſtringenda. Quapropter dato quod ea uerba eſſent prorſus ſuperflua, hoc tamen nõ curaretur, cum per manus tradatur, ea quæ ſuperflua ſunt, etiamſi nõ proſint, nihil tamen obeſſe. l. ſi duobus. §. hæres. de leg. i. cum uulg. 38 39 40 41

Quod autem prætenditur, preciũ pro feudo ſolutũ iniuſte amitti, ſi feudum tam facile ad dñm reuertatur, & quod hoc non ſolum contra bonam fidem contractus emptionis, ſed etiam contra eccleſiaſticã iuſtitiã militet, quæ ex reuerſione huiuſmodi de pręda cum damno rei ſit ſolicita &c. nõ obſtat: quia imputet ſibi, quod feudum decimæ maſculinum emerat, cum ſciret quod futurũ eſſet, ut ad dominũ, agnatis deficientibus, excluſa fœmina, reuerteretur. ſicut in ſimili dicunt Aluar. Præpoſ. c. i. de feud. guard. et caſtal. precio cõparatis. Nec enim ignotum eſſe poteſt id uulgatum, Reſoluto iure datoris, reſolui ius recepto ris. l. lex uectigalis. ff. de pigno. Paul. Caſtren. in l. ſi is cui. §. hæres. quemad. ſer. amit. cum uulg. 42

Per prędicta ſatis euictum eſt, reum notoriè, nec ſpe aliqua, nec ullo colore aut prætextu, quo ad decimas huius quæſtionis, eſſe uaſallum: atque ita regulam quæ à princ. deducta eſt, de controuerſia inter dominum & uaſallum, huc adaptari non poſſe. Is enim reus cum non ſit uaſallus, ſed prorſus extraneus, certe non habebit in curia pares coram quibus experiatur. Nec enim eorũ iuriſditio, quæ certis finibus ad ſolos uaſallos eſt præſepta, ad eum extendi poterit, ut ſuprà ſatis probauimus. Eo accedente, quod ex huiuſmodi uſurpatione qua paribus iuriſditio in caſu noſtro permittere tur, dñi iuribus non mediocriter noceret: & ſic infinitas reprobata à iure nõ euitaretur, prout gl. in c. cum in multis. de reſcript. lib. vi. dicit. Vix enim fieri poſſet, quod feuda maſculina ad dominum liberè reuer

terentur. Semper enim aliquis de cognatis, aut fortè affinibus, fiduciæ
uſurpatæ iuriſditionis parium ſe intruderet, & feudum ad ſe pertinere,
nec ad dominũ reuerſum eſſe cõtenderet, quocunq; uel colore uel um-
bra in eam rem conquiſita: quod quàm ſit abſurdum, & quanti præ-
iudicij dominis, quilibet perpendere poterit. Deinde ex ſupradi-
ctis apparet, nullam ſubeſſe dubitationẽ qua ad obtinendam remiſſio
nem contegi reus poſſit, cum ex prima figura literarum, exq; ipſa inue
ſtituræ inſpectione pateat, nihil iuris eſſe uaſallo. fa. l. i. in princ. de his
quæ in teſta. delen. l. fin. C. de edict. diui Adria. toll. Et licet negatio
43 aliàs faciat rem dubiam, l. fi. in princ. cum gloſſ. & concord. C. quibus
ad libert. procla. non licet. attamen ſi res certa & euidens negatur, uel
cum aliàs negatio eſt improbabilis, & iudici de ueritate certò liquet, ut
eſt in propoſito, tunc negatio rem dubiam non reddit, imò tanquam
cauilloſa reijcit. Bar. in l. poſt rem. ff. de tranſact. Innoc. c. ex parte. ij.
col. de uerb. ſign. Bald. in l. i. in pen. col. uerſ. dicit Innoc. C. de pro-
cur. & ibi communiter Doct. Abb. Feli. in c. ſi clericus. de foro cõpe-
tent. Vnde cum rei negatio in cauſa præſenti ſit improbabilis, et cõtra
apertam et notoriam ueritatem inueſtituræ, nõ poteſt rem ullo modo
facere dubiã. Quibus conſequens eſt, reum nec eſſe, nec fuiſſe legiti
mũ cõtradictorẽ, atq; adeò eius oppugnationẽ non eſſe curandã. arg.
l. ij. & l. fi. C. de edic. di. Adri. toll. Et proinde cum ſua intereſſe in hac
cauſa non poſſit, id quod euidenter conſtat, recte dñs præpoſitus ad
eum dicet, Tua non intereſt, quid ad te, liberas ædes habeo. l. loci cor-
pus. §. competit. ff. ſi ſer. uendic. Cum ergo ex ſupradictis appa-
reat quod aſſerta poſſeſſio reum adiuuare non poteſt, ut quæ potius
detentio uel inuaſio dicatur, per quam & ius, ſi quod ei competiſſet,
44 perdiderat. l. ſi quis in tantam. C. unde ui. & cõſtat quod decimæ à lai-
co poſſideri non poſſint, per ſuprà allegata: unde concludimus in hoc
ſecundo puncto, feudum decimarũ domino præpoſito & eſſe & fuiſ-
ſe apertum, & ad ipſum reuerſum, eiq; per ſententiam diffinitiuam ad-
iudicandum. Quid autem ſi dominus præpoſitus hoc feudum de
cimarũ rurſus alij concedere uellet, an non teneretur potius reo conce
dere quàm extraneo? cum is reus ſit de proximioríb. defuncti uaſalli,
eiq; in bonis allodialibus, ut dicit, tanquã hæres ſucceſſerit &c. Breui-
ter, quicquid dicat Bar. in l. i. §. permittit. de aqua quot. et æſti. poſt ua
rias concertatiões Doct. quas Alex. ibidem in addit. accumulat, & ple
nius in l. ſi mihi & Titio. col. i. de uerb. obligat. proſequitur. cõmunis
opinio eſt, q̃d ſi uelit prælatus retinere feudum pro eccleſia, q̃d poſsit.
per c. ij. de feu. Sin uero in extraneũ renouare uellet, præferendos eſſe
hæredes uaſalli defuncti. quod latè tractat Corſetus poſt Abb. in c.
bonæ. ij. col. ij. de poſtula. præla. Et dicit Ang. conſil. cx. honeſtũ eſſe
& iuri conſentaneum, quod proximiores præferantur, quod idem te-

nuit

nuit Ioan. de Imol. consil. xxxviij. ad fin. & Lud. Rom. consil. lxxv. Et poterit ea doctrina qua præferuntur proximiores, etiam fundari de iure protimeseos, de quo per Matthæum, de afflictis, in tractatu suo &c̄. Verum non putamus eam doctrinam præiudicare domino præpositō, tum quia feudum decimarum ad ecclesiam reuersum, amplius infeudari laico non potest, ut dicit Calde. consil. i. de decim. tum etiam quod reus sese ea renouatione indignum fecit, qui cum decimas proprio facto iniuste occuparit ut inuasor, ius quod prætenderat, amisit. l. extat. ff. quod met. caus. d. l. si quis in tantam.

Ad ultimū punctum. Super ferenda sententia aduertendum est, in libello dñi præpositi intentatam esse uel confessoriam, uel interdictum uti possidetis, id quod satis in consilio domini aduocati ad fi. deductum est. Proinde cum sententia petitioni libelli debeat esse conformis. uulg. l. ut fundus. cum simil. nobis, saluo saniore iurisperitorū reuerendissimi dñi archiepiscopi consilio, uidetur sub hac propemodū forma esse ferenda sententia: EX ACTIS &c̄. per hanc nostram sententiam diffinitiuam pronunciamus, decernimus, & diffinimus, causam præsentis controuersiæ ad pares curiæ non esse relegandam, nec remitti debere: dominū præpositū actorem ad dandam reo recōuentori uerbalem inuestituram, non teneri nec obligari, quem actorem & ab ea impetitione absoluimus. Quinimo prædictum feudum decimarum præsentis quæstionis, post obitum Philippi de C. nouissimi possessoris, & agnati uirilis sexus, eidem dño præpositō fuisse & esse apertum, & ad eum reuersum, dictoq; reo non licuisse neque licere sese de decima huiusmodi intromittere, eamq; inuadere ac detinere: atque eundem reum cogendum esse, prout præsentibus cogimus, ad relaxandam huiusmodi decimam, & fructus ipsius domino præpositō, eique & ecclesiæ suæ liberè dimittendam, nec ullo modo in huiusmodi decima, eiusq; fructibus, eum impediendum & molestandum, imponendo ei perpetuum silentium, unà cum restitutione omnium fructuū à morte dicti Philippi per reum perceptorū, siue extent, siue sint consumpti, cum refusione expensarum huius litis, taxa tamen nobis reseruata: ad quæ omnia coniunctim & diuisim respectiuè, dictum reum per eandē nostram sententiam condemnamus. De cautione arbitrariū sit domino ordinario eam reo iniungere, quam in uerbis sententiæ ideo obmisimus, quia non ubiq; practicatur.

VDALRICVS ZASIVS.

Summaria Consilij noni.

1, 6 Quamuis præpositus renunciarit præpositurae, et ab ea abierit, nihilominus tamen remanet iuramento ecclesiæ suæ per eum facto, obligatus.

2 Dignitas prælati etiam post cessionem durat.

3, 30 Præpositus bona in fraudem ecclesiæ alienare non potest.

4. 24 Status mutatio etiam in melius, non liberat uel eximit à priſtina obligatione.
5. 23 Origo inſpicienda eſt: à primordio enim tituli, poſterior formatur euentus.
7 Penſio quæ beneficio eccleſiaſtico datur, eccleſiaſtica dicitur.
8 Renunciata præpoſitura, ſtatutis renunciare præpoſitus non poteſt.
9 Ratio expreſſa in ſtatuto, porrigitur ad caſum ſimilem.
10 Caſus ſimilis quis dicatur.
11. 26. 28 Quę in ſtatutis, ultimis uoluntatibus, & cõtractibus, pro expreſſis habeantur.
12 Quando reſpectu alicuius qualitatis, uel ſub nomine appellatiuo diſponitur, illa qualitate, uel illo nomine appellatiuo deſinente, deficit & ceſſat diſpoſitio.
13 Ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus.
14 Quæ conditio in omni obligatione tacitè intelligatur.
15 Reſignatio præpoſituræ, utrum titulum præpoſiti in totum extinguat.
16 Qui ſemel iurauit, an eodem durante iuramento, rurſus ad iuramentum cogendus ſit.
17 Quemadmodum per mortem naturalem, ita per reſignationem, Prælatus quo ad titulum beneficij mortuus eſſe intelligitur.
18. 27 Non entis nullæ ſunt qualitates.
19 Iuramentum non niſi expreſſa complectitur.
20 Deſtructo antecedente, & conſequens deſtruitur.
21 An numerus canonicorum ex accidenti, ſine expreſſo conſenſu capituli, augeri poſſit.
22 Epiſcopus etiam renunciando manet ſponſus eccleſiæ: ſecus in ijs qui ſunt inferiores epiſcopo.
25. 29 Iuramentum ſecundum naturam conuentionis obligat, et ad non cogitata non extenditur.
31. 49 Prælatus quamuis de bonis in adminiſtratione eccleſiæ acquiſitis, teſtari non ualeat, nihilominus tamen in uita fautoribus & benefactoribus aliqua moderate donare poteſt.
32 Bona eccleſiaſtica immobilia, triennio uſucapi poſſunt.
33 Natura & qualitas rerum eccleſiaſticarum eſt, ut ad eccleſiam reuertantur.
34. 37. 45 Clericus de bonis patrimonialibus teſtari non prohibetur: ſecus de bonis quæ intuitu eccleſiæ, uel per eccleſiam acquiſierit.
35. 36 Clerici fidelẽ & debitã fructuũ eccleſiaſticorũ diſpenſationẽ, nõ ad malũ, ſed ad bonũ habent: nõ enim diſſipare, ſed meritò diſpenſare aliena bona debent.
38 Clerici licet in uita in bonis eccleſiæ ſint uſufructuarij, in morte tamen ſunt uſua (rij.
39 Irritatur teſtamentum ut bona eccleſiæ reſeruentur.
40. 43. 44 Bona per clericos eccleſiæ intuitu acquiſita, penes eccleſiam remanere debent.
41 Profectitium peculium quid ſecundum Canoniſtas.
42 Eccleſia de iure clericis ſuccedit.
46 Nulla eſt dubitatio ubi caſus legis.
47 Quando dicatur clericus fructus ſui beneficij, ſuos facere.
48 Sacerdotes in bene adminiſtrando & diſpenſando, domini eſſe intelliguntur.
50 Separatorum ſeparata eſt ratio.
51 Qui promittit communicare euentum litis, intelligitur etiam cõmunicare emolumentum tranſactionis.
52 Quis dicatur mortis cauſa capere.
53 Regulæ in dubio ſtandum eſt.
54 Quod contra legis prohibitionem fit, pro infecto habetur.
55 Plus cautionis in rem eſt, quàm in perſonam.
56 Eccleſia domina ſuarum rerum eſſe dicitur.

QVONDAM

VONDAM dñs Albertus V. felicis memoriæ, superioribus annis in præpositum ecclesiæ collegiatę in F. assumptus, iurauit statuta, ipsum tanquã prępositum concernentia: quæ inter alia disponũt, quod præpositus nullam alienationem rerum ecclesiæ immobiliũ aliquatenus faciat, sed nec res mobiles notabilis quãtitatis distrahat, donet & alienet. Et porrò quod bona præpositi pro tempore existentis, per hæredes post discessionem de facto non usurpentur, sed circa ecclesiam ipsam remaneant, ne ex ablatione huiusmodi ipsa collegiata ecclesia nimium dispendium habeat. Deniq; & alio statuto cauetur, quod primo præposito, primisq; Canonicis defunctis, res & bona eorũ per successores clericos seculares relinquenda, dispositioni iuris cõmunis relinquantur, ut inter ecclesiam & hæredes ipsorum, si quos habuerint, ius commune & eius dispositio cum effectu conseruetur &c̃. Contigit postea quod dictus dominus Albertus præpositus, in fauorem illustris principis domini Federici P.R. dictæ præposituræ cederet, eamq; dominationi suæ resignaret, reseruata certa annua & notabili pensione, consensu etiam & confirmatione sanctissimi domini nostri Papæ accedente. Is ergo dominus Albertus cum à præpositura cõmutato domicilio discessisset, & cõplures res in prælatura acquisitas secum asportasset, annosq; nõnullos apud suos degendo uixisset, instante mortis periculo testamentũ fecit, in quo post certa legata familiaribus suis facta, consanguineos & cognatos suos hæredes uniuersales in bonis per eum relictis instituit, ecclesia in F. in totũ pręterita, ut ita putari possit dñm Albertũ ita testari non potuisse, præfatumq; testamentum suum uitio subiacere nullitatis. Pro cuius nodi resolutiõe, ego Vdalricus Zasius LL. Doctor infrascriptus, pro consilio ad iustitiã dando requisitus, subscripta dubia discutienda suscepi. Primo, an iuramentũ per dominum Albertum, tanquam præpositũ factum, eum postquam desijt esse præpositus, obligauerit: et an statutis, quæ iurauit, deinceps obnoxius fuerit.

Deinde, constito quod iuramento huiusmodi post cessionẽ præposituræ nõ plus fuerit obligatus, an saltem de iure communi dictus dñs Albertus super bonis intuitu ecclesiæ quæsitis, in damnũ ecclesiæ testari non potuerit. Et tertio loco, si testari nõ potuit, an testamentum per eum factum in totum cõciderit & sit nullum. Item & quarto, an pensiones restantes & quæ ei uiuenti necdum solutæ fuere, cum alijs rebus suis in castro L. inuentis, per illustrem dominũ principem præpositum modernum de facto retineri possint. Et tandem, coram quo iudice, & qua ratione, bona Alberti per cognatos occupata, possint recuperari. In primo dubio posset uideri quod dominus Albertus quamuis renunciarit præposituræ, & ab ea abierit, tamen nihilominus remanserit iuramento per eum facto obligatus. per gl. in

l. præſes. de off. præſ. quæ dicit, cui interdicitur officiū, non deſinit eſſe ſacerdos. fa. Ioan. And. Bal. in c. poſt translationē. de renunc. qui uolunt, epiſcopum licet renunciet, remanere tamen in genere ſponſum
2 eccleſiæ. Item certum eſt, quod dignitas prælati etiam poſt ceſsionem durat, ut uoluit Soci. conſil. cclx. col. iiij. & ſeq. per gl. c. i. de ord. ab epiſc. Præterea cum eccleſiæ F. ſemel per præpoſitum iuratum eſt, ex illo iuramento, re & ſpe, ius quæſitū fuit: & ob id cum bona antiqui
3 præpoſiti ſint quodāmodo reſtitutioni ſubiecta, non potuit illa alienare in fraudem eccleſiæ. per not. in l. filiusfa. §. diui. de leg. i. & latè per Ioan. de Imol. in gl. fin. c. cum contingit. de iureiur. Denique demus quod antiquus prępoſitus cedendo, priuatam conditionem induerit, ac ut quidam uolunt, ſub iuriſditionem epiſcopi uenerit. c. cum ad monaſterium. ibi Panor. de ſtat. mona. nihilominus tamen attenta qualitate ſtatutorum iuratorum, quod ſcilicet ſunt per ſe perpetua & prohibitiuè contexta, & quod habent concurſum iuris communis, quo res eccleſiæ intuitu acquiſitę, alienari prohibentur, ut poſtea dicetur, meritò ſi aliàs ſtatuta non ualerent, uel ſaltem eſſent quo ad facultatem teſtandi extincta, hoc caſu ualere deberent. arg. gl. in l. ij. C. de uſucap.
4 pro empt. & in l. ea lege. C. de cōdict. ob cauſ. Item ſtatus mutatio etiā in melius, non liberat uel eximit à priſtina obligatione. l. ſi reus. ff. iud. ſol. & fa. quod dicitur, deſinente ſtatu alicuius, remanere tamen reliquias prioris conditionis, quæ in iure conſiderantur. l. fi. ff. de decur. l. fin. C. de quæſt. cum gl. & concord. fa. l. deferre. §. ueterani. ff. de iure fiſc. & quæ Præpoſ. not. in tit. de uaſall. qui contra conſt. Lotharij &c̄. Accedat quod dicitur, originem eſſe inſpiciendam, ſcilicet quod à primordio tituli, poſterior formatur euentus. l. i. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. x. Bal. in l. ſi certis. col. iij. C. de pact. Vnde poteſt dici, quod licet is dñs Albertus ſolum mutauerit, & ad diuina ſeruitia eccleſiæ nō teneretur, tamen ratione primæui ordinis, quodam modo eccleſiæ attinebat, per ea quæ iam ſuprà diximus: & maxime quo ad ſtatuto-
6 rum obſeruationem remanſit obligatus. fa. quæ tradit Bart. l. i. col. iij. ibi Alex. in addi. ff. ad municip. & in l. fi. §. item reſcripſerūt. eo. tit. Præterea quod d. Albertus iuramento obligatus remāſerit, fa. Bal. doctrina in c. ex tranſmiſſa. de renunc. ubi uult, ſtatutis quę ad alienationem rerum eccleſiaſticarū negatiuè concepta ſunt, renūciari nō poſſe:
7 eo uero exiſtente, quod cum is Albertus propter penſionem quæ ei dabatur, clericus eccleſiæ dici & cenſeri poterat. Penſa enim quæ pro beneficio eccleſiaſtico aſſignari ſolet, dicitur eccleſiaſtica, ut per Archi. c. quamuis. lib. vi. & per Bal. in c. ad audientiā. de reſcrip. Vnde renūciata prępoſitura, Albertus huiuſmodi ſtatutis renūciare nō potuit: quod
8 latius proſequitur Albericus in dictionario, in uerb. renunciare. Item cum in ſtatutis ſit ratio expreſſa, ſcilicet ne eccleſia nimiū diſpendium

patiatur,

patiatur,ea ratio d. dñm Albertū etiamsi non fuerit præpositus,com-
plectit̃.Constat enim,quod ratio expressa in statuto,facit porrigi statu 9
tum ad casum similẽ,propter rationis identitatẽ.Fran. Cur. cõsil.xliij.
col. v. Et dicitur casus similis, qui habet eandem uel maiorem ratio- 10
nem,ut tradit idem Curt. consil.li.col.xij.Et tandẽ potest uideri ratio
urgens.Nam in omnibus dispositionibus, statutis, ultimis uoluntati-
bus & contractibus,recepta est notabilis doctrina,uidelicet, ea haberi 11
pro expressis,quæ sine dubio disponẽtes expressissent,si de eo cogitas-
sent.gl.l.tale pactū.in fi.ibi Bal. Paul. et alij.ff.de pact.l.mulier.§.Brasi
10 das.ff.ad Trebell.l.Titius.§.Lucius.de lib.et posth.ubi sunt tex.not.
Et ex ea doctrina Franc.Curt.sępe sese fundauit in consil.suis,ut in cõ
sil.i.col.iij.circa prin.consil.ix.col.v.ubi multa allegantur.consil.xx.
col.iij.ad fi.consil.li. col.ij. consil. lxxv.col.i.ad finem.Claud.in d.§.
Brasidas. cum multis cõcord. Nunc in proposito dubitari nõ opor
tet,si collegium ecclesiæ in F.de hoc casu præpositi renunciantis cogi-
tasset,eum prouidisset,cum ratio quę in capitulis iuramenti,& in statu
to expressa est,nempe quod statuentes indemnitati ecclesiæ prospexe-
runt,non minus,imò fortius in hoc casu locum habeat, q̃ in expresso.
quæ ratio fortiter urget. Supradicta q̃uis uideri fortasse possent non
20 esse omnino improbabilia, his tamen nõ obstantibus,putamus tenen
dum esse,quod dñs Albertus post renũciationem &resignationem fa-
ctam,amplius iuramẽto nõ fuerit obligatus.Nam certũ est quod is Al-
bertus iurauit ut prępositus.Sic enim sonãt uerba: Ego N. prępositus
&c̃.sic ratione præposituræ iurauit.Sed certa est iuris doctrina,quod
quãdo respectu alicuius qualitatis,uel sub nomine appellatiuo dispo ni 12
tur,illa qualitate uel illo appellatiuo desinente, deficit & cessat dispo si-
tio,prout pulchre cõsuluit D.Signor.consil.xcij.in uers.redeo ad ter-
tiũ.qui alleg.l.pater.§.Tusculanus.&quod ibi not.per Dyn.ff.de leg.
iij.l.si usufructus.ff.quib.modis usufruct.amit.l.tutelas.in prin.ff.de
30 cap.dimi.l.legatis. §. si ex officio. ff. de leg.iij.Et facit quod dicitur,in
dubio actũ,ratione officij fieri intelligi,ut dicit Alex. consil.xlviij.iij.
col.v.par.qui alleg.l.fi.ff.de iust.l.cum post.§.i.ff. de admi.tut.l.post
mortem.ff.quando ex fact.tut.cum multis cõcord. Nunc quia dictus
Albertus propter prępositurã iurauit,id quod notoriũ est: unde depo
sita præpositura,meritò & iuramẽti obligatio debuit esse sublata.facit
q̃d uulgò tradit̃, cessante causa finali, cessare effectũ. l. adigere.§.quã- 13
uis.ff.de iur.pat. Abb.c.etsi Christus.ad fi.super gl.ubi se remittit ad
not.in d.c.post translationem.de renunc.cum simil.uulg. Vnde cum
prępositura causa finalis iuramẽti fuerit,ea cessante,cessauit obligatio.
40 ad quod facit, quod in omni obligatione hęc conditio,si res in eodem 14
statu permanet,tacite intelligitur.l.cum quis.ff.de solut.& est gl.in c.
uenerabilem.in fi.de elect. Accedat,quod resignatio præposituræ titu

lum præpoſiti uſqueadeò extinguit, ut is redire ad prępoſiturã ſine noua collatione non potuiſſet, ut per multa probat Soci. conſil. clxviij. i. & ij. col. Quibus conſequens eſt, quod ſi ex noua collatione redijſſet, coactus fuiſſet de nouo iurare: quod nõ fuiſſet neceſſariũ, ſi eum prius
16 iuramentũ obligaſſet: quia qui ſemel iurauit, durante iuramento, non eſt iterum cogendus ad iuramentum. c. ueritatis. & quæ ibi per Doct. de iureiur. Sed ne fatigemur, Pet. de Anch. conſil. cccIxiij. in fi. aperte
17 dicit, quod ſicut per mortem naturalem, ita per reſignationem prælatus, quo ad titulũ beneficij mortuus eſſe intelligitur. allegat §. ecce. vij. q. i. c. i. ut lit. pend. lib. vi. Idem tenuit Andre. Barba. conſil. xx. in iij. parte, qui de Abbate loquẽs qui ad aliam prælaturam uocatus fuerat, dicit eum abſolutũ eſſe à priori uinculo, & quo ad primam eccleſiam eſſe tanquam mortuũ. Et dicit Card. conſil. lxxvi. in fi. quod prælatus depoſitus, deſinat eſſe prælatus. Ad prædicta fa. gl. not. in c. ſuſceptũ. in fi. in uerſ. nõ morte. de reſcrip. lib. vi. ubi aperte dicit, renunciantẽ, quo ad eccleſiã cui renunciauit, haberi pro mortuo. Cum igitur dictus Albertus poſt renunciationem non plus ſit præpoſitus, imò quo ad præpoſituram pro mortuo habeatur, quomodo poterat iuramento
18 eſſe obligatus tanquam præpoſitus? cum nõ entis nullæ ſunt qualitates. l. nam etſi ſub conditione. §. poſt defectum. & ibi complures con-
19 cord. per gl. ff. de iniuſt. teſta. Ad præmiſſa faciat, quod iuramentum non complectatur niſi expreſſa, ut dicit Fran. Curt. conſil. xlij. col. ix. qui allegat Paul. de Caſt. conſil. cccIv. At hic caſus de renunciãte prępoſito non eſt expreſſus, nec uerbis nec ſententia: Ergo &c. Conſtito igitur quod iuramentum dictum dominum Albertum poſt depoſitam prælaturam non obligauerit, recte ſequitur, quod nec ſtatutis eccleſiæ, quæ præpoſitus iurare ſolet, remanſerit obligatus. Deſtructo
20 enim antecedente, & conſequens deſtruitur. l. illud. de acquir. hæred. l. ſi ego. eo. tit. Et poteſt hoc oſtendi argumento dilemmatico ſeu complexiuo, ut in l. arbor. §. aquarius. ff. cõmuni. diuid. & fa. l. ſi quis. in fi. ff. quę in fraud. cred. Nam nec tenebatur ut præpoſitus, ut ſuprà ſatis probatum eſt: nec etiam canonicus dici poterat, cum numerus canoni
21 corum in collegio ex accidenti, ſine expreſſo conſenſu capituli, augeri non potuerit. Authent. ut determ. ſit num. col. i. per not. in c. dilecto. & ibi Abb. de præben. Decius in c. ex parte. de conſt. Quæ cũ ita ſint, probabiliter putamus quod dominus Albertus poſt renunciatã prælaturam, à uinculo iuramenti & ſtatutorum obligatione fuerit liberatus, id quod Pet. de Anch. Socin. & Barb. in ſuprà allegatis eorũ conſiliis recte tenuerunt.

Reſpondendo igitur ad rationes ſuprà in contrarium factas, primo non obſtat gl. in l. præſes. de off. prę. Quia licet dñs Albertus poſt renunciationem ſacerdos remanſerit, ex hoc tamen non conſequitur,

quod

quod ideo iuramento & ſtatutis præpoſitū reſpicientibus, remanſerit obligatus. Nec obſtat quod de epiſcopo obiicitur, qui etiam renun 22
ciando maneat ſponſus eccleſiæ &c. quia hoc in his qui ſunt inferiores epiſcopo, non habet locum, ut dicit Fran. Curt. conſil. lxxix. col. ij. allegat Panor. in c. clerici. col. iiij. de uita & hon. cle. & in c. cum nō ignoras. i. col. de præben. Quod autem obiicitur, originem inſpici, & do- 23
minum Albertum ratione primæui ordinis quodammodo eccleſiæ attinere, procedere poteſt, quo ad hoc, ut is eccleſiæ clericus remanſerit: ſed ex hoc inferri nō poteſt, quod iuramento per præpoſitū iurari ſolito plus ſit adſtrictus. Et ſic nō obſtat q̄d dignitas quondā prælati, etiā poſt renūciationē remanſit, quia hoc in fauorabilibus eſt receptū, non quo ad grauamē, ut remaneret obnoxius obligationibus p̄epoſiturę. Et ita pariter reſpōdemus ad id quod de reliquijs opponitur: quia iſta cōſiderant̄ quo ad fauorē, nō quo ad incōmodū, nec iura allegata aliud uolunt. Non obſtat quod dicitur, ſtatus mutatio in melius non libe- 24
rare &c. imò nihil facit ad propoſitū: quia in caſu noſtro dignitas non fuit aucta, nec conditio mutata in melius, ſed in deterius, quia ceſſauit eſſe præpoſitus. & ſic ea quæ ex Bar. allegātur in l. i. col. iij. & l. fi. ff. ad municip. ad caſum præſentē applicari nō poſſunt. Quod aūt prætendebatur, ſtatutis quo ad alienationem rerum negatiuè conceptis, renunciari non poſſe, poteſt uerum eſſe quandiu durat adminiſtratio iurantis: at depoſita adminiſtratione, ipſo facto liberatur qui iurauerat: quia iuramentum ſecundum naturam cōuentionis obligat, ut in- 25
terpretatur Philipp. Corn. conſil. xcvi. in i. parte. Quod deinde prætenditur, rationem in ſtatuto eccleſiæ expreſſam, etiam in caſu deſinentis præpoſiti locum habere, ut qui in diſpendium eccleſiæ depo- 26
ſita quidem p̄elatura, alienare potuerit &c. quo ad uim ſtatuti nō obſtat. Nam ſicuti d. Albertus à iuramento liberatus eſt, ita etiam à ſtatutis, quę ex iuramento eum obligabant. per arg. à cōſequentibus. gl. in l. ij. §. mutui. in uerſ. in creditum. ff. ſi cer. pet. Vnde ſit ſanè quod ſtatuta ſint perpetua, & quod ratio in ſtatuto expreſſa caſum ſimilem complectatur, hoc cęteris paribus uerum eſt, quo ad eos qui iuramento ſtatutorum ſeruandorum obnoxij ſunt. At in præſenti caſu, cum ſtatuta dominum Albertum non obligent, non eſt diſputandum quomodo extendantur, cum nō entis nullæ ſint qualitates. l. eius. ſi cert. pet. cum 27
ſimil. ſuprà allegatis. Quod autem prætenditur dominum Albertum ratione primæui ordinis ad obſeruationem ſtatutorū obligatū, aut eccleſiæ in F. ſubiectum fuiſſe, non admittimus, quatenus ad uim iuramenti attinet: nō tamen negamus quin ratione penſionis ad dictā eccleſiā, tanc̄p̄ clericus penſionarius, aliquo modo pertinuerit, & non omnino ab ea extraneus fuerit. Verum ſtatuta dictæ eccleſiæ, tales clericos, quo ad ſucceſsionem, iuri cōmuni relinquunt. Quod uero tan

28 dem opponitur de doctrina uulgata, qua dicitur, eum casum in statutis pro expresso haberi, quem si statuentes cogitassent, præuidissent. Quamuis hæc ratio urgere uideatur, tamen non obstat: quia quo ad formam, uim & continentiã iuramentorũ, nõ procedit. Certum enim
29 est quod iuramentũ ad non cogitata nõ extenditur, ut uoluit Lud. Roma. consil. cccxliij. in prin. qui alleg. c. ueniens. c. ad nostrã. c. petitio. de iureiur. gl. in c. quemadmodum. eod. tit. & fa. c. ne quis arbitretur. in fi. xxij. q. ij. gl. in c. fi. de hęret. d. c. uenerabilem. ibi gl. ad fi. de elect. c. cum inter. ibi gl. de renunc. c. i. in tit. hic fin. lex. in usib. feud. cum simil. Et facit in arg. l. in lege. ff. de contra. empt. Per prædicta credimus non esse tutum, quòd hæredibus dicti dñi Alberti, iuramenti & statutorum obligatio, pro fundamento iustitiæ illustris dñi principis opponatur. Cæterum quid in hoc suæ uideatur dominationi, eius arbitrio relinquimus. Super secundo dubio, an saltem iure cõmuni prohibente, dictus dñs Albertus super bonis intuitu ecclesiæ quęsitis, in damnũ ecclesię testari nõ potuerit. Quo loco aduertendũ est, quod
30 dñs Albertus bona ecclesiæ partim in discessu suo in uim amicæ cõpositionis secum asportauit, in notabili summa: partim expensionibus & fructibus residuauit. Et breuiter, quo ad bona quæ in administratione præposituræ dñs Albertus acquisiuit, et secum deuexit, si saltem aliqua superessent, cõmunis est sententia Doct. eundẽ Albertũ de his
31 testari nõ potuisse, licet fortassis in eius uita bonis fautoribus & benefactoribus donare aliqua moderatè potuisset. pro hoc facit distinctio gl. in c. præsenti. de off. ord. lib. vi. Card. c. si quis sanè. de pecul. cleri. Hosti. in c. requisisti. de testa. & cõmuniter alij. in quo ideo nõ sumus prolixiores, quia in hoc nõ est cõtrouersia. Et cũius prætendi possit, quod dñs Albertus huiusmodi bona usuceperit triennio, ex eo quod ex consensu & permissione capituli ecclesiæ, imò in uim transactionis, ut in secundo instrumento amicæ cõpositionis patet, & sic bona fide asportauerit & possederit: possunt enim bona ecclesiastica immobilia trien
32 nio usucapi, ut est gl. not. in §. res fisci. Instit. de usucap. & propterea testari in eis potuerit: tamẽ nõ obstat. Cum enim dicta bona restitutioni obligata erant, transierũt cum onere, & usucapi nõ poterant. Natura enim & qualitas rerum ecclesiasticarũ est, ut ad ecclesiã reuertantur.
33 toto tit. de pecul. cleri. lib. iij. Decretal. quæ qualitas res ecclesiasticas sequitur, sicut lepra leprosum. arg. l. alienatio. ff. de contra. empt. Bar. l. si. ff. de op. no. nunc. Et sic non obstat quod capitulum ecclesiæ passum sit abduci res suas: nam propterea non intelligitur pignus remisisse. l. sicuti. §. non uidetur. ff. quibus modis pig. sol. Cæterum quo ad bona quæ dñs Albertus post renunciationẽ expensionibus & alijs fructibus bonorũ ecclesiæ residuauit, uel ex eis prædia cõparauit, hic potest esse maior cõflictus. Nam partem affirmatiuã, uidelicet, quod

dictus

dictus Albertus testari de his bene potuerit, uidentur notab. Doct. tenuisse: & in primis gl. in d. c. prę̃senti. dum distinguit de clericis habentibus administrationem, de quibus iam suprà diximus, & inter eos qui non haberent administrationem, sed simpliciter sint beneficiati & personaliter, ut quia eis certa portio de bonis ecclesiæ detur: quorũ numero dictus dñs Albertus censeri posse uidet̃, licet nõ fuerit canonicus. & in talibus clericis dicit gl. in c. duo. xij. q. i. Ioan. & Laur. in c. res ecclesiæ. xij. q. ij. Spec. in tit. de stat. monach. & canon. regul. uers. lvij. & uidetur esse tex. in c. unico. ad fi. & ibi gl. de cler. nõ resi. in c. peruenit. de fideiuss. Idem tenet Card. ut suprà, qui pro hoc multa allegat, qui tamen se non omnino firmat. & idem in Clem. gratiæ. de rescrip. Pro parte autem negatiua, uidelicet, quod clerici de bonis ecclesiasticis testari non possint, ex mente Doct. ita putamus decidendum. Quod licet clericus de bonis patrimonialibus, & de quæsitis ante clericatũ, uel 34
etiam post, dum tamẽ ex industria, uel seruitio aut stipendio personali acquisierit, testari nõ prohibeatur, utpote qui in patrimonialibus censetur ut laicus. Franc. Curt. consil. xxvij. col. xij. & idem dicit Præpos. c. i. de cleric. qui inuestit. fa. clericos censeri ut laicos, quo ad propria quæ non proueniunt ab ecclesia. de his tamen bonis quæ intuitu ecclesiæ, uel per ecclesiam acquisierit, testari in iacturam ecclesiæ nõ potest. ita sentiunt Petr. de Anch. Philip. Franc. Domi. de Gem. in d. c. præsenti. reprobata d. gl. ibidem, quam etiam reprobat Panor. in c. cum esses. de testa. dicens eam nullo iure probari. Nec uerum est, quod clericus in bonis & fructibus ab ecclesia prouenientibus, facultatem ha- 35
beat cum eis liberè disponendi, sed fidelem & debitam dispensationem habet ad bonum, nõ ad malum, ut eleganter prosequitur Panor. d. c. cum esses. vij. col. & idem Abb. in rub. de deci. cum dicit, clericos meritò dispensare, non dissipare debere alienũ bonum. Vnde Archi. 36
in c. statutum. §. assessorem. de hæret. lib. vi. dicebat, hæreticũ esse, qui
dicat quod clericus fructus liberè suos faciat. Et quod testari clericus 37
de bonis intuitu ecclesiæ perceptis nõ possit, tenet gl. d. c. si quis sanè. & in c. i. de prębend. ibi gl. eleganter concludit, quod bona ecclesiastica, uel ea quæ intuitu ecclesiæ quæsita sunt, neq; ex testamento, neq; ex intestato ad consanguineos transeant, siue sint mobilia, siue immobilia. quod & sequitur Ioan. Cald. ibid. sicuti eũ allegat Card. & pulchrè Bald. in consil. clxxx. incipit, Præmittendum in prima parte. Accedat quod clerici nõ solum qui sunt in administratione, sed etiam qui administratione carent, in bonis ab ecclesia seu intuitu eius quæsitis, licet in 38
uita sint usufructuarij, tamẽ in morte sunt usuarij, ita ut de eis testari nõ
possint. gl. c. fi. de pig. Soci. consil. xxxij. per multas rationes. Abb. d. c. cum esses. vij. col. fa. l. uiuus. ff. de bo. liber. cum multis simil. Et ne fatigemur, tex. sunt ad hoc expressi in c. i. ad fi. de testa. ubi irritatur

testamentū,ut bona dominio ecclesiæ reseruentur. & in c.quia nos.in
39 fi.eod.tit.ubi dicitur,clericos de bonis quæ cōsideratione ecclesiæ per
ceperunt,nullum de iure facere posse testamentū:quo tex.nihil potest
esse apertius.fa.c.cum in officijs.eod.tit.ubi iuncta gl.disponit,quod
40 bona per clericos ecclesiæ intuitu acquisita, siue ab intestato decesse-
rint,siue alijs cōseruare uoluerint, penes ecclesiā permanere debeant,
& allegat gl.multas concord.fa.c.ad hęc.c.relatum.ij.§.licet.eod. tit.
dum loquūtur de rebus mobilibus. At idem est de immobilibus,quæ
ex pecunia ecclesię sunt cōparata,ut d.c.relatum.in prin.c.i. & ij.c.in-
quirendū.de pecul.cler.& fa. ad prędmissa c.episcopi.xij. q.i.c.nulli.c. 10
quia Ioan.in fin.c.fixum.xij. q.i.cum multis seq. Hinc est quod Ca
41 nonistæ in rubr.de pecul. cler. bona intuitu ecclesiæ à clericis acquisi-
ta,profectitiū peculiū nomināt,ut quod ab ecclesia sit profectum. pro
prædictis consuluit Casp.de Cald. consil. ij. de pecul. cleric. ubi post
multa per eum uentilata, & post recitatas opiniones concludit, quod
42 de iure succedat ecclesia clericis,eosq; non posse testari de fructibus nō
consumptis,in damnū ecclesiæ. Idem tenet apertius Andr.Barb.in d.
consil.xx.col.ij.ad fi.& seq.iij. parte,allegans d.c.i.uers. quicquid ue-
ro.de testa. c. placuit ut episc.presb.xij.q.iij.c.quicūq;.uers.ecce.ead.
caus. & quæst. c.ij.uers. si uero de rebus. xiij.q.iij. ubi dicit, iura esse 20
43 formalia,quod quęsita de rebus ecclesiæ,sint ecclesiæ. Supradicta etiā
tenuit & latissimè defendit Panor.in d.c.cum esses.ij.quęst. principa-
li,in vij.col. mihi. ubi etiam rationibus eorum qui contrariū tenuerūt
sufficienter respondet. Ex prędictis fundamentis cōcludimus,quod
fructus per dñm Albertum residuatos,& alia quæ dictus dominus Al
bertus post se reliquit, cum intuitu & consideratione ecclesiæ F.perce
44 perit, imò & bona immobilia quæ is Albertus ex pecunia ecclesiastica
emerit & cōparauerit, ad eandem ecclesiam pertineant, & quod idem
Albertus de huiusmodi bonis mobilibus & immobilibus testari non
potuerit,iure manifesto huiusmodi testamēta,ut suprà docuimus,pro 30
hibente.Cæterum si quæ probari possent patrimonialia bona extare,
45 uel quę nec intuitu ecclesiæ,nec ex bonis ecclesię proueniissent,ista me-
ritò cognatis relinquuntur,dum tamen ipsi probent, quod talia bona
ab ecclesia non prouenerint, aliàs ex bonis ecclesiæ processisse præsu-
mūtur.gl.c.inuestigandum.de pecul.cler.gl.in l.etiam. C.de don.in-
ter uir.& ux.in Authent.licentiam.gl.fi.C.de episc.& cler. Bal.c.i.ad
fi.in tit. de eo qui inuest.cum simil.

Restat ut ad contraria respondeamus.Nam primo non obstat gl.
in c.præsenti.de off.ord.lib.vi.quia suprà diximus eam reprobari per
Petr.de Anch.Philip.Franc.Panor.Barba. & alios, ut quæ iure non 40
probetur,& contra eam sint text. iuris aperti in d.c.quia nos. & alia iu
ra superius allegata,quibus plus credendum est quàm glossæ, ut dicit
Franc.

Franc. Curt. consil. lxxij. col. vij. Et per manus traditur, nullam esse du 46
bitationem, ubi sit casus legis, ut dicit Bald. in l. ancillæ. C. de furt. &
passim Doct. in cõsilijs. Ad c. unicũ, de cler. nõ resid. lib. vi. respon
det Petr. de Ancha. in d. c. præsenti. & Panor. in d. c. cum in officijs.
circa viij. uel ix. col. quia clericus recipiendo fructus sui beneficij, di- 47
citur eos facere suos, ut inde uiuat, & de superfluis dispensęt in usus
pios, nõ uero in damnũ ecclesiæ testetur in suos cognatos. Nec ob-
stat c. peruenit. de fideiuss. quia ibi, ut ex antiqua lectura colligitur, in-
teruenit speciale mandatum Papæ: uel licet ibi Papa mandet satisfieri
de redditibus clericorũ, nõ sequitur necessariò, quod ibi redditus pro
uenerint de rebus ecclesiarũ. & ita respondet Archi. ad d. c. peruenit.
ut eum allegat Petr. de Anch. in d. c. præsenti. Vel dices, clericum pro
sustentatione uitę potuisse pignorare redditus suos: ex quo tamen nõ
sequitur, ut possit de eis testari. ita Panor. in d. c. peruenit. iunctis his
quæ dicit in c. ex prę sentiũ. de pig. Et certe aperte cauetur in c. nulli. in
fin. cum c. seq. xij. q. i. clericos necessaria ex beneficijs percipere posse,
reliqua in usus pios conuertere: cum non sint propria nostra, quorum
procurationem suscepimus. Item non obstat gl. in d. c. duo. xij. q. i. 48
quia intelligenda est gl. quod sacerdotes in bene administrando & di-
spensando domini esse intelligãtur, ut qui probabiliter, ut suprà dixi- 49
mus, donare possint: sed improbabilis eorum dispositio non admitti-
tur. & ita respondet Panor. c. fi. de pig. Vel uerius dicemus, nõ cura-
ri gl. quũ textus apertos habeamus super bonis clericorũ, ut suprà di-
ximus. Præterea non obstat quod prętenditur, consuetudinem esse
generalem de clericis simplicibus, quod testari, donare, & relinquere
possint: quę cõsuetudo per Panor. deducit, c. cum in officijs. de testa.
& in d. c. fin. de pig. quia quicquid sit de generali cõsuetudine, certum
tamen est, quod talis consuetudo in ecclesia F. non uiget, id quod de fa
cto (sicuti intelligimus) doceri potest: & facit quod statuto eorum pro
uisum est, quod in bonis clericorũ inter hæredes & ecclesiam ius com
mune seruetur. Eo accedente, quod si etiam talis consuetudo generali-
ter usurparetur, tamen de iure inualida esset, sicuti eam improbat Pa-
nor. in d. c. cum in officijs. ad fi. quod & Card. in d. c. ad hæc. de testa.
ex sententia Vincent. tenere uidet. Quod si fortasse ex aduerso præ
tenderetur, dictum dñm Albertum post renunciationem nec præposi
tum nec canonicũ fuisse, nec etiam simpliciter beneficiatum, cum ut su
prà diximus, ab ecclesia omnino absolutus fuerit, & pro mortuo repu
tatus, nec aliquid ei cum ecclesia negocij fuerit, nisi quod pensionẽ sub-
leuaret ei reseruatam: quę pensio ad clericatum nihil fecerit, cum ex ea
nõ processerit beneficiũ ecclesiasticum, sed temporale subsidiũ, quod
etiam secularibus dari ab ecclesia possit, ut uoluit Petr. de Aquil. in c.
quamuis. in iij. not. qui ibidem dicit, per pensionem nec intitulari ali-

quem, nec ad ullam teneri residentiam. allegat c. possessiones. xvi. q. i. c. illud. xvi. q. vij. ubi hoc gl. not. in uers. pro qualitate. Et inuenimus etiam in instrumento primę transactionis, seu amicæ cõpositionis, specialiter fuisse prouisum, ne dñs Albertus ad ulla munera, uel onera ecclesiæ sit adstrictus: quę cum ita sint, probabiliter teneri posse uidetur, quod iura quæ suprà de clericorum bonis & fructibus allegauimus, ad prædictum dñm Albertum, qui nec cum administratione, nec sine, dictæ ecclesiæ erat obligatus, sed fuit uelut quidam assisius (ut tales nominat Petr. de Anch.) accõmodari & extendi non possint, cum sepa-
50 ratorũ separata sit ratio. l. fi. ff. de calum. l. si maritus. C. de don. inter 10
uir. & ux. cum simil. Hæc obiectio licet uideri posset habere colorem, tamen non obstat. Nam licet dñs Albertus nec prępositus nec canonicus, aut aliàs beneficiatus dictæ ecclesiæ fuerit, dignitatem tamen ordinis, ut quondam præpositus, seruauit, quæ & ei ad uitam suam remansit, ut suprà satis probauimus. Quinimò is ipse dñs Albertus in schedula testamenti sui, cum solennitate se præpositũ nominauit, ita inquiens: Wir Albrecht von Gots gnaden Bropst etc. & ita dignitatem prępositi remansisse testatus est, id quod & de iure potuit, ut suprà probauimus. arg. c. i. & ibi gl. de ordin. ab episc. &c̃. Quapropter quamuis ab administratione & oneribus ecclesiæ fuerit absolutus, non tamen 20
omnino extraneus erat ab ecclesia, ut qui dignitatis ordinẽ retinuerit, & ab ecclesia eiusq; occasione tam notabiles pẽsiones acceperit, quod certe ex d. c. illud. & gl. ibidem satis colligitur. Et quamuis uerum sit, quod pensio etiã secularibus dari possit, hoc tamen loco pensio beneficium ecclesiasticũ repræsentat, saltem origine: id quod eleganter uoluit Bal. in c. ad audientiã. ij. q. i. de rescrip. arg. l. fi. in prin. ff. mand. ubi Bal. in antiqua lectura dicit, id quod ex transactione percipiatur, perci-
51 pi ex euentu litis censeri. Et qui promittit cõmunicare euentum litis, intelligitur etiam cõmunicare emolumentũ transactionis. Ad idem allegat Bal. l. fuit quæstionis. ff. de acquir. hæred. ubi, ut dicit gl. is dicitur 30
52 mortis causa capere, qui occasione alicuius mortis aliquid accipit. & dicit Bald. consil. xcv. in prin. incip. Duo sunt statuta. iij. parte. bona debere sequi suũ principiũ, & suam originem. Sic in proposito pensio percepta, repræsentat id beneficium propter quod pensio percipitur. Recte ergo fructus & bona quæ ex pensionibus dñi Alberti, loco & occasione præpositurę ecclesiasticæ perceptis prouenerunt, ab ecclesia seu intuitu ecclesiæ percepta intelliguntur, ut ita regulæ iuris canonici, quę euidenter uolunt & exigũt, quod bona & fructus clericorũ intuitu seu occasione aut consideratione ecclesię residuati, post mortẽ clericorũ ecclesiæ aut prẹlato, iuxta dist. à iure canonico traditã, relin- 40
quant̃, irritato testamẽto, si quod in contrariũ fieret. Quæ regula cum in casu nostrę quæstionis per nullã expressam exceptionẽ elidatur, in-

dubi-

dubitatã habet firmitatem. Quod enim non mutatur, cur ſtare nõ permittitur? l. ſancimus. C. de teſta. cum concord. Et per manus traditur, regulæ in dubio ſtandum eſſe. Nam dicit Bart. in l. quoties. ff. ſi quis caut. rem certam dici pro eo qui habet regulam, niſi probetur caſus exceptus. Laur. Calca. conſil. cix. & Philipp. Decius conſil. viij. poſt princ. Philipp. Corn. conſil. cciiij. in princ. iij. parte, cum ſimilib.

Super tertio dubio. Conſtito quod dictus dñs Albertus de bonis & fructibus intuitu & conſideratione eccleſiæ, ab eaq; & eius occaſione quæſitis, teſtari non potuerit, an teſtamentum ſuum nullum ſit. In quo breuiter putamus coucludendum, dictum teſtamentum, quo ad bona & fructus ſuprà dictos, eſſe nullum: quia quod contra legis prohibitionem fit, pro infecto habetur. l. non dubium. & ibi Doct. C. de legib. Dictum igitur teſtamentũ cum nullum ſit, teſtamentum dici non debet, ut dicit Soci. conſil. clxiij. col. ij. tex. in l. Paulus. ff. de uerb. ſig. & l. ij. §. i. ff. quẽad. teſta. ap. Nec diſcutimus hic, an dñs Albertus propter prędicta reddat̃ partim teſtatus, partim inteſtatus: quia ſufficit in noſtra materia, teſtamentũ in bonis & fructibus occaſione eccleſię acquiſitis, nullũ eſſe et ſine effectu. In reliquis ſuis bonis, quę fuiſſent patrimonialia, uel aliàs ex induſtria, extra eccleſiã ſecundũ diſtinctionem ſuprà relatam acquiſita, arbitrariũ cognatis relinquitur, an ab inteſtato, an alio titulo ſuccedere uelint. In quarto dubio, an illuſtris dñs princeps modernus præpoſitus, penſiones reſtantes, & alia bona in caſtro L. inuenta, retinere ſuo & eccleſiæ iure poſsit. Credimus expeditum eſſe, quod retinere poſſit: quia plus cautionis in rem eſt quàm in perſonam. l. plus cautionis. ibi Decius. ff. de reg. iur. Et dicit Bal. in l. cum ſoluta. C. de cond. indeb. ubi ad repetendum actio oritur, multò fortius ad retinendum producitur. Nam cui damus actionem &c̃. l. i. ff. de ſuperfi. & fa. pulchra cautela Specul. in tit. de petit. & poſſeſ. §. i. viij. col. mihi, in uerſ. item not. & aliam cautelam. ubi uult, quod ſi quis rem quam aſſerit ad ſe pertinere, nactus ſit ſine uitio, eam poſſe retinere. allegat xvi. q. iij. §. poteſt. ij. in uerſ. ſi autem res. cum ſimil. Nec enim audiendi ſunt hęredes, petere & uſurpare uolentes fructus, & bona eccleſiæ poſt mortem relicta, quæ ipſi mox eſſent reſtituturi, ſi accepiſſent. l. dolo. ff. de reg. iur. cum uulg. Super ultimo dubio, qua ratione petere poſsit illuſtris dñs princeps, ſuo & eccleſiæ nomine bona & fructus occaſione eccleſiæ quæſitos & reſiduatos. Aduertendũ eſt, quod cum dñs Albertus in uita ſua bonorum huiuſmodi (etiamſi ex eis prædia aliqua emiſſet) uſufructuarius, in morte autem duntaxat uſuarius fuerit, quo caſu dominiũ huiuſmodi bonorũ apud eccleſiam remanſit, quod ſuprà ſatis deduximus. Vnde uidetur illuſtri principi ſuo & eccleſię nomine cõpetere rei uendicatio. ad quod fa. quia eccleſia domina ſuarũ rerum eſſe dicitur. c. ſicut eccleſia. xij. q. ij. d. c. i. in fi. de

ceſta.c.placuit.ibi gl.xij.q.iij.fa.c.ſacerdotes.ibi gl.in uerb. in ſuo reti neat fraudatorẽ.&in c.ſi epiſcop.xij.q.v.ubi eccleſiaſtici iuris proprietas nominatur,cum multis ſim.Licet quo ad originem res eccleſiæ oblatæ deo eſſe dicantur.d. c. res eccleſiæ.de rebus. xij. q. ij. at ea bona loco dei eccleſijs obueniunt. Poteſt etiam intentari petitio hæreditatis.Bal.in l.ij.C.de pet. hæred. ſed omnino melius eſt, ſe ad genus actionis non adſtringere, ſed ſimpliciter petere res eccleſiæ à poſſeſſoribus,ut habetur in capitulo examinata. de iud.Et ſi opponatur de teſtamento, replicetur de nullitate teſtamenti. Nam falſitas ſeu nullitas teſtamenti,per exceptionem ſeu replicationẽ obijci poteſt, cum actor ex petitorio experitur.l.ij.ibi gl.& Doct.C.de ed.di. Adri.toll.Bald. l.i.in ij.parte,dum loquitur de incidenti.C.de ord.iud.& l.ij.eod.tit. fa.in arg.l.ij.C.de ord.cog.

VDALRICVS ZASIVS LL. DOCT.

Summaria Conſilij decimi.

1. 21 Sententia diffinitiua uim rei iudicatæ continet,& pro ueritate habetur.
2 Quæ à iudicibus &aſſeſſoribus nomine Cæſaris, & ſub eius titulo diffiniuntur, recte ab ipſo principe diffinita eſſe intelliguntur.
3 Quod per ſententiam diffinitiuam procerum Imperij,nomine Cæſaris deciſum eſt,refricari alio proceſſu non debet.
4 Verus contumax nec appellare,nec ſupplicare principi poteſt.
5 Fidem contractus etiam Cæſar ſeruare debet.
6 Princeps cõtractu eatenus obligatur,ut nec plenitudo poteſtatis,nec ulla urgens clauſula eum eximat.
7. 9 Princeps nec ex plenitudine poteſtatis,nec ex certa ſcientia ius alteri quæſitũ,tollere uel infirmare poteſt,niſi hoc urgens publicæ utilitatis cauſa impediat.
8 Si odioſa ſunt quæ uel à iure cõmuni,uel à iuſtitia exorbitant, quanto magis odioſa cenſeri debent,quæ à præcepto diuino uidemus recedere.
10 Abſoluta principis Ro.poteſtas,ad iura priuatorum uiolanda non extenditur.
11 An iuſta cauſa in principe ſemper præſumatur.
12 Pro his quæ non ſunt ueriſimilia,non præſumitur.
13 Cauſa tunc præſumitur,quando negotium tale eſt,ex quo cauſa rationabilis poteſt argui.
14 Poteſtas & potentia principis quæ dicatur.
15 Princeps obedire debet rationi.
16 Princeps alteri quod ſuum eſt,ſine ratione,imò cõtra rationem pro ſolo uoluntatis motu & libito,auferre non poteſt.
17. 18 An actiones & ſententiæ iuris ciuilis ſint.
19 Ex infecta radice nihil efficax producitur.
20 Sententia diffinitiua, quæ in rem iudicatam tranſiuit,ne à principe quidem infirmari aut tolli poteſt.
22 Citatio iuris naturalis eſt.
23 Vim ui repellere licet.
24 Princeps contra ſubditum,eo non citato, in eius damnũ nihil poteſt decernere.
25 Clauſulæ quæ de plenitudine poteſtatis,& certa ſcientia,mandatis imperialibus inſeruntur,nullius ſunt momenti, ſi per eas ius alteri de iure naturali uel gentium quæſitum,læderetur.

Princeps

26 Princeps per clauſulam, plenitudinis poteſtatis, non cenſetur ullius partis ius infringere uel uiolare.
27 Quemadmodum priuato non licet contra factum uenire proprium, ita maxime dedeceret ſi princeps Rom. ſibiipſi contradiceret.
28 In curijs principum aſſidua eſt mandatorum obreptio.
29 Mandata quæ contra ueritatem, inepte & ſine ratione aliqua ſunt obrepta, nullius ſunt uel roboris, uel efficaciæ.
30 Clauſula, ex certa ſcientia, quando operetur.
31. 32 Cautela in re ſuſpecta dolum & fraudem arguit.
33 Nulla probatio fortior eſt, quàm quæ propria confeſſione producitur.
34. 37 Qui iuribus ſuis cedit, is renunciare cenſetur.
35 Subſcribens, ſe in omnia illa obligat, quibus ſubſcripſit.
36 Paria ſunt, aliquem de præſenti eſſe obligatum, aut promiſiſſe quod obligari debeat.
38 Subſcriptio unius partis quid operetur.
39 Quod generale eſt, ad plura extenditur.
40 Variæ ſunt ceſſionum formæ.
41 Ambigua ſubſcriptio in genere facta, certæ renunciationis effectum habere nō poteſt.
42 Nemo quod ſuum eſt iactare præſumitur.
43 Quæ notabilis ſunt præiudicij, exprimi ſub certitudine debent, & niſi expreſſa ſint, habentur pro omiſſis.
44 Non probatur hoc eſſe, quod contingit ab eo abeſſe.
45 Dictio, tunc, extremitatem temporis importat.
46 Dictio, iam, pro natura adiuncti ad futurum reſpicit.
47 Certum teneri, incertum relinqui debet.
48 In obſcuris quod ueriſimilius eſt, aut quod plerunq; fieri ſolet, inſpicitur.
49 Errans non confitetur.
50 Timor banni, eſt timor mortis.
51 Maiori, & in primis Cæſari, obediendum eſt.
52 Cuilibet homini licitum eſt ſua iura tueri.
53 Nemo innocens puniendus eſt.
54 Nemo uno momento in aliquod debitum, & ſimul in moram poteſt incidere.
55 Citatio contra ius emanata, inefficax & nulla eſt.
56 Quod iure permittente fit, pœnam non meretur.
57 Irrita & inualida ſunt, quæ ex radice morbida ſumunt ſtatus originem.
58 Aliud eſt non parere, aliud contemnere.
59 Stylo non ſeruato nihil agitur.
60 An de impedimento proteſtandum ſit.
61 Hodie nouatio non fit, niſi hoc exprimatur.
62 Nouationis conuentio non niſi ambarum partium conſenſu conficitur.
63 Delegatio conſenſu partium fit.
64 Furor eſt cum principe uelle contendere.
65 Abſens reipub. cauſa, ſi non defenditur, & re læſus ſit, in integrū reſtitui debet.
66 Reſtitutio in integrum nititur æquitati, qua deficiente, & ipſa deficit.
67 Reſtitutio in integrum quando hodie competat.

IN CAVSA executionis uertente coram ampliſsimis uiris dñis iudice & aſſeſſoribus ſacri cõſiſtorij Cameræ Imperij, inter egregios Iuris Doctores dominos Ambroſiũ V. actorem ex una, & Ioannem T. reum ex alia partibus, ego doctor ſubſcriptus à dicto dño actore pro conſilio iuris requiſitus, recuſare officium pro ueritate aſſerenda non uolui. Verum cum ea contro uerſia plures iam annos agitata ſit, & acta actis accumulata, pro clario re fundatione negocij ſatis arduí, ſpeciem facti per ſummam certe repetere, nõ erit inutile. Cum itaq; dictus dñs actor, dñm reũ ante complures, ut dixi, annos ad dictum conſiſtoriũ Cameræ pro certo debito deſeruitæ mercedis in ius uocaſſet, is dñs reus cum legitimè citatus eſſet, non comparuit, & propterea, ut ex actis apparet, in ueram incidit contumaciã. Cæterũ dñs actor in cauſa teſtes & alia monumenta producendo, uſq; in finem proceſsit: re exiſtente præter id, quod reus in toto proceſſu unquam iudicialiter cõparuerit, licet ſemel fortaſſe ſupplicationis líteras ad dñm iudicem Camerę, cum quibuſdam Cęſareæ Maieſt. declarationibus, quas tamen extra iudicialiter præſentari feciſſet. Lata igitur fuit ſententia diffinitiua, in qua idem dñs reus dicto dño actori ad ſummã petitam unà cum refuſione expenſarũ condemnatus fuit, executorialibus ſubſequutis. Verum cum in termino executorialium dictus dñs reus per procuratorem ſuum certos articulos exceptionales, negociũ principale, quod iam per diffinitiuam deciſum erat, concernentes obtuliſſet: at uero dominus actor rei iudicatę inhærendo, generalia cõtrà replicaſſet, lata eſt altera ſententia declaratoria, qua pronunciatũ fuit, dominũ reum, non obſtantibus exceptionibus ſuis, rei iudicatæ ſatisfacere debere: quæ data eſt octaua die Octobr. anno &c. nono, quæ omnia ex actis mihi præſentatis cognoſcuntur. Decretis itaque contra dominum reum ulterioribus executorialibus, mox die quarta Nouembr. anni ſuprà dicti, à Cæſarea Maieſt. diuo N. feliciſsimæ recordationis, mandatũ pœnale contra dominũ actorem, ad inſtigationem (ut præſumitur) domini rei obtentum, emanauerat: in quo diuus princeps ſub pœna uiginti marcarũ auri præcepit, ut actor ſuis ſententijs cederet, quas & Cæſarea Maieſt. de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia caſſauit & annullauit &c. iuxta latiorem tenorem eiuſdem mandati in actis inſerti. Et cum in eum finem plura mandata ad ſuggeſtionẽ domini rei, ut præſumitur, à Cæſarea Maieſt. emiſſa forent (fuit enim diuus princeps perſuaſus, quaſi negociũ cauſæ huiuſmodi ſuam Maieſt. & nõ reum cõcerneret) res eò deuenit, tantaq; ſeueritate contra dominũ actorem procedebatur, ut & bannũ imperiale Cæſaris nomine contra eum efulminaretur. Verũ tractatu poſtea habito inter Cæſaream Maieſt. & dominũ actorem, concordia Treueri facta fuit, in qua ſe Cæſarea Maieſt. obtulerat, certis me

tis medijs illic expreſsis, de mille florenis dominũ actorem in uim ſententiæ per eum obtentæ, uelle reddere cõtentum, & exinde dominus Ambroſius ſuis iuribus renũciare deberet &c̃. Cui conuentioni etiam dominus actor ſubſcripſit, ut in actis apparet. Poſt quem tractatũ Cæſarea Maieſt. nihilominus dictam dñi actoris ſententiam & iura ſua iterum caſſauit, nulla de concordia facta mentione, mandato pœnali eam in rem ex Bruſſel XXVI. Iulij, anno &c̃. XII. emanato, quod in actis inſertum eſt. Tandem cum diuus Cæſar mortem obijſſet, dñs actor cum de ſumma mille florenorũ huiuſmodi nemo ei ſatisfeciſſet, ſuam rem iudicatam cõtra dñm reum denuò cœpit exequi, eoq; nomine ab illuſtriſsimo dño & principe noſtro D. Romanorũ Imperatore, executoriales cum citatione inſerta contra dominũ reum impetrauit: qui in termino præſtituto comparens, ſuas allegauit defenſiones, in quibus & totum negocium principale per ſententiam antè deciſum, refricare, & de nouo agitare conatus fuit. Cæterũ cum dominus actor contradiceret, reiq; iudicatæ perſeueranter inniteretur, ad acta huius negocij eſt deuentum.

Accedendo igitur in dei nomine ad iuris informationem, anteq; ad dubia procedam, præmitto pro indubitato, quod ſententia diffinitiua à dño iudice Cameræ lata, unà cum declaratoria ſubſequuta, uim habent rei iudicatæ, & pro ueritate habent. per iura uulg. & dicit Bal. conſil. cccxix. i. part. ſententiam diffinitiuam eſſe animam iudicij, ultimamq; perfectionem formalem. Quæ ſi uera ſunt in ſententijs inferiorum iudicum, quãto fortius hoc recipi oportet in ſententijs principis Romani cognitionaliter latis, quæ uim legis habent. l. fi. ibi Bar. C. de ll. laſ. l. cum prolatis. de re iud. Nec ad rem pertinet, quod ſententiæ Cameræ Imperij per iudicem & aſſeſſores pronunciantur: quia cum nomine Cæſaris diffiniant, & ſub eius titulo, recte princeps diffinijſſe intelligitur. Omnia enim noſtra facimus, dicit Imperator, quibus autoritatem impartimur. l. i. §. omnia. C. de uet. iur. enucl. Et in procœmio fforum. §. hęc igitur à nobis. aſſerit Imperator, à ſeſe cõpoſita eſſe quæ per deputatos fierent. & eſt opt. arg. in l. pater ex prouincia. in fi. ibi, ſolam enim electionem. ff. de manu. uin. & fa. Authen. ſed lis. C. de appell. Quod igitur per ſententiam diffinitiuã, procerũ Imperij Cæſaris nomine deciſum eſt, refricari alio proceſſu non debet. l. i. & ij. in fi. C. ſenten. reſcin. non poſſ. Tantæ enim autoritatis ſunt huiuſmodi ſententiæ, ut ab eis tanquam à principalibus diffinitionibus appellari nõ liceat. Credidit enim princeps, eos qui explorata eorum fide & grauitate, ad eius officij eminentiam proueherentur, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. Feneſtella de magiſtra. Rom. & recitatur in l. i. ad fi. de off. præfect. præt. Quod ſi prætenderetur, per eas ſententias quæ in contumaciam

1 2 3

rei latæ ſunt, cauſam principalem non amitti. gl. Ang. in l. cõtumacia. in princ. de re iud. dicimus uerum eſſe, ſi de cauſæ meritis non fuiſſet cognitum. Sola enim contumacia ſine cauſę cognittone non ſufficit. l. properandũ. §. cum autem. C. de iud. Sed ſi reus cum cauſæ cognitione per diffinitiuã condemnatur, iam ab ulteriori audientia excluditur, non tam ex contumacia, quàm quod iniuſtitiam fouiſſe cõpertus eſt. d. l. properandum. §. ſin autem reus. ubi eleganter deciditur, reum eo
4 caſu ab omni contradictione excludi. Hinc eſt quod uerus contumax, nec appellare nec ſupplicare principi poterit. d. l. contumacia. l. & poſt edictum. §. fi. de iud. Imol. in l. ex conſenſu. §. fi. de appell. Alex. in d. §. ſin autem. ad fi. & fa. tex. elegans in l. fi. in ratione ſui. C. ut lite pen. ubi gl. reprobando quorundã opiniones, idipſum tenuit. Vnde dicit Bal. in l. prę ſcriptione. vij. col. mihi. C. ſi cõtra ius. quod inuanũ impetrat, quicquid cõtra ſententiã, quæ rei iudicatę uigorẽ habet, impetratũ fuerit. Et per prædicta nõ obſtat quod per Abb. in c. q̃uis. de re iud. traditur, ſententiam in abſentem latam, potius ex odio cõtumacis emerſiſſe præſumi, quàm ex cauſæ iuſtitia. per l. præſes. C. de pig. quia hoc uerum eſſe poteſt, ſi de cauſa non eſſet cognitũ. Cæterum ſi plena cauſæ cognitio interceſsiſſet, ut hic factitatum eſt, ceſſat ea præſumptio. per d. l. præſes. in fi. ubi hoc eſt expreſſum. Secundo prę mitto, prin
5 cipem Rom. ſuo cõtractu ligari, ſicuti priuatum aliquem. Deus enim qui leges merè poſitiuas principi ſubiecit, eundem ſubiecit contractibus, ut dicit Bal. in c. i. de nat. feu. Et idem in conſil. cxc. ij. par. dicit, fidem cõtractus à Cæſare ſeruari debere. allegat Cyn. in d. l. digna uox. C. de leg. ſcilicet q̃d & deus ſeipſum ex lege promiſsionis arctauerit. Denicę congruũ ſuæ Maieſt. eſſe dicit, ut omnes ſui cõtractus ſint bonæ fidei, ſaltem iure ſpeciali: quod & idem Bald. expreſſe tenet in c. i. §. ſi quis uero. de pac. Conſtan. Nam & Auguſtus apud Sueton. cum populus Rom. liberalitatem promiſſam repoſceret, bonæ fidei ſe eſſe reſpondit. Eius enim actum omnis malitiæ & diminutionis expertem eſſe oportere, Imperator noſter dicit in Authen. conſtitut. quę de dig. §. illud. Eo accedente, quod & pro lege allegari poſsit contractus principis. l. pen. C. de don. int. uir. & ux. l. Cæſar. de publi. Bar. l. ciuitas. ſi
6 cert. pet. cum uulg. Et quod princeps Rom. contractu eatenus obligetur, ut nec plenitudo poteſtatis, nec ulla urgens clauſula eum eximat, tenet Philip. Decius conſil. cli. col. v. qui allegat Paul. de Caſt. d. l. digna uox. Bald. c. i. §. ad hæc. col. v. uerſ. item not. ex gl. de pac. iur. fir. Petr. de Ancha. conſil. lxv. idem Decius conſil. xlv. ij. col. uerſ. quarto iſta concluſio. qui dicit, principem, licet lege poſitiua nõ obligetur, tamen dictamini rationis ſubĳci. allegat Bal. in l. ſi aquã. uerſ. xviij. C. de ſeruí. & aq. Et alibi Dec. conſil. cxiiij. ij. col. alleg. Innoc. in c. innotuit. in princ. de elect. cum ſimil. Pro qua doctrina Doct. uariè conſuluerunt.

Bald.

Bald.consil.clviij.iiij.par. Philipp.Corn.consil.lxx.litera M.ij.part. Alex.consil.lxiiij.col.iiij.iiij.part.Paul.de Cast.cõsil.clxij.col.ix.post prin.Soci.consil.clxiiij.col.vi.uers.sed ad hanc.idem consil. xxxij. x. col.uers.quinimò.cum multis similib. quæ ideo hic latius non allego, quia eam in rem etiam alij dño actori consuluerunt.

His sic prẽmissis,aliqua ex actis mihi prẽsentatis dubia colligere uo lui,quę uidebant magis necessaria ut dissoluerent. Primo,an princeps de plenitudine potestatis,&ex certa sciẽtia,per sua mãdata,rem iudica tam à dño actore obtentã, cassare & annullare potuerit. Deinde, si nõ potuit, an certe per concordiæ tractatũ,de quo suprà in casus positione, dñs actor rei iudicatæ renunciasse intelligatur. Tertio loco,si non renũciauit,an debiti solutionem à Cæsare acceptando,actor priorem obligationem nouasse dicatur.Et quarto,an dñs reus in sua cõclusione restitutionem in integrum petendo sit audiendus. Super primo dubio, scio multa ultro & citro super plenitudine potestatis, alijsq; id genus clausulis ad eminentiã principis pertinẽtibus,per Doct.esse disputata,quæ si quis subsequi uelit,grande opus sit elaboraturus.Sicuti enim cuiusq; ingenium tulit,uel fortasse suasit cõmoditas,ita principis potestatem nunc extenderunt, nunc perputarunt: cæterum eam rem latius examinare nolui, quàm quatenus ad præsentia satis esse iudicarim. Breuiter igitur agentes, dicimus per mandata huiusmodi titulo Cæsaris emissa,quamuis ex plenitudine potestatis,& ex certa scientia exierint,rem iudicatam prædictam cassari non potuisse,nec esse cassatam: quod multipliciter probari potest. Et primo, quicquid dicant Doct. in hoc puncto, ego semper tenui, & teneo, quod princeps nec 7
ex plenitudine potestatis,nec ex certa scientia,sed nec ullo alio medio, ius alteri quæsitum tollere uel infirmare possit,nisi hoc urgens publicę utilitatis causa urgeret,&de ea expresse appareret.Cum enim rem proximi ne concupiscere quidem, nedum tollere liceat,&quod nobis nolumus,nec alteri id fieri,præcepto diuino iubeamur,Matth.vij. Luc. vi.dist.i.c.i.x.q.i.c.placuit.certe cõtra huiusmodi prohibitiua præcepta principibus parcissimè indulgeri, nec habenas laxari oportere puto.Si enim odiosa sunt quæ uel à iure communi, uel à iustitia ęquitatis 8
exorbitant,ut dicit Philip.Cor.cõsil.xcvij.litera D.ij part.quanto magis odiosa censeri debent, quæ à præcepto diuino uidemus recedere. Et non obstat l.item si uerberatum.§.ij.de rei uen.&l.Lucius.in prin. de euict.ex quibus Doct.se fundant:quia ibidem publicę utilitatis cau 9
sa manifeste uertebatur, scilicet,quod militibus agri, siue illi hostiles, siue his finitimi fuerint, in præmia militaria assignarentur: & fuit deniq; pars precij saltem honoris gratia possessoribus persoluta.Nec credo,ea quæ gentilibus Romanis,bellorum gerendorum negocio assuetis, occasione belli, & propter militum insolentiam compescendam,

obſeruata ſunt, à Chriſtiana pietate & pacis tempore in exemplum tra
henda. arg. l. i. in prin. C. de cadu. toll. Accedat, quod nec iura ſuprà al
legata, doctrinam ſimilia faciendi præſcribunt: ſed quid aliquando ex
neceſsitatis cauſa factum ſit, oſtendunt. Proinde eædem leges à Doct.
10 male in argumentum trahuntur, quaſi principis Romani abſoluta po-
teſtas, ad iura priuatorũ uiolanda ſe extendat. Scio boni principis po-
teſtatem ad tutelam ſubditorũ, ad iuſtitiã aſſerendam eſſe ampliſſimã:
cæterum ut iniuria ſubiectis fiat, illic principis poteſtatem nõ agnoſco,
ſed tyrãni. Principis enim mens talis eſſe debet, qualis eſt legũ candor,
& rationis naturalis integritas. Bal. c. i. ij. col. apud quos cont. inueſt. 10
& in l. ex facto. de uulg. & fa. etiam infrà ſuo ordine alleganda. Nec
11 obſtat quod ex Doct. aliqui putant cauſam iuſtam in principe ſemper
præſumi, id quod Doct. in l. fi. c. ſi contrarius. & alibi in locis uulgatis
tractant: quia hoc nõ aliter uerum puto, quàm ſi princeps in ſuis man-
datis emittendis grauis eſſet & difficilis, & natura negocij ſuper quo
ſcriberetur, præſumptionem cauſæ iuſtæ reciperet, quæ & ex circun-
ſtantijs mandati colligeretur. Et porrò huiuſmodi mandata cum clau
ſulis tam potentibus, non niſi cum magna circunſpectione, & non in
omnibus mandatis ſine delectu, ſed in his in quibus huiuſmodi clauſu
læ collocari ritè poſſent emitterentẽ: tunc enim pro principe, quod iu- 20
ſta cauſa moueretẽ, præſumi poſſet. Alioqui ſi in Cæſaris mandatis ab-
ſurda, nõ ueriſimilia, item impertinentia, & quæ prima fronte iniqua
apparerent, continerentur, & princeps in mandatis & clauſulis huiuſ-
modi emittendis eſſet facilis, iam iuſta cauſa præſumi nec deberet nec
12 poſſet: quia pro his quæ non ſunt ueriſimilia, non præſumitur. Bal. c.
i. §. ſi qua. de feud. guard. l. nõ eſt ueriſimile. ff. quod met. cauſ. fa. l. in-
credibile. C. de pœn. l. Meuius. in princ. à contrario ſenſu. de leg. ij. At
ſuum alicui ius auferre, prima fronte iniquum eſt, & contra iuſtitiam
& iuris præcepta. Certe ſi ulla publicę utilitatis cauſa eam iniquitatem
excuſare deberet, neceſſe eſſet eam ad indiuiduum exprimi. fa. quę per 30
Socin. traduntur conſil. cclxxiij. pen. col. uerſ. & ſi dicatur. ubi docet,
13 cauſam tunc præſumi, quando negocium tale eſt ex quo cauſa ratio-
nabilis poſsit argui. allegat Ant. Imol. & modernos, in uulg. c. quæ in
eccleſiarum. fa. idem Soci. conſil. clxiiij. vi. col. uerſ. ſoluitur etiam alio
modo. Accedat, quod cum huiuſmodi clauſulę, plenitudinis pote-
ſtatis, & certę ſcientiæ, hoc tempore uelut ex ſtyli conſuetudine in om
nibus propè imperialibus literis, ut diuus N. alio quodam loco fateť,
inſeri & ſæpenumero impertinenter aſſcribi cõſueuerint, nõ eſt tanta
in eis uis ponenda. Vnde dicit eleganter Bal. cõſil. ccxcvij. iij. part. in-
cipit, Ad euidentiam præmittendum eſt. in prin. temerariam iſtam & 40
abuſiuam cautelam, qua principes hodie huiuſmodi clauſulis in reſcri-
ptis ſuis utuntur, in totum ab aula eradicari, nec ita in uſu frequentari
debere:

debere: ſubiũgens dictam clauſulam, ex certa ſcientia, ad expreſsionẽ maioris delicti magis eſſe aptam: &, plenitudinem poteſtatis, nõ aliter quàm de bona & laudabili, non de uituperabili & tyrannica poteſtate intelligendam: concludendo, ea mandata flagitium continere & delictum, per quæ licentia detur, quod iure ſuo aliquis expellatur. allegat l. meminerint. C. unde ui. Et dicit idem Bal. in l. ij. C. de cõm. rerũ alie. principem raro uti debere plenitudine poteſtatis, ſcilicet qui ſeſe magis circunſpicere, magis cauere debeat quàm ullus alius. allegat not. in l. pe. ff. de hær. inſtit. Ioan. in c. cum ueniſſent. de iud. d. c. innotuit. de elect. Et dicit alibi Bal. cõſil. cccliij. i. part. uerſ. dicit aũt poteſtas. poteſtatem principis eam dici quæ legitima ſit, rationalis & iuſta: eam autem potentiam quę iniuſta ſit, magis eſſe impotentiam ſeu deficientiã. Et alibi Bal. conſil. cclxxix. poſt prin. iij. part. dicit, principem etſi ſupremam habeat poteſtatẽ, eſſe tamen rationalem natura, & propterea obedire debere rationi. allegat Authent. de monach. in princ. & alibi conſil. xvi. ij. part. Sicuti ſupremã poteſtatem princeps tenet, ita & obſeruari debere ſummã honeſtatem & ſummã æquitatẽ tanq̃ regulam, cum à capite ſit edenda ratio. Hoc eſt quod Imperator noſter omnem iubet uiolentiam ceſſare, iuſtitiam ſeruari & ueritatẽ: ſic enim & deum placari. l. quas gratias. C. de offic. prę fect. præto. Et ut finiam, ſi à iuſtitia iuſtus dicitur, & principem Rom. iuſtum eſſe neceſſe ſit, conſequitur, ut & in eo iuſtitiam reſidere dicemus, per locum à coniugatis. ſa. c. iuſtum. ix. diſtin. At cum iuſtitia unicuiq; tribuat quod ſuum eſt, quomodo princeps alteri quod ſuum eſt auferet? quomodo iniuriæ ab eo naſcentur, à quo iura proceſſerunt? contra d. l. meminerint. Recte ergo concludo, quod per clauſulas ſuprà dictas, quantumcunq; ſinum effundant, alteri quod ſuum eſt, ſine ratione, imò cõtra rationem, pro ſolo uoluntatis & potentiæ libito, auferri non poſsit. ad quæ allego d. Philip. Cor. conſil. cclxxviij. in litera P. iiij. part. item cõſil. lxvij. litera E. & cõſil. cci. litera D. dum docet, ius quæſitum alteri, per principem etiam proprio motu tolli non poſſe. cum ſimil. Quod ſi obijcias, uera eſſe quæ ſcripſimus, quo ad dominia quæ à iure gentium emerſere: cæterum ſi à iure ciuili dominiũ emergat, id à principe auferri licere, ut qui ſit ſupra ius ciuile: at actiones & ſententias eſſe iuris ciuilis. l. ij. §. deinde ex his. de orig. iur. in qua opinione Andream de Iſer. & cõmuniter Doct. eſſe, ſatis uulgatũ eſt. Ego tamen iſtam opinionem ita generaliter intellectam (quantum ad actiones & ſententias attinet) credo procedere non poſſe. Certum enim eſt, iudicia, actiones, & item controuerſiarum diffinitiones, de iure gentium uetuſtiſsimo fuiſſe: hoc enim pluribus conſtare autoritatibus poſſet. Geneſ. xlix. Dan iudicabit populum ſuũ, ſicut & alia tribus. Exo. xviij. Moſes iudicabat populũ tota die, donec à ſocero ſuo iubereť cõſtituere magiſtratus qui iudica-

14 15 16 17

rent. Item teſte Dionyſio Halicar. libr. i. tempore Romuli ſenatoribus iudicandi data eſt poteſtas in minoribus rebus: q̃d & Seruius Tullus expreſsius ſtatuit, ut rex negocia publica, iudices priuata cognoſcerẽt, ut eſt apud eundem lib. iiij. ſi interim alia præteriero. Item cum ex obligationibus actiones naſcantur, & ex his ſententiæ, neceſſe eſt quod ſicuti obligationes iuris gentium ſunt, l. ex hoc iure. de iuſt. & iur. ita & ea quæ connexa ſunt, nempe actiones & ſententiæ. Niſi fortè actio merè datiua eſſet, quæ ex contractu uel quaſi, nec ulla obligatione iuris gentium oriretur: ut ſunt actiones quæ tantum à iure ciuili dantur, quo loco & præſcriptionũ iura non immeritò cenſeri poterunt, eas actiones iuris ciuilis eſſe non nego. In caſu autem noſtro, actio dñi actoris & res iudicata, ab obligatione iuris gentiũ prodierunt. Nec ob-
18 ſtat d. l. ij. §. deinde ex his. de orig. iur. quia illic non dicitur, actiones à iure ciuili uel eius prudentibus ortas aut inuentas, ſed cõpoſitas eſſe. Nam & ante ius ciuile, de iure gentium actiones à populo, ſed ſine ordine, prout cuiuſq; tulit arbitrium, proponebantur: quæ effuſa & inordinata euagatio, per iuris prudentes certis finibus compoſita & ordinata eſt. Proinde d. l. ij. ad ea ad quæ allegatur non ſolum non ſuffragatur, ſed repugnat etiã. Prędictis conſequens eſt, quod cum ſuprà fatæ clauſulę, plenitudinis poteſtatis, &c. in his quę ad ius gentiũ reſpi-
ciunt nihil operentur: naturalia enim infirmari nõ poſſe, per iura uulg. patet: inuicte concludimus pro hac prima ratione, mandatum Cæſaris ex S. poſt ſententiam Cameræ emiſſum, & præterea omnia ſequen-
19 tia mandata nihil ualuiſſe: ex infecta enim radice, nihil producitur efficax. l. nõ dubium. C. de legib. l. fi. C. de nat. lib. Accedat uulgata iuris
20 traditio, qua cauetur, ſententiã diffinitiuam quæ in rem iudicatã tranſiuit, ne à principe quidem infirmari aut tolli poſſe. d. l. fi. C. ſenten. reſcin. non poſſe. fa. l. poſt ſententiam. C. de ſent. Et licet Bald. in d. l. fi. multa per diſcurſum uoluat, hoc tamẽ rectè docuit, principis reſcripto, etiamſi plenitudine poteſtatis uteretur, ſententiam diffinitiuam tolli non poſſe, niſi d. l. fi. expreſſe foret derogatum. allegat iura uulg. Authent. hoc inter. de teſta. l. reſcripta. l. nec damnoſa. C. de preci. imp. offe. cum ſim. & ita idem Bal. cõſuluit cõſil. ccxcvij. iij. par. qui inter alia allegat l. autoritate. C. unde ui. gl. in l. ſi qua loca. de fund. & ſalt. reido. lib. xi. & idipſum cõmuniter Doct. aſſerunt, quos allegare ſuperuacuum eſt, cum res ſit in hoc clariſsima, quæ ad ſenſum cõmunẽ pateat. Si enim pro libito uoluntatis refricare iuſte deciſa Imperator poſſet,
21 quis eſſet litium finis? Quod ſi res iudicata pro ueritate habetur, eam ueritatem ſine cauſa cur princeps euerteret? fa. quæ tradit Philip. Cor. conſil. lxij. in litera N. iiij. par. qui dicit, ſemper ſtandum eſſe ſententię, niſi per euidentiam facti de eius iniquitate liqueat. Secunda ratio ex eo ſumitur, quod dictum mandatum de S. & porrò alia mandata quæ

uel

uel in Bruſſel uel in Arg data ſunt, ꝙuis ad caſſationem iuris dñi actoris prodierunt, emanarunt tamen eo non citato: quo caſu ſine dubio nullius ſunt momenti. Et licet Doct. pro ſuo quiſq; uel captu uel ingenio ſuper huiuſmodi re uarient, an princeps parte nõ citata procedere poſsit, in caſu tamen noſtro in quo per domini actoris præſentiam iura ipſius defendi potuiſſent, nihil ualet quicquid per principem (eo cuius intereſt non citato) ſtatutum fuit. Citationem enim iuris naturalis 22
eſſe, non ſolum ex uulg. Cle. paſtoralis. ſed ex cõmuni ſenſu cognoſcitur. Accedat, quod ſicut natura docente, uim extraiudicialem ui repel- 23
lere licet, l. ut uim. de iuſti. & iur. ita & iudicialem uim, natura dictante, pari defenſionis ui tueri licebit. quod eleganter tractat Oldr. conſil. xliij. uolens, quod princeps qui ius alterius non citati, lædere pergat, defenſionem ei ſubtrahat iure naturæ conceſſam. allegans Compoſt. c. ſicut. de elect. l. nec magiſtratus. de iniur. c. cõquerẽte. de reſtit. ſpol. l. quemadmodum. §. magiſtratus. ad l. Aquil. l. facultas l. prohibitum. C. de iur. fiſc. Idem conſil. xxxvij. dicit, mandatum principis parte abſente non citata emanans, ius abſentis nõ lędere. l. fi. C. ſi per uim. cum ſim. Ad prędicta bene fa. c. i. de cauſ. poſſ. & propri. c. inter quatuor. de maio. & obe. d. l. meminerint. C. unde ui. l. cauſas. C. de tranſact. Bal. conſil. cclvi. uerſ. item etiam. in i. par. Et idem Bal. in l. fi. poſt princ. C. de ll. aſſeueranter tenet, ſententiam principis ſine citatione eſſe nullam, ex ratione defenſionis denegatæ. & And. Barba. in apoſtill. ibi allegat Abb. in c. in cauſis. de re iud. cum ſimil. Licet Bal. alibi uariaſſe uideatur, ſed alio caſu loquitur. Et quod princeps contra ſubditum, eo non 24
citato, in eius damnũ nihil poſsit decernere, tenet & declarat latiſsimè Soc. cõſil. clxiiij. viij. col. ad fi. cum ſeq. Doct. opiniones pulchrè digerendo. Nec poteſt ſanè hunc euidentem defectum tueri, plenitudo 25
poteſtatis, aut certa ſcientia: quia ſatis ſuprà patuit, quàm omnino nihil operentur huiuſmodi clauſulæ, ſi per eas ius alteri de iure naturali
uel gentium quæſitum læderetur, cum duo iſta, ius diuinum & naturale, eas clauſulas potenter exarmẽt, ut eleganter dicit Bal. cõſil. cxxxix. iij. par. & idem Bal. conſil. cclxxix. eadem parte, quaſi per tot. Et certe diuus princeps per ſuum met reſcriptum in ſchedula quadam ad acta cauſæ annexa, mentẽ ſuã clarè aperuit, declarando, quod animi ſui nõ 26
ſit, per clauſulã, plenitudinis poteſtatis, ullius partis ius infringere aut uiolare: ex ſtylo enim curiæ eas clauſulas inſeri ſolitũ eſſe &c. Quæ teſtatio licet in partes certas facta ſit, meritò tamẽ ad omnes cauſas ſimiles ex rationis paritate extenditur. arg. in Authen. de reſtitu. fideicõm. ix. coll. ad fi. & fa. c. translato. de conſtit. l. illud. ad l. Aquil. cum uulg.
Tertia ratio ſumitur à contractu ſeu conſtitutione diui Cęſaris N. Nam in facto mihi refertur, quod Cæſarea Maieſt. ante cõplures annos cum principibus, proceribus, legationibus & ſtatibus ſacroſancti

Imperij Romani, dum cõuentus Imperij Vuormaciæ haberetur, conſtitutionem & ordinationẽ fecerit, quod ſua Maieſtas ſtatum & procurſum iudicij Cameræ Imperij, in eius proceſsibus & ſententijs non impedire, nec ad ſe auocare, irritare, ſuſpẽdere, aut ulla uia, ſiue appellationis, ſupplicationis, aut reſtitutionis, ad ſeſe trahere, aut reſcindere uelit &c. quã conſtitutionẽ ſeu ordinationem, dicitur diuus Cæſar uerbo Maieſtatis ſeu dignitatis ſuę promiſiſſe: uero exiſtente, quod eandẽ ordinationem Cæſar in alijs ſequentibus Imperij conſeſsibus ſæpe renouauerit, ſicuti & nouiſsimè de anno &c. decimo, in ciuitate Auguſta factitatũ eſſe fertur, prout ex actis apparet. Cum igitur diuus Cæſar ſe dictam ordinationem ſeruare promiſerit, non eſt dubium quin in uim cõtractus tranſierit. l. ſciendum. §. dictum. cum §. ſeq. & gl. ibi. de ædil. edict. fa. l. i. §. pactum. l. conuentionũ. de pact. cum ſimil. Sed ſuprà in ſecundo euidentiali euicimus, Cæſarem ſuo contractu obliga
27 ri & ſubijci. Addo, quod ſicut priuato non licet contra factum uenire proprium. l. poſt mortem. ibi gl. cum concord. de adop. ita quãmaximè dedeceret, ſi princeps Rom. ſibijpſi cõtradiceret. Bal. cõſil. cclxxix. iij. par. Proinde cõſtanter & purè uerſari principẽ tum magis neceſſarium eſt, quod cõſtantiæ uirtus quæ ad iuſtitiã pertinet, in eo præſtantior eſſe debeat: ut ſicut in cœlo polus, & lapis angularis in ædificio, ita in promiſsis princeps perſtet inuariatus. Graue em̃ & bonis moribus inimicũ eſt, dicit Greg. in regeſtis, lib. ij. c. lvi. principem quæ bene ordinarit, reſcindere, & exemplo ſuo alijs occaſionem præbere, ut & ſua ipſius inſtituta aliquando diſſoluãtur. Ad prędicta uide Bal. cõſil. ult. col. v. i. par. Hoc eſt quod elegãter magnus Eraſmus alibi ſcribit, principũ eam debere eſſe fidem in his prędandis quę receperũt, ut ſimplex eorũ promiſſum ſanctius quouis aliorũ iureiurando faciãt. Hoc eſt q̃d Imperator uarietatẽ erubeſcendã nominat, in l. fi. in fi. C. de mod. mul. Ad prædicta fa. l. i. & ij. C. ne fiſcus. libr. x. Quæ cum ita ſint, negari non poteſt, quin diuus Cæſar per mandata ſua contra ordinationem fide promiſsionis roboratã, uenire non potuerit, & tum minimè, quod idem princeps in dictis ſuis mandatis, eidem ordinationi in nullo, nec generaliter nec ſpecialiter derogauit. Dato em̃ per impoſsibile, quod diuus Cæſar aliquo caſu contra prædictam ordinationem quicquam decernere aut emittere potuiſſet, hoc tamen ſine dubitatione nullius erat momenti, cum dictæ ordinationi in ſpecie non derogaſſet. Oldr. conſil. xlvij. ad fi. qui allegat d. l. ſi quis. in prin. de leg. iij. d. Auth. hoc inter liberos. C. de teſta. c. ex parte. de capell. mona. gl. in Auth. quib. mod. nat. effi. leg. §. fi. fa. lex not. in c. ex multiplici. de deci. cum hisquę ſuprà in ſecũdo euidentiali ſcripſimus. Deniq; ſi mãdata quæ ſub Cæſareæ Maieſt. titulo contra dñm actorem emiſſa ſunt, expenderimus, non obſcure, obreptionis, & item repugnantiæ, & alia ſimilia uitia colligi

ligi poterunt. Ex primo enim mandato quod ex S. datum est, in actis inserto, inter alia narratur, quod dñs reus non aliter fuerit dño actori obligatus, quàm sicut Cæsarea Maiest. ei cõmiserit: cuius contrarium aperte constat ex actis prioris instantiæ, in quibus (sicuti apparet) plenè probatum est, quod dñs reus sese pro sua ipsius persona tanquã gubernator cancellariæ, dño actori ad summam ibidem petitam obligauerit. Porrò cum octaua Octob. anno IX. &c̃. lata esset sententia Cameræ declaratoria, mox deinde quarta die Nouemb. in S. & postea ultima Nouemb. eiusdem anni in Arg, mandata extorta sunt, quæ & ex breuitate temporis, & ex alijs causis, sinisteritatem impetrantiũ planè arguunt. Ias. in l. si patet. de iureiur. & fa. gl. post tex. in c. ex literis. de in integ. restit. Innoc. in c. cum in ueteri. in fi. de elect. cum sim. Si interim compluria mandata, quæ accumulando aliud super alio, impetrata tacuerimus. De repugnantia uero & dissidentia mandatorũ, res est manifesta. Nam cum Cęsarea Maiest. in literis suspensionis banni in actis quibusdam insertis, fateatur causam prẹsentem dñm Ioannem T. attingere, uulgò, Jn der sachen vnsern Secretarien Johan T. Berürendt/ diuersum in alijs mãdatis narratum est, uidelicet quod ea causa T. nõ attingat, sed Cæsarem. Item in mandato Bruchselleo scribitur, quod sua Maiestas causam præsentem, rogatu quorundam principum, ad sese uel in sese acceperit, uulgò, habẽ wir vß fürbit etlicher Fürstẽ/ diß schuld an vns genomen etc. & tamen in alijs mandatis narratum est, quod ea causa sit sua Cæsaris propria. Fieri ergo nõ poterat, ut in sese Cæsar alienam obligationem assumeret, si erat sua propria. arg. Instit. de act. §. sic itaq; ibi, nec enim. Item in quodam mandato tertia Martij, anno &c̃. decimo emisso, in actis inserto, Cæsarea Maiest. tanq; rem certam narrat, causam nõ esse domini T. sed suam: mox deinde tanquam dubitans, subiungit, quod statum causæ diligenter uelit inuestigare, & postea partes ipsas cõponere &c̃. si interim alia parũ apta, ne dicam absurda, taceamus: ex quibus omnibus mandatorum obreptio euidenter euincitur. Siquidem dñs reus cum rem iudicatam iure irritare non poterat, & processibus executorialibus urgeretur, mandatorũ obreptorum uiolentia ius dñi actoris subuertere cõtendisse uehementer præsumitur. Non enim est credibile quod diuus Cæsar N. contra eiusdem rei iudicatæ autoritatem, contra suam propriam ordinationem seu contractũ, & cum narratorũ obreptione & repugnãtia, huiusmodi mãdata ad euertendum iura domini actoris uersutè cõposita, sciens & uolens emiserit: absit ut synceritatẽ tanti principis, huiusmodi iniquitate polluamus. Importunitati igitur obstrepentiũ impetitorũ ea accepta ferenda sunt, scilicet quod in curijs principum assidua sit mandatorũ obreptio: id quod & Imperator conqueritur in l. i. C. de petit. bo. subla. lib. x. cum conqueritur, sese inuerecunda petentiũ inhiatione adeò cõstringi, ut etiam nõ 28

cõcedenda tribuat. Et alibi precationes huiuſmodi furtiuas nominat, & potentia eorum qui inſtant extortas. l. i. C. de fundis limitro. lib. xi.

Accedat, quod princeps Rom. multitudine arduorum negociorum præuentus, ad omnia per eum emanata non poteſt aduertere. Philip. Cor. cõſil. cxxxv. litera C. iiij. par. quod & Cicero in oratione Roſciana eleganter tractat. Nam & pacis conſtituendæ rationem (inquit) & belli gerendi poteſtatem cum ſolus Imperator habeat, cum omnes in unum ſpectent, unus omnia gubernet, cum tot tantisq; negocijs diſtentus ſit ut reſpirare liberè non poſsit, mirum non eſſe ſi aliqua nõ aduertat: cum præſertim tam multi occupationem eius obſeruent, tempusq; aucupentur iniqua impetrandi. Quos certe importunos ſuggeſtores rex Ageſilaus exarmare uolens, ſi quid iniqui ab eo obrepereť, declarabat ſe dixiſſe illud, nõ promiſiſſe. Et quod à principe obreptio non ſit inſolita, fa. l. prædia. C. de loca. prædio. lib. xi. l. fi. C. de diuer. præd. l. fi. C. de fund. & ſalt. rei do. eod. lib. xi. cum multis ſim. In qua obrependi conſuetudine Cæſaris officiales, quos lex Cæſarianos nominat, non modicè notabiles eſſe uidentur, quod & Imperator prodidit in d. l. facultas. in fi. C. de iur. fiſc. lib. x. nempe Cæſarianos omnia temerare conſueuiſſe: quod ipſum ex d. l. prohibitum. ad fi. C. eo. tit. recte colligitur. Sic à Chryſogono aulico Sex. Roſcius oppreſſus, legatiq; Amerinorũ ne ad Imperatorẽ peruenirent, auerſi & impediti ſunt, ut eſt apud Cicer. in d. oratione Roſciana. Sic tempore Alex. Imperatoris aulici fumum uendere ſoliti fuere, ut eſt apud Spartianũ. Sic aulici ſcribæ quæſtoriũ magiſtratũ Romæ obuerterũt, ut eſt apud Plutarchum: ſi interim alias hiſtorias præteriero. Nunc in propoſito, cum dñs T. potens in aula Cęſaris, nempe Secretarius, & ſcribis alijsq; aulicis admodum familiaris fuerit, id quod & ipſe in actis ultro iactitauit: præſumi non ab re poterit, congeſtam illam mandatorũ ſyluam, non modica importunitate, ſuggeſtione & inſtantia à dicto dño T. & eius fautoribus eſſe extortam. Quæ tamen cum contra ueritatem & ſatis ineptè, ſine ratione aliqua contra inuictam rem iudicatam, contra propriam principis cõſtitutionem & contractũ ſint obrepta, id quod ſuprà ſatis tractauimus: iuris neceſsitate conſequens eſt, huiuſmodi
29 mandata nullius unq; fuiſſe uel roboris uel efficaciæ: & eatenus nihil ualere, ut nec plenitudo poteſtatis, nec certa ſcientia, ſed nec ulla clauſula eiſdem ſubuenire poterit, ſcilicet quod præſumptione iuris, & de iure eciderint, & euertantur: id quod ex uulgatis doctrinis Fel. in c. cũ olim. de re iud. per alios cõſultores adductis, ſatis cognoſciť. ad quod fa. quod eleganter Soc. conſuluit d. conſil. clxiiij. iij. col. ad fi. uerſ. ſed
30 ad iſta. ubi latè probat, quod clauſula, ex certa ſcientia, non operať, niſi ubi cũ cauſæ cognitione proceſſum eſt. allegat Innoc. c. i. de tranſact. cum concord. uel niſi in his de quibus principem præſumitur habere

noti-

notitiã, ſicut ſunt quę in iure cõſiſtunt, cum multis quę ibi allegant. pro quo & Alex. cõſuluit conſil. xxiij. iij. col. ad fi. allegat Bald. d. l. fi. ad fi. C. ſen. reſcin. nõ poſſ. Tandẽ quod omnia & ſingula mãdata quę ad eneruandã prędictã rem iudicatã, impetrata ſunt, nullius ſint roboris et momẽti, ipſa Cęſarea Maieſt. proprio teſtimonio cõprobat. Siquidem in tractatu cõcordię, de qua mox ſequenti dubio diſſeret, diuus Cæſar N. ſententiã & rem iudicatã dñi actoris bonã, efficacem & legitimã eſſe nõ uno loco cõfiteꝛ. Nã ſtatim ab initio dictę cõcordię narrat Cæſar ſe cõſenſiſſe, q̃d dñs actor in ſuo debito iuxta uim ſentẽtiæ ſuprà dictę cõ tentareꝛ, uulgò, Vnd den gemelten Ambroſi V. vmb ſolch ſein erlangt vrteil vñ recht zůuernügen bewilligt etc. Item poſtea, quod idem dominus actor, in ſatisfactionem dictæ ſententiæ, pro ſumma capitali & expenſa in negocio notariorum &c. mille florenos accipere debeat, uulgò, Alſo das er von den gefallen etc. für die obberürt ſein erlangt vrteil vnd recht/hauptgůts vnd koſten tuſent gulden Reyniſch innbehalten etc. adiecta nihilominus obligatione, quod ſi dño actori in huiuſmodi ſumma quicquam defecerit, ſeſe idipſum re poſiturum. Ex quibus non obſcurè relucere poteſt, primo quod diuus Cæſar omnia prędicta mãdata quę prædictã rem iudicatã dñi actoris antea caſſare uidebant, propria ſua profeſsione, & facto proprio reiecerit & annihilauerit, maleq; obrepta fuiſſe liquidò teſtatus ſit. Cum em̃ Cæſar prædictã rem iudicatã, firmã & ualidã reputauerit, certe oĩa mãdata quæ cõtra eandem emanarũt, nulla eſſe cõfiteri intelligit. arg. ab oppoſitis. l. Pomponius. §. ſed & is. de procur. gl. in l. ſi negocia. de neg. geſt. fa. l. ſi de eo. §. domũ. uerſ. nam retro. de acquir. poſſ. Nec obſtat mandatũ Bruchſelleũ, quod ſub Cæſaris titulo XXVI. Iulij. anno &c. XII. ſuprà dicto, poſt dictam concordiã emiſſum dicit, in quo dicta ſententia & res iudicata rurſus caſſant & annullant &c. quia tale mandatum, ſicut & alia, euidenti obreptionis uitio ſubiacere perſpicitur. Quis enim crederet principem integerrimũ tam ridicule incõſtantem fuiſſe, ut ſententiã & rem iudicatam domini actoris ſæpe dictam, quam uixdum duobus antè elapſis menſibus, Treueri pro ualida acceptauerat, rurſus caſſare & annullare, & quod paulò ante laudauit, mox improbare uoluerit: id q̃d de Cœleſtino Papa refert, ut tradidit Bald. conſil. cclxxix. iij. part. per not. in c. i. de renun. lib. vi. Vnde eam incõſtantiã diuo Cæſari nõ credo imputandã, ſed aut dño Ioan. T. aut ſuis fautoribus: qui cum diffiderent cõcordiæ (id quod ſtatim in ſequenti dubio demonſtrabitur) & res iudicata quæ notoriã ueritatem continet, eos offenderet, ad hanc nouiſsimã cautelam deueniſſe præſumuntur, ut iſthac obreptione, dicta res iudicata Cæſaris iuſſu iterũ caſſaretur, cautiunculis huiuſmodi pluſcq; nimijs ius dñi actoris ſupplodere, & ſua deſideria uelut perurgẽdo ſtatuere conati. Sed, ut ait propheta, defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Tantũ enim abeſt ut dñs Ioan. T. per

huiuſmodi cautiunculas quicquam cõmodi cõſequi potuerit, ut etiam iniuſtitiam ſuam (ne dicam fraudis texturam ſatis probabilem) pro-
31 diderit. Quanto enim plus cautelæ in re ſuſpecta additur, tanto maior uel dolus uel fraus arguitur, ut dicit Bal. conſil. cccxlvi. iij. part. ad fi. Taceo quod pleraq; in dicto mandato narrãtur uel inepta, uel nõ uera. Nam in fine dicit, partes per huiuſmodi mandatũ totaliter eſſe unitas & cõpoſitas: item quod quælibet pars ſuas ferat expenſas &c. & tamẽ dñs actor nec præſens erat, nec ad rem uocatus. Taceo quod ibidem continetur, Cæſarem ex plenitudine poteſtatis &c. ad caſſationem dictæ rei iudicatæ quaſi decernendo proceſsiſſe, & nominabat tamen eas literas cõpoſitionem ſeu tranſactionem. Iſthæc inſolita, iſthæc nõ fundata, quis non fraudis ſuſpicioni, nedum obreptioni ſubijceret?
32 Per manus enim traditur, cautelis inſolitis fraudis ſuſpicionem apparere. Bald. Ang. Paul. poſt gl. in l. quæ ſub conditione. in fi. de condi. iuſti. Bar. l. i. C. de paſc. publ. lib. xi. Paul. de Caſt. cõſil. cclxxviij. fa. l. hi. §. ſi cum lis. de tranſact. cum ſim. Tandem dato per impoſsibile, quod ſuprà dicta fundamẽta cõtra mãdatorũ huiuſmodi obreptionẽ nõ pugnarẽt, quæ tamẽ ualde pugnãt, inuenio tamen in actis literas à principibus & alijs Imperij Rom. legationibus ex cõuentu ſeu cõſeſſu Auguſtẽ. ad dños iudicẽ & aſſeſſores Camerę Imperij ſcriptas, in quibus cauet quod diuus N. à proceribus & legatis dicti Imperij interpellatus cõſenſerit & promiſerit, quod dñs actor per mãdata & proceſſus cõtra eum fulminatos & emiſſos, in ſua re iudicata nõ impediri, ſed huiuſmodi mãdata caſſa & inefficacia eſſe debeãt: & quod dictus dñs iudex cũ ſuis aſſeſſoribus, rem iudicatã actoris iuxta iuris ordinẽ exequi poſſit, nullo Cęſaris impedimẽto obſtãte &c. qua Cęſaris promiſſione & iuſſu, factũ eſt ut oĩa pœnalia mãdata, proceſſus & caſſationes quæ cõtra eandẽ rem iudicatã emanatæ erãt, irritarent: quod decretũ & rationabile erat & iuſtiſſimũ, habuitq; uim legis & quaſi pragmaticę ſanctionis, propterea quod cũ proceribus Imperij cõcluſum ſit: nec poterat ius dñi actoris euidentiori argumento ſtabiliri, q̃ ſuo Cæſaris uel
33 iuſſu uel facto. Nulla em̃ probatio fortior eſt, q̃ quę propria cõfeſſione producit, ut dicit Inno. in c. propoſuiſti. de for. cõpe. Bal. in rub. C. de prob. & fa. l. Paulus. ff. rem rat. hab. cũ ſi. Per prędicta putamus liquidò patére, quo ad hoc primũ dubiũ, quod mãdata quæ ſuggerẽte dño Ioan. T. à Cæſ. Maieſt. obrepta & obtẽta fuiſſe crediderint, quibuſcunq; tandẽ clauſulis extorta ſint, dño actori in ſua re iudicata non noceant.

Deueniẽdo nũc ad ſecundũ dubiũ, in quo quęrit, cũ per mãdata ſub diui principis titulo emiſſa, res iudicata dñi actoris ſuſtolli nõ potuerit, an certe per concordiæ tractatũ, de qua ſuprà in caſus poſitione, dñs a-
34 ctor renũciaſſe intelligat. Et poſſet uideri quod ſic: nã qui iuribus ſuis cedit, is renũciare cenſet, l. Papinianus. §. meminiſſe. in uerſ. cæterũ. de inoff.

inoff.teſt.arg.in l.poſtq̃.C.de pact.l.deſtitiſſe.ff.de iud.cũ ſim.Sed in cõcordia diui Cęſaris cautũ eſt,q̃d dñs actor iuribus cedere debeat,cui cõcordiæ dñs actor ſubſcripſit manu ſua,& ſe in eã rem literas reuerſales dediſſe cõfeſſus eſt: at ſubſcribens, ſe in oĩa illa obligat quibus ſubſcripſit. l.emptor.§.Lucius.ibi Bart. de pac.l.ſi quis ſtipula.§.Chryſogonus.ibi Alex.et Doct.de uerb.obli.fa.l. fi.ibi Bal.C.plus ualere.cũ ſim.Et nõ uideť dñs actor adiuuari poſſe,q̃d literę reuerſales nõ extãt. per Auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.cũ de tenore diſpoſitionis aliũde per tractatũ cõcordiæ cõſtet:qui eñ certus &c̃.l.i.in fi.de act.emp.l.i. in fi.de dot.pręleg.cũ ſim.Et q̃uis in cõcordia nõ ſit expreſsũ q̃d actor renũciauerit,ſed q̃d renũciare debeat,arg.gl. in l.in euẽtis. C.de cõtr. emp.hoc tamen uideť actori nõ poſſe proficere:quia paria ſunt,aliquẽ de præſenti eſſe obligatũ,aut promiſiſſe q̃d obligari debeat,ut not.tra didit Ioan.And.in addit.ad Spec.in rub.de act.& oblig. & facit not. tex.in l.ex ea parte.de uerb.obli.Et tandẽ obĳci poteſt,q̃d dñs actor in actis plus ſemel aſſeruit,ſeſe iuribus ſuis renũciaſſe:quę cõfeſſio in eius prędiciũ ſufficit.l.proinde.ad l.Aquil.l.Publia.§. fi.depoſ.cũ uulg.

Sed præmiſsis nõ obſtãtibus, ſicuti in ueritate nõ obſtãt, dico ueritatẽ eſſe in cõtrariũ:unde pro reſolutione huius dubĳ tres pono cõcluſiones.Prima.Ex dictis literis cõcordię in actis productis,&ex ſubſcriptione ſubſecuta,apparere nõ poteſt q̃d dñs actor iuribus ſuis renũciauerit.Secũda.Si etiã de aliqua renũciatione appareret, iſta tamen non niſi ad expreſſam cõditionẽ ſuſpenſa, & deficiente cõditione, in irritũ reducta eſſet. Tertia.Dato q̃d de pura aliqua renũciatione appareret, ea tamẽ per metũ impreſsiorem facta, dño actori nõ noceret.Has tres cõcluſiões per ordinẽ fundabimus. Et ſanè ueritas primæ cõcluſionis ex eo patet.Nam certũ eſt q̃d in literis cõcordię una tantũmodo perſona,nempe diuus Cæſar loquiť.In tota eñ ſerie ſolũ per Cæſareã Maieſt. narrať,quid fieri per actorẽ debeat, re exiſtẽte q̃d dñs actor ne uerbo quidẽ idipſum in dicta cõcordia cõfeſſus fuerit,aut ſeſe obligauerit, id q̃d ex cõcordię literis euidẽter cognoſciť. Vnde dicit Bal.cõſil.cccc xv.i.par.quod cõceptus ab una parte,interpretationẽ nullam habeat, nec aliquã efficaciã.alleg.l.ſi repetẽdi.C.de cõdi. ob cauſ. melius facit l.i.ff.de pact.cũ diciť,pactũ eſſe duorũ uel pluriũ cõſenſum.Alex. laſ. et moderni in rub.ff.de uerb.oblig.dum differentiã ponũt inter pactũ & pollicitationẽ. Nec obſtat q̃d ex aduerſo prętendiť, dñm actorem dictę concordiæ ſubſcripſiſſe &c̃.Credo eñ probabiliter,q̃d talis ſubſcriptio ei nec noceat,nec obliget:ſiquidẽ ex ea ſubſcriptione nulla colligi poteſt rei iudicatæ ceſsio, quę per dñm actorem facta ſit.Nam per uerba generalia,ambigua &incerta ibi narratur,quod dominus actor Cæſareæ Maieſtati reuerſales eandem materiã in ſubſtantia cõtinentes in cõmuni forma dederit &c̃. Verba in uulgari ſic ſonãt, Gegen der Römiſch Keyſerlichen verſchribung diſer copy etc. hab ich Ambroſius V. der Keyſerli-

chen Maieſt. vnder her Niclas A. ſigel/ein reuerß gleichmeynung in der ſubſtantz inhal
tende/in gemeiner form gegeben etc. Hæc uerba ſi diligenter expendant, ambigua eſſe & generalia, quæ plures poſſunt recipere ſenſus, nemo eſt qui inficiari poſſit. Quod enim ſcribitur, reuerſales parem materiam in ſubſtantia cõtinentes in cõmuni forma datas eſſe, uulgò, gleichmeynung in der ſubſtantz etc. nullam renunciationem arguit, cum in concordia non pateat nec materia aliqua, nec ſubſtantia, quæ iuſtam, perfectã & legitimam renunciationem, aut ceſsionem iurium induxerit. fa. l. iij. in fi. ibi, ſi parte aliqua &c̃. C. de ſent. quę ſine cer. quan. profer. Item cum dicitur, in cõmuni forma &c̃. planè incertum eſt quæ iſthæc forma reuerſaliũ fuerit: cõmune enim hic pro generali ponitur, ut aliàs in c. ex
39 literis. de ſpõſa. c. pia. §. i. ibi Archi. de except. lib. vi. At quod generale eſt, ad plura extenditur. arg. l. cum incertus. de leg. i. l. legato. eo. tit. cũ uulg. Vnde iſta cõmunis forma, aliũ & aliũ modum cõplecti potuit,
40 cum uarię ſint ceſsionũ formæ, id quod cognitũ eſt. Nam & aliquãdo ſub cõditione, aliquando ſub modo, aliquando ad tempus, aliquando ob cauſam renunciatur. Cum igitur dicta ſubſcriptio plures ſenſus in ſe complectitur, neceſſariò relinquitur, quod ex eadem certa & abſoluta renunciatio colligi non poſsit: nam quod multiplex eſt, eius ueritas cognoſci nõ poteſt, ut dicit Boëtius in Topicis. quod & apud logicos uulgatum eſt. & dicit Bal. conſil. cccxv. i. part. quod multiplex intellectus poſsibilis, meritò obſcuritatem pariat: quoniam ab intellectu agente nõ illuminatur quod ſubtile eſt, nempe ex philoſophorũ doctrina deſumptum. Item quia non eſt ueriſimile, quod dominus actor ſuæ rei iudicatæ, quam tot laboribus, fatigationibus & expenſis obtinuit, tam facile renũciaret. c. ſuper hoc. de renũc. ubi eſt tex. ad hoc elegans. fa. c. quia ueriſimile. de prę ſump. & eſt arg. opt. in l. ſi quãdo. poſt
41 prin. C. de inoff. teſt. Quapropter ambigua illa ſubſcriptio ita in gene re facta, certæ renunciationis effectum habere nõ potuit. fa. l. ſed & ſi. §. quęſitũ. ſi quis caut. Addimus, quod nõ prę ſumat in generalibus uerbis includi, quod quis ſpecialiter nõ erat facile facturus. l. obligatione. ff. de pig. Bart. in l. Seio. §. medico. de ann. leg. gl. cum concord. in d.
42 l. ſi quãdo. de inoff. teſt. Nemo enim quod ſuum eſt iactare præſumit. per iura uulgata. l. cum de indebito. cum ſimil. Et cum iure tradatur, ea
43 quæ notabilis ſunt præiudicij, exprimi ſub certitudine debere: & niſi expreſſa ſint, haberi pro omiſsis. l. item apud Labeonẽ. §. hoc edictũ. ad ſi. ff. de iniur. l. ſi quis mihi bona. §. ſed utrum. de acquir. hær. cum concord. per gl. in d. §. hoc edictum. conſequens, eſt quod per tacitos & ſubauditos intellectus, ea renunciatio nõ colligatur. fa. gl. c. cupientes. §. quod ſi per uiginti. de elect. in vi. gl. in Authen. quas actiones. ibi Bal. C. de ſacroſanct. eccl. fa. qua traduntur per Innoc. in Cle. conſtitutionem. de elect. gl. not. in c. inquiſitores. de hęret. lib. vi. Ioan. And. in

c. quia

c. quia periculosum. de sent. excõm. Nec enim expressa propriè loquendo dici possunt, quæ ex quadam uerborum consequentia, quæ uel esse uel non esse potest, colligunt. Abb. in c. ad aures. de rescript. gl. in c. humanũ genus. i. distin. Accedat doctrina uulgata qua dicitur, non probari hoc esse, quod contingit ab eo abesse. gl. in l. neq; natales. C. de probat. Ioan. And. in c. in præsentia. eod. tit. cum uulg. Quod enim uerbum nõ sonat, certe nec sentit, quia uirtus sermonis ad hoc se non porrigit, ut dicit Bal. quodam cõsil. alleg. l. si de certa. C. de transact. Ex præmissis indubitatè constat, quod per generalem & ambiguam illam subscriptionem domini actoris, certa renũciatio iuriũ suorum non probatur. & hæc unica ratio mihi sufficere uidetur. Nec quicquam obstat quod dicta subscriptio ad literas quasdam reuersales sese refert, ut ita prętendi posset, rem relatam contineri in re referente, per ea quæ traduntur in l. ait prætor. §. fi. & ibi diximus, de re iudi. quia postquam de literis reuersalibus in actis non liquet, nec ostensæ sunt, unde ista relatio nihil certi operatur, imò inuanum recidit. d. Authen. si quis in aliquo. C. de eden. Et certe si quis uerba subscriptionis in eorũ uirtute subtiliter expendat, potius ostendunt nullã, cũ aliquam factam esse renũciationem, ut loquar uerbis Iurisconsulti in l. Titia. §. fi. de manu. test. maxime quod assertæ literæ reuersales non extant. 44

Accipio secundam conclusionem dicti secundi dubij, nempe, quod si etiam appareret de aliqua renunciatione per literas concordię, ista tamen renunciatio ad conditionem expressam fuit suspensa, quæ & defectu eiusdem conditionis cecidit. Ista conclusio ex ipsis concordiæ literis manifestè patet. Nam cum Imperator N. principio confiteatur se consensisse, quod uelit dñm Ambrosium pro sua re iudicata cõtentum reddere, & eundem dominũ actorem in cõmissariũ cum alijs certis in negocio notariorum deputasset, data facultate dño actori, ut mille florenos pro summa debiti sui & expensis, ex ipso notariorũ negocio acciperet &c. mox subsequitur, dñm actorẽ insuper, id est, eo facto, suis iuribus renunciare debere &c. per huiusmodi uerba, Vñ er sich yetz daruff der bestimpten erlangten vrteil vñ recht/ouch aller anforderung gentzlich verzeihen etc. Quibus uerbis aperte patet, dictam conuentionem renunciationis fiendæ, totam ad conditionem esse suspensam: ut sic mens contrahentium fuerit, quod postquam dominus actor de mille florenis, siue à negocio notariorum, siue à Cæsare exolutus foret, iam tunc renunciatio facta esse intelligitur. Habent enim hęc uerba, yetz daruff verzeihen / sensum hypotheticum & suppositititiũ: id est, suppositа ea solutione quam Cæsar promisit, ex tunc uigorẽ sortiatur renũciatio. Ea enim uerba, yetz daruff/ id est, iam deinde, uel iam tunc, uel iam exinde, ad futurũ euentum respiciunt. per tex. not. in l. nec emptio. in prin. ibi, ut cũ æditus esset paratus iam tunc &c. ff. de contra. emp. fa. quod dictio, tunc, extremitatem 45

temporis importat. l. si is. in fi. cum concord. per gl. de condit. & demon. Idem si intelligas, iam postquam: nam & ea uerba conditionē habent cum tractu ad repetitam diem, ut satis colligitur ex Bart. in l. quibus diebus. §. fi. ij. col. de cōd. & demō. Ea igit̄ uerba, yetz daruff verzeihen
46 sub repetita die conditionem significant. Siquidem & dictio, iam, pro natura adiuncti, ad futurum respicit. Bar. l. i. §. i. de op. no. nun. Cum itaq; dicta conuentio in conditionem suspensa sit, non poterat ex ea inferri ulla absoluta renunciatio. Instit. de uerb. oblig. §. ex conditionali. cum simil. uulg. At uero quia dñs actor, sicut in actis relatum est, nec ex negocio Notariorum, nec à Cęsare de summa mille florenorum est exolutus, iam indubitato iure consequens est conditionem defecisse, atq; adeò nullam unquam factam esse renunciationem, eoq; nomine nec subscriptionis sequela dominū actorē amplius obligare poterat, quem nec obligabat principalis obligatio. fa. quę tradit Decius consil. lxxxvi. col. iiij. uers. cessante causa. Et hæc est ueritas in toto negocio. Nec ferendus est quisquam qui aperta uerba dictæ conuentionis cauillari, & ab hoc uero & legitimo sensu abflectere pergeret, cum is intellectus sit omnino uerisimilior, & propemodum necessarius. l. quicquid adstringendę. ibi, nec rursus. de uerb. oblig. Quis enim crederet quod dominus actor ad solam incertā & macram illam spem (ut uerbis Persianis utar) consequendi debiti, mox purè & simpliciter renunciasset, & pro suo certo indubitatoq; iure rei iudicatę, quod tantis laborib. et expensis obtinuerat, incertam & fallacem aleam futuri euentus suscepisset? hoc enim cōtra rationem & cōmunem hominū sensum pugna
47 ret. Vulgò enim dicitur, teneri debere certum, & relinqui incertum. l. à diuo. §. sed & illud. de re iud. Is igitur intellectus qui & magis habilis, contractui conuenientior, & naturæ negocij accōmodatior, addo & cōmuni rationi & existimationi conformior, meritò est præferendus. l. Titius. de consti. pec. l. semper in dubijs. de reg. iur. l. quoties idem
48 sermo. ubi est expressum. & l. in obscuris. eo. tit. ubi dicitur, in obscuris inspici quod uerisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet. fa. l. ea. §. i. l. semper in contractibus. eod. tit. Et dicit Bal. in tit. de pac. Constan. in uers. promittendo. omnem intellectum qui non consonat auribus uulgi, esse impertinentem. allegat c. ex literis. de sponsa. Et dicit Alex. consil. cxxv. v. part. in cōtractibus eam fieri debere interpretationem, ex qua non sequatur absurdum. Nam ualidum est argumentū per deductionem ad absurdum. Imo. Franc. Aret. in l. si sic stipulatus. ij. post prin. de uerb. obli. fa. l. scire oportet. §. aliud. de excus. tut. l. nam absurdum. de op. lib. Et per prædicta concludo, quod si etiam aliqua appareret renunciatio, ea tamen non nisi ad conditionē suspensa, & deficiente cōditione, in irritum cecidisse existimanda esset. Nec obstat prædictis, quod dominus actor in actis asseruisse & confessus esse dicitur,

quod

quod renunciauerit: quia ea confeſsio nõ eſt aliter intelligenda, quàm ſecundum naturam cõuentionis præambulæ, ac ſi dixiſſet, fateor me renunciaſſe eo pacto quo ſonat conuentio. ſa. elegans doctrina Bar. in l. de ætate. v. col. uerſ. ſed quid ſi ſimpliciter. de mino. & idẽ in l. i. poſt prin. ff. de op. no. nun. Et uulgò traditur, ab his quæ præambula ſunt, ea formari quæ poſtea eueniunt. l. i. ad fin. C. de impo. lucr. deſcript. lib. x. Vnde in huiuſmodi confeſsione conditio quæ dictæ conuentioni inerat, ſemper repetita intelligit̃. Quomodo enim tam improuidus eſſet dominus actor uir prudens, qui ſimplicem renunciationem confiteretur, quę erat ad conditionem ſuſpenſa, contra omnem & rationis & iuris præſumptionem? l. ſi ita ſtipulatus fuero decem. & ibi Doct. de uerb. oblig. Quod ſi conſtaret, ſicuti nõ conſtat, renũciationem ſimpliciter eſſe cõfeſſam: error tamen foret & quidem notorius, & ſic non noceret domino actori ea confeſsio, cum error ex actis & ex ipſa conuentione appareat. Errans enim nõ confiteť. l. nihil conſenſui. §. fi. de reg. iur. l. ſi quis per errorem. de iur. om. iud. & ſa. Spec. in tit. de confeſſo. §. ſequitur. uerſ. iij. Et per prædicta ſatis patet reſponſio ad argumenta ſuprà à principio huius cõcluſionis facta. Nam dominus actor nec renũciauit purè, nec cum ullo effectu ſubſcripſit, aut ſe ad renunciandum obligauit aliter quàm ſuprà deductum eſt. 49

Tertia concluſio dicti ſecundi dubĩj eſt. Dato enim quod dominus actor ſimpliciter renũciaſſet, talis tamen renunciatio tanquam per metum facta, foret inualida. In hac concluſione me non extendo, cum per alios quoſdam dominos conſultores eam in rem copioſe ſit conſultũ, qui ſufficienter euicerunt, dominũ actorem ad ineundam concordiam tali metu fuiſſe adactum, qui in cõſtantem uirum cadere potuit, eumq; metum duraſſe quandiu diuus Cæſar uixit. Nec eſſe purgatum ex eo, quod is dominus actor examini Notariorũ fuit deputatus: quæ conſulta tanquam fundata & iuri conſona approbo, & ad iura ad hoc allegata me refero. Quibus addo, ut euidentior metus appareat, ex actis propria confeſsione domini rei apparere, quod diuus Cæſar dñm actorem non ante à banno abſoluit, quàm dicta acceptaretur concordia: qua conuenta, tunc demum dominũ actorem fuiſſe abſolutum: & ſic timor banni, qui eſt timor mortis, arg. l. actione. §. publicatione. ff. pro ſoc. gl. Cle. ne Romani. de elect. in limine concordiæ tanquam imminenter minabunda, & dura impreſsione urgens, dictam peperit concordiam. quæ tamen non dicimus, quod diuus Cæſar ita metuendus fuerit, ſi apud aulicos omnia fuiſſent integra. Vnde minax & territans iſta mandatorum congeries, arte et opera domini Ioan. T. uel ſuorum fautorum qui in aula potentes erant, hunc metum peperiſſe dicitur. ad quæ faciunt ea quæ eleganter traduntur per Bar. Iaſ. & alios in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. de op. no. nun. & quæ Bal. conſil. cxxxvij. 50

iij. part. dum dicit, duriſsimū uideri in offenſam incidere officialium. Vnde dicebat in apophthegmatis Plutarchus, tolerabiliorem eſſe rei pub. ſtatū in malo principe, quàm ubi boni principis mali eſſent amici: ſcilicet unius iniquitatē reponere facilius ſit, quàm pluriū uitia coërcere. Cum igitur ſuggeſtione, ut præſumitur, domini Ioan. T. & ſuorum fautorum, banni contumelia domino actori procurata fuerit, certe is deinceps parē timere poterat ſæuitiam, potius quàm ullam ſperare ſecuritatem. Innoc. d. c. ſuper hoc. de renun. Ang. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. de ui pub. Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. xiij. q. de offic. proconſul. Et uſqueadeò pro metu ſemel impreſſo etiam in futurum præſumitur, ut plus credatur duobus teſtibus ſuper metu deponentibus, quàm centum alijs qui uoluntariū factum probare contenderent. Ea enim uel perſona uel cauſa durante, quæ metum ab initio induxerat, nihil uoluntarium fieri præſumitur: ſicuti hæc & alia Bal. in dicto eleganti conſil. Schiſmatis. ix. col. in uerſ. in contrarium. & ibi Barb. in apoſtill. eleganter proſequit. Cedendum igitur tempori fuit, & imminentis metus periculum per concordiæ tractatum declinandum, ne reſiſtendo potentię eorum qui dictum tractatum ſuggeſsiſſe creduntur, in maiora actor incidiſſet pericula. Qui enim reſiſtere uelit potētibus, brachia tenderet contra flumina, ut Satyricus ait, uel contra ictum fulminis conaretur, ut eſt Eccleſiaſtici iiij. c. Quod ſi quis obijciat, dominum actorem cauſam huic timori dediſſe qui ex banno proceſsiſſe dicitur, in eo quod iuſſis & mandatis Cæſaris nō obediuit. Citatus enim Auguſtam ad curiam Cæſaris, legitimè non comparuit, ut qui occultè ſine licentia ceſſerit, ſicuti hæc & alia per dominū Ioan. T. in ſuis replicis, duplicis, & alijs productis latius ſunt deducta. Maiori enim & in primis Cæſari obediendum eſſe. c. qui reſiſtit. x. q. iij. l. contra pupillum. §. is qui ad maius. de re iud. Bal. l. ſenatus. de accuſa. Bart. l. ij. §. fi. de cuſtod. reo. Sibi igitur & contumaciæ ſuæ imputari dominū actorem, qui in bannū inciderit, nec metum ullum cauſari oportere. quod & Bart. tradit in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori &c̄. Sed reſpondeo, hoc nō obſtare. Dominus enim actor mādatis pœnalibus, & item aſſerto iudicio quod Auguſtæ in curia Cæſaris uſurpabatur, obedire non tenebatur, ex multis rationibus quæ adferri poſſent, ſi hoc conſilium non alioqui protenderetur. Nam primo dominus actor à ſua re iudicata, ſub ipſo Cæſaris nomine & titulo in Camera Imperij tantis laboribus obtento, propter mandata pœnalia quæ ſuprà docuimus fuiſſe obrepta, & contra ordinationem & contractum Cæſaris iniuſte extorta, recedere nō cogebatur. arg. d. l. fi. C. ut lit. pen. d. l. fi. C. ſent. reſcin. non poſſe. Accedat quod nec princeps dño actori ius quæſitū auferre potuerit, ut ſuprà in primo dubio probauimus. Hoc etiam uero exiſtente, quod ille ipſe Cæſar in ſuprà dicta concordia præfatam

rem

rem iudicatam ualidam & efficacem esse confessus sit, sicuti & idipsum suprà deductum est. Quibus consequens est, quod dominus actor inhærendo suis iuribus non deliquerit: natura enim docente, se & sua defendere obligatus erat. d. l. ut uim. fa. c. quia per ambitiones. ad fi. dist. lxiiij. ubi gl. hos uersus ponit: Cuilibet est homini licitũ sua iura tueri, 52
Quodq; resisto tibi, nõ potes inde queri. cum cõcord. ibi allegatis. Vnde puniri actor eo nomine ne minima quidem pœna uel debuit uel potuit: quia nemo innocens puniendus est. l. absentẽ. de pœn. fa. in arg. 53
ea quæ traduntur per Bar. in l. Seius & Augerius. ad l. fal. & dicit Bal. in l. i. C. de indict. uid. toll. pœnam in permissis nõ esse receptam. Quapropter & is ipse actor nec ad ullius pœnæ declarationem iuste citari poterat, maxime per consiliarios Cæsaris, qui in hac causa notoriè nõ erant iudices competentes, id quod dicta ordinatio & contractus Cæsaris inuictè docent. Denicq; tota ea citatio qua ad assertæ pœnæ declarationem actor citabatur, contra cõmunem stylum & contra manifestum ius emissa fuit. Nam citabatur dominus actor ad XVIII. diem Aprilis, ut satisfaceret dño Ioanni T. de asserta portione pœnæ, & ut nihilominus eadem die Cęsari, ubicũq; esset, declararet se paruisse &c. sicuti latius in dicta citatione cõtinetur quę in actis est inserta: qui duo actus incompatibiles erant, & simul uerificari una & eadem die nõ poterant. Cum enim tota dies cedat citato, Bart. l. qui ante. de uerb. obli. quomodo una & eadem die dñs actor pœnam (etiam si ad eam obligatus fuisset) domino Ioan. T. soluere, & nihilominus coram Cæsare, ubicunq; is esset, docere poterat se paruisse? Certe cõcursus huiusmodi nõ solum absurdi sunt, iuriq; & rationi repugnant, sed etiam sunt propemodum impossibiles. arg. l. ij. in fin. & ibi Bart. de in ius uoc. Sic & aliàs nemo uno momento in aliquod debitum & simul in moram po- 54
test incidere. Bar. l. quoties. de uerb. oblig. Addimus, eam citationem 55
non solum contra ius, ut iam suprà allegaui, sed etiam contra notissimum stylum curiarũ & consistoriorũ emanatã, & propterea omnino nullam fuisse & inefficacem. Bald. l. de quibus. uers. item quæritur. ff. de ll. atq; adeò actor parére nõ tenebatur. Ex quibus apparet, quod dominus actor à ciuitate Augusta iure & meritò sine licentia recessit. Accedat ad omnia, quod illo eodem Cæsar proceribus & legatis Imperij promiserat, sese dñm actorem in sua re iudicata, iuribusq; obtentis, impedire non uelle, quod etiam suprà in primo dubio attigimus. Quapropter si etiam consiliarij Cæsaris in eo negocio iudices fuissent (cuius tamen cõtrarium probauimus) ex memorata tamen Cæsaris promissione, iudiciũ eorum eo loci cessauerat. arg. l. est receptum. de iudi.
Quid aliud igitur quàm domũ redire dominus actor debebat? Suprà 56
enim diximus, id quod iure permittẽte fiat, pœnam non mereri. l. quidam cum filium. de uerb. oblig. cum iuribus suprà allegatis. Denique

nec mandatis pœnalibus ſub nomine diui Cæſaris contra eius conſtitutionem & contractum, & contra iuſtitiam obreptis, obedire teneba
57 tur. Irrita enim & inualida ſunt, quæ ex radice morbida ſumunt ſtatus originem. xvi. q. iij. c. ſi ſacerdotes. i. q. i. c. principatus. c. dudum. de elect. Accedant quæ ſuprà in primo dubio diximus, Cęſaris poteſtatẽ, niſi iuſta ſit, nõ urgere, ſcilicet quę obreptione circunuenta ſit. l. filius. de condi. inſti. c. faciat. xxj. q. iij. addo Bal. conſil. lvij. pen. col. i. parte. qui allegat l. cum pater. §. Titia. de leg. ij. Nec enim iuſsiſſe intelligitur Cæſar, quod iuſsit circunuentus. tex. not. in d. c. cum olim. de re iudi. fa. c. ſi quando. de reſcript. c. cum teneamur. de præben. Bart. d. l. prohibitum. C. de iure fiſc. fa. gl. in l. non uidetur. §. qui iuſſu. de regu. iur. Innoc. c. ad aures. de temp. ord. Bald. l. filiusfa. §. diui. de leg. i. Abb. d. c. ſi quando. Ex præmiſsis ſatis apparet, dñm actorem impreſsioni & timori quibus premebatur, nullam dediſſe uel cauſam uel occaſionem. Tametſi enim neceſsitate iuris ſui ductus nõ paruerit, nõ tamen ideo ſequitur, quod Cæſaream Maieſt. contempſerit. Aliud enim eſt
58 nõ parere, aliud contemnere. gl. c. quis autem. x. diſt. & not. in c. metropolitanũ. ij. q. vij. gl. in d. c. quia per ambitiones. lxiij. diſt. Archi. in d. c. nullus. lv. diſt. cum ſimil. De iniquitate uero banni plura differere quid attinet, cum ex prima literarum figura, eius iniuſtitia appareat. Si enim hic præteriero, quod à iudicibus non competentibus, item ex citatione ruinoſa & inualida, porrò & contra diui Cæſaris promiſsionẽ exierit, quæ omnia ſuprà probauimus: hoc tamen ſatis abſurdum eſt, quod dictum bannum inſueta & contumelioſa uerborũ inculcatione, imò exaggeratione, reſperſum eſſe inuenitur: & quod ſub nomine & titulo Cæſaris, duriter & inhumanè permittitur & iubetur, dñm actorem rapi, & in aduerſarij manus præſentari. Si enim taceo quod hoc cõtra ſtylum notiſsimũ, in huiuſmodi proceſſibus obſeruari ſolitum, pugnat, attamen omnino tale eſt, quod nec natura nec ratio ferre potest. arg. eorum quæ per Doct. tradũtur. in c. quintauall. de iureiur. & fa. l. propter litem. ff. de excuſ. tut. Bal. conſil. ccccxxxviij. i. par. Ex quibus certe manifeſte colligitur, huiuſmodi banni fulmina uel non decreta eſſe à Cæſarea Maieſt. uel ab eo per iniquam obreptionem extorta. Quis enim crederet clementiſsimũ principem, contra dñm actorem, uirum ſenem, doctum et probum, in dignioribus uerſatum officijs, & qui nihil aliud quàm uia iuris proceſſerat, ſuaq; iura, ſuam rem iudicatam tueretur, tam inſueto rigore, tam contumelioſis uerbis, addo & contra cõmunem ſtylum effrenari, præcipue cum & ſtylo non obſer-
59 uato nihil agatur, & ex inſolitis iſtis exaggerationibus, inimici animi ſuſpicio iure præſumatur? De ſtylo non ſeruato fa. c. quàm graui. de crimi. fal. l. ſacri affatus. C. de diuerſ. reſcript. cum ſuprà allegatis.

De inuidiæ præſumptione multa poſſent colligi. Nam canon dicit,

uerba

uerba inimici ſanguini inſidiari. c. qui ambulat. q. v. Prouerbiorum xxxvi. Labijs ſuis intelligi inimicū. Et alibi: Malitiam inimici in cōſilio reuelari. Et dicit ius, infauſtas eſſe uoces inimici. l. ſi inimicitiæ. ad ſi. ff. de his qui ut indig. fa. c. item cum quis. in fin. de reſtit. ſpol. in q. v. c. nulli. §. quod uero. c. quod ſuſpecti. in prin. in i. reſpon. l. i. §. præterea de queſt. l. i. C. ſi propter inimi. crea. lib. x. De inſolitis uero clauſulis quod fraudem arguant, ſuprà in primo dubio probauimus, & addo Philipp. Corn. conſil. xli. ij. part. facit in arg. d. l. ſi negocia. ff. nego. geſt. l. ſi pignora. in fi. ff. de euict. cum ſim. Quæ cum ita ſint, & ſatis iam pateat fulmina banni cōtra dñm actorem & nimis iniuſtè, & cum non modica inhumanitate à Cęſare circunuento emanaſſe, certè conſequens eſt dominū actorem etiam ſi quicquam renūciaſſet, uehementer metu attonitū feciſſe. Nam etſi Cæſar ſuæ rectitudini & integritati relictus, timeri non debuit, per ea quæ Bald. dicit. in l. i. C. de his qui propter met. nō appella. 'obrepentiū tamen importunitate qua circunuentus eſſe non dubitat', eorumq; potentia, iuſtus adeſſe metus potuit. Cum homine enim potente non eſſe litigandum, Salomon iubet, Eccleſ. vij. ne fortè in manū illius incidatur. fa. gl. in bon. Cle. i. ſuper uerbo, metuebant. de cler. Innoc. in c. cum nobis. in uerb. nullo. eo. tit.

Quod autem is metus tandiu duraſſe præſumendus ſit, donec Cæſarea Maieſt. in uita erat, eosq; aulicos habuit qui domino actori antè nocuerunt, ſatis patet ex Doct. in l. penult. & ibi diffuſe laſ. poſt alios in quarta limitat. ubi dicta Doctorum egregie colligit. ff. de cond. ob turp. cau. Sed quia is articulus per alios dños conſultores plenè diſcuſſus eſt, latius extendi non erat neceſſe, unde ad eorum dicta me refero.

Sed obijci fortiter poſſet cōtra dñm actorem, quod excuſatio dicti timoris ei ſuffragari nō poſſit, cum de metu nunq; fuerit proteſtatum: eam enim proteſtationem fuiſſe neceſſariā. per d. l. ij. C. de his qui propter met. nō appell. c. fi. de appell. id quod & Alex. tenuit conſil. cxlvi. col. fi. v. par. qui alleg. Bal. in d. cōſil. ſchiſmatis. uerſ. ſed in cōtrarium. xi. col. mihi. per l. i. §. ſin autem. C. de caduc. tollen. l. quibus diebus. in princ. Bart. in ult. not. ff. de cond. & demonſtr. & per alia. Sed certe quāuis hęc materia, an de impedimento proteſtandum ſit, latè pateat, propter Doct. opiniones, tamen nō euagando ad impertinentia, quantum ad præſentia ſatis eſt diſtinguendum puto: Aut enim facultas appellandi impeditur propter metum, & tunc iura ſunt clara, quod proteſtari debeat is qui metu impeditur. d. l. ij. C. de his qui prop. met. nō appell. d. c. fi. de appell. quia ea proteſtatio locū appellationis ſupplet, ut ibi Bar. poſt tex. Aut metus in alijs caſibus incidit, ita quod propter metum aliquando fit aliquid quod aliàs non fieret. Et Bal. in d. conſil. ſchiſmatis. loco ſuprà alleg. tenet, proteſtationem eſſe neceſſariā, ſi ſaltem facile fieri poterat. Nam qui non proteſtaretur, cum facile poſſet,

potius uolentem quàm nolentem prę̃sumi. quod & Alex. consil. suprà dicto sequit̃, in eo casu, ubi mulier metu se matrimoniū contraxisse dicebat. Quę̃ si hic reciperentur, uideri poterat dño actori protestationem fuisse necessariã. Ego uero hanc doctrinam nõ nisi cum temperamẽto recipiendam puto, unde iterum distinguo. Quia aut negociū tale est, in quo metus aperte per euidentiam facti patet: aut non apparet euidenter, licet ex coniecturis quibusdam præsumi possit. Primo casu nõ est necessaria protestatio: quia quod certum est, non eget aliqua certificatione. d.l.i. in fi. ff. de actio. emp. Et frustra est quicquid demõstrationis adĳcitur rei satis demonstratæ. d.l. i. in fi. ff. de dote præleg. c. 10 penderet. l. dist. Et hoc asseueranter tenet Franc. de Aret. consil. clxiĳ. incipit, Verum est. iiĳ. col. qui dicit, in re notoria de metu protestari, non esse necessarium. Eam enim protestationem quæ fieret ad ostendendū id quod per se satis erat ostensum, esse superuacuã. Sic & super notoria paupertate non requiri excusionem, quæ tamen regulariter requiritur. allegat Bar. in d.l. decem. ff. de uerb. oblig. l. fin. in prin. ff. si cert. pet. & hoc idem tenuit Paul. de Cast. consil. xxi. incipit, In causa destitutionis. col. iiĳ. uolens, ex quo de impedimento manifesto constet, nec prodesse nec obesse protestationis omissionem. & facit l. si uero. §. qui pro rei. ff. qui satisda. coguntur. Sin uero metus in negocio 20 euidenter non appareret, tunc nõ diffiteor protestationem esse necessariam, si facile protestari poterat, id quod expresse Bal. uoluit in d. consil. schismatis. & eo casu etiam consilium Alexandri procedit. Nunc in proposito metus domini actoris & quidẽ intensus, euidenter patet per literas banni, à quo banno dñs actor non erat antea absolutus, quàm iniisset concordiam: qui metus cum patéret apertè, quid necesse fuisset protestari? Quod si etiam nõ ita apertè metus patuisset, nõ tamen erat domino actori facile ut protestaretur, cum in idem periculū incidisset, in quo erat si concordiam non iniisset. facit l. in omnibus causis pro facto. ff. de reg. iur. Et paria sunt, præsentem esse metum, uel in statum ti 30 moris incidere. Bald. in l. nouissime. ff. quod fal. tut. aut. Nec sanè obstare potest quod prętenderetur, metum esse purgatum, ex eo quod dñs actor passus est se deputari in cõmissariũ Notariorũ, ut ex eo negocio solutionem debiti reciperet. d.l. pen. &c̃. quia ea res metum nõ purgauit, etiam si aliquid ex debito suo percepisset, id quod latius tractat las. post Doct. in d.l. pen. iĳ. limitat. Verum is punctus per alios cõsulentes satis deductus est. Concludendo igitur in hoc secũdo dubio: Cum à sola Cæsarea Maiest. in literis cõcordiæ de asserta renũciatione fiat mentio, nec ex subscriptione domini actoris, nec ex reuersalibus constat quod actor iuribus suis renũciauerit, nec etiam super eo quod 40 tantis laboribus & expensis obtinuerit renunciasse præsumatur: & si maxime de ea renunciatione appareret, ea tamen sub conditione esset

suspensa,

ſuſpenſa, & poſtea defectu conditionis in irritum deducta: & uerum ſit, quod ſi dominus actor purè etiam renunciaſſet, tamen idipſum metu terribilis banni feciſſet, quo metu durante, ea renunciatio caſſa eſſet & inualida: ueritate exiſtente, quod dominus actor huic timori nullam occaſionem præbuit, nec etiam ſuper metu, qui manifeſte patuit, proteſtari tenebatur: quapropter ueritatem eſſe putamus, ſicuti in tribus concluſionibus ſuprà dictis latius eſt deductum.

NOVATIO.

Accipio nunc tertium dubium, an dominus actor quia iuribus ſuis non renũciauit, ſaltem à Cæſarea Maieſt. debiti ſolutionem acceptando, priorem obligationem domini Ioannis T. nouaſſe intelligatur.

Et poſſet uideri quod ſic: quia quamuis hodie nõ fiat nouatio, niſi hoc exprimatur, in his tamen caſibus in quibus olim nouatio ipſo iure fiebat, hodie ſaltem ope exceptionis fieri intelligitur. l. fi. gl. fi. C. de noua. Et quia olim interuentu nouæ perſonæ nouabatur, Inſtit. quibus mod. toll. oblig. §. præterea, conſequens eſt ut etiam hodie nouatio ſaltem exceptionis ope prẽſumatur. Prẽterea cum diuus Cæſar iſtam obligationem Ioannis T. in ſeſe receperit, cui & dñs actor cõſenſit, ut per concordiam prædictam & eius ſubſcriptionem patet, unde ſaltem delegatio debita facta eſt. l. delegare. ff. de nouat. Sed nõ obſtantibus prædictis, breuiter reſpondeo, nõ eſſe factam nouationẽ, nec expreſſe, nec ope exceptionis. Primo, quia nullus unquam tractatus nouandæ obligationis per dñm actorem cum debitore initus eſt, id quod acta in uniuerſum docent: imò dominus reus debitor quãtum in eo erat contradixit ſe eſſe debitorem, igitur inter eos nouatio intercedere non potuit, cum nouationis conuentio non niſi ambarum partium conſenſu conficiatur. d. l. i. ff. de pact. l. i. ff. de nouat. l. quæcunq;. ff. de act. & oblig. cum ſimil. Deinde cum dominus actor in toto proceſſu prẽſentis cõtrouerſiæ proteſtatus ſit de inhærendo ſuæ rei iudicatæ, & ab eo non diſcedendo, ut patet in replicis & triplicis: conſequens eſt, ut eam obligationem non nouarit. per tex. expreſſum in l. iij. §. ſi ex cõuentione. & ibi dixi. ff. de re iud. cum ſimil. Porrò cum in facto proponatur, quod dominus actor poſt dictam concordiam dño reo deſuper inſtanti & petenti, inſtrumenta rei iudicatæ tradere noluerit, rectè apparet quod is actor à re ſua iudicata non diſceſſerit. arg. eorum quæ notantur in l. i. C. de donat. gl. in c. ſanè. in uerb. reddens. de renunc. Quæ ratio etiam uehemẽter præſumi facit, quod dominus actor qui inſtrumenta rei iudicatę aduerſario tradere noluit, nunquam legitimè renunciauerit. Non ergo dubitandum eſt, quin dñs actor ius ſuum in dominum Cæſarem nõ nouauerit. Et non obſtat quod primo prætenditur, interuentu nouæ perſonæ, olim abſolute nouari, hodie uero ope exceptionis &c̃. quia hoc non apud omnes Doct. expeditum eſt,

& eget alia tractatione. Verum ea doctrina huc non pertinet, cum in casu nostro nec nomen quidem nouationis latius habeat, ut suprà probauimus.

DELEGATIO.

Quod uero deinde de delegatione obiicitur &c. nihil est: quia dele-
62 gatio cõsensu partiũ fit, cum alius pro alio debitore assumit. d.l. delegare. quod hic non est factum, ut satis suprà circa articulum nouationis deductum est. Et per hoc non obstat, si prætenderetur, ex cõcordia præfata apparere, quod dominus actor Cęsareã Maiest. in debitorem assumpserit: quia hoc ex concordia non docetur. Et dato quod ex ea constaret, tamen dominus actor nõ aliter consensisset debitũ suum à Cæsare accipere, quàm si hoc ei soluere t: nam & à quocunq; alio hoc recepisset. Sed quod per hoc nouatione uel delegatione ulla dominus actor reum à sua obligatione liberarit, non constat, nec probatum est. Et non est nouum quod creditor aliquando in alium consentiat, à quo solutionem debiti accipiat: uerum si ab eo uel nihil, uel minus fuerit solutum, salua nihilominus est obligatio principalis cõtra debitorem. l. si ita stipula. fuero. §. possum. & ibi dixi. ff. de uerb. oblig. fa. l. si quis ab alio. in princ. ff. de re iud. et est expressum in l. reos. C. de fideiuss. Nisi fortè pacto aliud est prouisum, ut est gl. in l. si creditori. C. de pact.

Nec obstat quod Cæsarea Maiest. causam huius debiti in se assum
pserit dicitur &c. quia hoc pari obreptionis uitio laborat: nec apparet dominũ actorem, in diuum principem tanquã debitorem cõsensisse.
63 Furor enim esset cum principe uelle contendere, ut dicit Bald. consil. ccccxiiij. i. par. & fa. l. i. in fi. ff. de alie. mu. iud. cau. fac. Imò dñs reus in eo quod liquidam istam sui obligationem in potentissimũ principem transferre, & sese ex ea excutere conatus est, in pœnas legales incidit, de quibus est l. i. per totum. & l. ij. C. ne liceat poten. patro. litig.

Deuenio tandem ad ultimũ dubiũ, an dominus reus, restitutionem in integrum petendo, audiendus sit. Et uidetur esse audiendus. In suis enim duplicis & quadruplicis allegauit, se eo tempore quo citatus fuerat, absentem fuisse causa reipub. scilicet quod nomine diui Cęsaris ad bellum Venetorũ tanquam cõmissarius ordinatus fuerit. Sed iura sunt
64 in hoc clara, quod absens reip. causa, si nõ defendit, & re læsus sit, restituendus est. l. item hi. l. abesse. ff. ex quibus cau. maior. in integrum. cum uulg. Sed hoc non obstante, contrariũ est sine dubitatione uerum. Nam primo, quod Ioannes T. ulla legatione sit functus, quæ eum in processu causæ in Camera Imperij agitatæ impediisset, ex actis nõ constat, nec ulla probatione apparet: unde in hoc nihil fundari potest. l. qui accusare. C. de eden. Et paria sunt, non allegare, uel allegare nudis uerbis. Alex. consil. lxxi. v. part. Imò si acta prioris instantiæ expendamus, satis aperte liquet, quod dominus reus tempore dicti processus non erat ulla legatione absens: siquidem extra iudiciũ quasdam copias

dño

domino iudici misit, licet iudicialiter cõparere nollet: & sic absentiam sub umbra legationis causari non poterit, sed extra iudicium dominos iudicem & assessores inuoluere contendens, frustrari, & quadam tergi uersatione efficere uoluisse intelligitur, ne cum eo ageretur. arg. l. sed ad eos. ff. ex quib. caus. ma. Denique ex actis constat, quod dominus reus cum contra executoriales à iudicio Camerę aduersus eum emanatas, nõnullos articulos exceptionales pro asserta defensione obtulisset, de articulo assertæ legationis ne uerbum quidem fecit, eamq; non allegauit, non omissurus, si ea exceptione adiuuari posse credidisset. arg. l. fideicõm. ad fin. ff. de probat. Ex quibus emergit & alia ratio. Certum enim est, quod negligentibus iura sua, cum ea asserere potuissent, restitutione non subuenitur. Nititur enim restitutio æquitati, qua defi 65
ciente & ipsa deficit. l. nouitiũ. l. sed etsi per prætorẽ. §. item inquit. ibi, hoc est expressum. ff. ex quib. caus. maior. Et tenet hoc Bal. in l. i. ff. ex quib. caus. maior. ubi allegat concord. Sed dñs reus legitimè citatus, sua iura, si qua habebat, defendere iure ordinario potuit, & fuit tamen contumax, nec unquã in iudicio se defendit, licet extra iudiciũ libenter siniſtrè institisset. Nulla ergo extat æquitas, quæ & negligenti & contumaci aduersario subueniri debere uel iubeat, uel suadeat. arg. d. l. sed etsi per prętorẽ. §. ait prętor. uers. nam si id egit. usq; ad fi. ff. ex qui. caus. maior. Et tandem certum est, quod restitutio in integrum ho- 66
die non competit, nisi intra quatuor annos à tempore absentiæ uel læsionis continuò cõputandos: sunt enim isti anni cõtinui, quibus transactis, regulariter clausa est restitutioni ianua, siue is qui super restitutione laborat minor sit, siue maior. l. superuacuum. C. de temp. in integ. restit. At dñs reus non solum in quatuor annis à prætensa sua quam iactitat læsione numerandis, restitutionis beneficium non implorauit, sed ne in sedecim quidem & amplius annis, uel uerbo ullam petijt restitutionem. Quod si contenderit dominus reus, restitutionem in integrũ excipiendo semper peti posse. gl. in l. querela. C. de fals. per. l. pure. in fi. ff. de doli excep. &c. non obstat: nam cõmunis opinio est in contrarium, uidelicet quod restitutio in integrum, etiam excipiendo, post quatuor annos peti non possit: quod diffuse docet las. in l. diuus. in fi. ff. de re iud. qui allegat gl. in l. qui agnitis. ff. de except. Bal. Paul. de Cast. Raph. Alex. & plures alios. Addo, quod cum hic supina negligentia rei præuersetur, nihil est quod de restitutione hic ullo pacto statui possit, ut suprà probauimus. Accedat, quod cum dominus reus tot mandatis extortis, tanta mandatorũ pœnalium sylua obrepta surdum uersum solicitauit, suggessit, omnem lapidem mouit, ut rem iudicatam domini actoris quam oppugnare iure non potuit, minis subtereret, & dominũ actorem per plures annos frustrari perrexit, nulla æquitas recipere posset, post tot annos, post tot tergiuersationes &

effugia, in integrum restitutionem indulgeri, ut nouas suscitaret reus lites, nunquam fortasse finiendas: unde concludo restitutionis auxiliū dicto dño reo impartiri non posse. Epilogando igitur, & uelut sub summā recolligendo quæ suprà diffuse scripsimus: cum principis Romani potestas ad iniustitiā extendi nec debeat nec possit, scilicet quod princeps etsi sit lege merè positiua solutus, rationi tamen & iuri diuino subiectus sit: nec alterius ius quæsitum, quod de iure naturali uel gentium prodijt, auferri per principem possit, ne de plenitudine quidem potestatis, uel certa scientia, nisi fortasis ex causa publicæ utilitatis princeps moueretur, & de ea manifestè appareret: & constet quod dictæ clausulæ, plenitudinis, & scientiæ, passim sine delectu in principalibus literis inculcari consuetæ, non ita multum operentur, id quod diuus N. ultro per literas suas confessus est: & maximè prædictæ clausulæ nullam prorsus habeant efficaciam, si constet principi esse obreptum: hisq; consequens sit, quod diuus Cæsar supradictis mandatis ab eo obreptitiè extortis, rem iudicatam dñi actoris tollere & cassare nec potuerit nec uoluerit, attento præcipuè cōtractu & ordinatione sua cum imperio facta. Et pręterea suprà satis euictū sit, quod dñs actor per assertā concordiam suis iuribus nō renūciauerit, nihil nouauerit, in Cæsarem tanquam debitorem non consenserit, atque adeò euidentissima re iudicata Cameræ Imperij cōtra reum sit munitus, qui & aduersus eandem rem iudicatam restitui in integrum nec possit nec debeat: cōcludimus, partes domini iudicis & dñorum assessorū esse, ut sententiam & rem iudicatā prædictam iuxta petita domini actoris esse exequendam pronuncient & exequantur, cum refusione expensarum, quas dominus actor tanta domini rei frustratione immeritò sustinuit.

Et ita iudicandum esse consulo ego Vdalricus Zasius LL. doctor, & ordinarius Friburgensis, saluo meliori iudicio.

Summaria Consilij undecimi.

1 Territorium unde dictum.
2 An unicus testis fidem faciat.
3. 29 In toto insunt partes.
4 Accessorium sequitur naturam principalis.
5 Vicini senes, limitum notitiam habere præsumuntur.
6 Plus scientiæ præsumitur in eo qui plus præsens fuit.
7 An circa probationem limitum, fides rusticis senibus sit adhibenda.
8 Fama multum ualet, si contrarium non sit auditum.
9 Fama uulgi num sufficiat ad probationem.
10 Notorium quid dicatur.
11 Qui habet partem in fructu, etiam partem in fundo habere censetur.
12 Decimæ tributa sunt.
13. 22 Qui sint agri nouales.
14 Si iniquitas notoriè ex actis constat, iudex ex officio supplere debet.
15 Non refert si testes uarient in tempore, cum principaliter de tempore nō agitur, dummo-

dummodo ad unum finem tendant.

16 Genitiuus regulariter dominium importat.

17 Duo insolidum unius rei nec possessores, nec domini esse possunt.

18 Plures ecclesiæ baptismales in una terminatione, id est, in eisdem limitibus esse non possunt.

19 Impossibile est quod idem à seipso diuidatur.

20 Contradictio & oppositum in adiecto, nec ius nec natura recipit.

21 Qui dicantur agri nouales apud illiteratos.

23 Ex rerum affinitate, similitudine seu uicinitate, facilis paratur deceptio.

24 Qualitas in articulis allegata, necessariò probanda est.

25 In decimis in aliena parrochia præscribendis sine titulo, exigitur tantum tempus cuius initij non sit memoria.

26 Qui dominium probat, nudo possessori longè præferri debet.

27 Verbum, molestare, possessorium denotat.

28 Actus qui obmitti potest, si est uitiose factus, nihil præiudicat.

30 Qui simpliciter reuocat, in totum reuocat.

31 Sententia pro actore ferri debet, si ius rei dubium est.

32 Sententia quæ ex rei euidentia iniusta & iniqua apparet, nulla est.

33 A primordio tituli posterior formatur euentus.

34 Radix à principio morbosa, non facit uirentem stipitem.

CONSILIVM VNDECIMVM.

20 FACTI series in summã collecta, se habet sic. Parrochia in Ernhosen, collegio S. Laurentij in G. incorporata, in suis limitibus parrochialib. comprehendit oppidum & uillam Langfeld, cum hominibus subditis, & omnib. iuribus parrochialibus, exceptis decimis in districtu eiusdem oppidi & uillæ obuenientibus, quæ laicales esse dicuntur, & quas ante multa tempora quidam laicus loãnes Berger percepit. Has decimas Abbas & Cõuentus monasterij Clarę uallis ab eodẽ Ioanne Berger laico emerũt, ante cõplures annos, & sic easdem decimas uigore dicti contractus & titulo emptionis hactenus subleuarunt: de quibus decimis nulla lis est inter partes. Porrò constat quod dicti domini Abbas & Conuentus rei huius causę, quandam propriam parrochiam habent eis incorporatam, quę sub se continet uillas, Stollingen, Hirsheim, Insheim, & quasdam alias. Ecclesia tamen eiusdem parrochię Stollingen, quæ S. Laurentij nominatur, in fundo & terra uillę Langfeld, & non in suo proprio parrochiali fundo ædificata est: quod dicunt domini rei miraculose contigisse. Nam ab antiquissimis temporib. eandem ecclesiam in sua parrochiali uilla Stollingen cœptam fuisse construi, ligna uero & lapides miraculose transportatos ad fundum & terrã uillæ Langfeld: quod siue sit, siue non sit, modicum curat. Veritas tamen est, quod dicta ecclesia reorum nihil prorsus iuris parrochialis habet ad eandem uillam Langfeld, in qua fuit constructa: concernit enim alias & speciales uillas, Stollingen, Hirsheim, & alias quas suprà nominauimus, quarum etiam

decimæ ad dominos reos tanquam rectores eiuſdem eccleſiæ S. Laurentij pertinent, de quibus decimis in cauſa præſenti etiam nihil diſceptatur. Contigit prꝛterea, quod quidã ſubditi oppidi & uillæ Langfeld (quæ ambo loca ad parrochiam Ernhofen dñorum agentiũ pertinent, ut ſuprà à principio diximus) certos ſuos fundos in limitib. eiuſdem parrochiæ Ernhofen iacentes, in memoria hominũ ad culturam redegerunt, & nouales fecerunt: hinc oritur controuerſia. Nam dñi rei ex eo quod ipſi decimas antiquas non nouales, in diſtrictu dictorũ oppidi & uillæ ſubleuant, etiam putarũt decimas nouales eis competere: titulum tamen laicalem tacuerunt, ut poſtea latius deducetur. E diuerſo domini agentes, ſcilicet collegium S. Laurentij in G. huiuſmodi nouales decimas non ad reos, ſed ad eorum parrochiam Ernhofen, in cuius limitibus cõprehenſæ ſunt, pertinere aſſeruerunt, & ſimul titulum reorum laicalis decimationis, quem ipſi rei libenter diſſimulaſſent, in iudicium protulerunt. Itaq; tota præſens controuerſia, tantum ſuper huiuſmodi decimis noualibus, in iudicium introducta eſt. Vnde quæritur, an dictæ decimæ nouales ad dños reos, propter ſubleuationem aliarũ decimarũ, pertinere debeant. Et ne arguendo ad partes, folia prolixius multiplicemus, breuiter decidendo, dictas decimas nouales ſine dubio ad dños agentes eorumq; parrochiam Ernhofen pertinere credimus. Cum enim oppidum & uilla Langfeld, in limitibus parrochiæ Ernhofen dñorum agentium comprehendũtur: at uero fundi præſentis quęſtionis in diſtrictu oppidi & uillæ Langfeld, atq; ita in dictis limitibus Ernhofen ſunt conſtituti: & uerum ſit, eoſdem fundos in memoria hominũ ad culturam redactos, & ſic nouales eſſe: decimæ igitur nouales ex dictis fundis ad prędictam parrochiam pertinebunt. Hæc ratio, quia quædam in facto præſupponit, & quædam in iure, unde pro eorum ueritate tria omnino puncta fundabimus, quæ ex huius noſtri conſilij ſerie in ſequentibus patebunt. Primum punctum, quod oppidum & uilla Langfeld cum diſtrictu, territorio, ſubditis & incolis in limitibus parrochię Ernhofen dñorum agentiũ cõprehenſa ſint, hoc deduxerunt dñi agentes in eorũ additionalibus articulis, ij. iij. iiij. v. vi. vij. & xiiij. ubi narrauerunt, incolas & inhabitatores, præſertim uillæ Langfeld (nam de oppidanis non eſt dubium) nullum alium quàm plebanum in Ernhofen, in paſtorem ſuum recognoſcere, ab eo ſolo, uel alio, ſuo nomine & iuſſu, ſacramenta accipere, in cœmiterio eccleſiæ Ernhofen ſepeliri, oblationes, mortuaria, exequias, pro tempore obuenientes ad eandem eccleſiam Ernhofen pertinere.

Porrò & Capellam in oppido Langfeld ſituatã, eiuſdem parrochię filialem eſſe, quæ res ſine dubio limites parrochiæ probat, iuxta c. ad audientiam. de eccleſ. ædif. Supradictos articulos teſtes dominorũ agentium, i. ij. iij. iiij. v. cui tamen cum ad nonum articulum deponit,

de ob-

de oblatione nihil cõstat. Item sextus (saluo quod de sexto & septimo articulis ei nihil cõstat) præterea vij. viij. ix. x. xi. xij. (cui tamẽ de secundo articulo nihil constat) xiij. xiiij. xv. xvi. xvij. xviij. (cui tamen de secundo, vij. & ix. articulis nihil constat) & tandem xix. hi omnes testes concorditer affirmant, uno & concordi ore adstruentes ea quæ suprà sunt in articulis dominorũ agentium deducta: causas scientiæ allegant ipsam facti euidentiam manifestam notorietatem, & quod talia quotidie palàm & manifestè & notoriè uideantur, & cunctis sint uicinis cognita. Nec dicti solum testes dñorum agentium, imò testes dominorũ reorum, cum ad tertium, quartum, v. vi. vij. viij. & ix. interrogatoria specialia dominorũ agentiũ sunt exanimati, prædicta adstruũt. Prima enim reorũ testis, prædicta tanquam publica, notoria & omnibus inhabitatorib. cognita, apertis uerbis affirmauit: cui primæ testi secundus, iij. iiij. v. vi. vij. viij. ix. x. xi. &c̃. quo ad effectũ euidẽter cõcordãt.

Ex prædictis apparet manifesta notorietas eorum quæ suprà sunt narrata, per ea qua traduntur per Bal. in rub. C. de probat. & per eundem in l. si quis pro condemnato. §. i. qui satisd. cog. Canonistæ in c. uestra. de coha. cler. & mul. c. cum dilectis. §. his igitur. de purg. cau. cum simil. uulg. Deniq; constat, quod non solum loca & subditi prædicti, sed etiam ipsamet ecclesia S. Laurentij dominorũ reorum quę in uilla Langfeld (licet in alieno fundo) constructa est, ut suprà dicitur, in sæpe dictis limitibus Ernhofen continetur, licet non sit filialis ad eam. De hoc dñi agentes in eorum octauo articulo additionali mentionem fecerunt: quem articulum testes dñorum agentiũ omnes, exceptis i. vi. vij. viij. xv. xvi. & xvij. concorditer adstruxerunt: quod & nonnulli ex testibus dominorũ reorum, scilicet primus, quartus, v. xv. & xvi. super octauo interrogatorio dñorum agentium requisiti asseruerunt, pro causis scientiæ eam notorie euidentiam quæ patuit suprà, & alia idonea adducentes. Per prædicta satis patet id quod suprà à principio diximus, oppidũ & uillam Langfeld unà cũ capella filiali, cum hominibus, incolis, habitatorib. & omnibus iuribus parrochialib. suprà specificatis, ad ecclesiã parrochialẽ Ernhofen dñorũ agentiũ pertinere.

Secundum punctum. Fundi & agri præsentis quæstionis omnes & singuli, sicut in actis sunt specificati, in districtu & banno dicti oppidi Langfeld consistunt & cõprehenduntur, & per incolas seu adstrictos eiusdem oppidi excoluntur: hoc domini agentes in eorum articulis additionalibus xxij. & xxiij. narrauerunt & deduxerunt: quorum articulorum ueritas patet primo ex eo, quod dñi rei occasione decimarum quas ex prædictis & alijs fundis titulo laicali supradicto subleuant, annuatim xxx. solidos denariorũ pro steura seu collecta eidem oppido Langfeld soluũt, prout de hoc sunt literę cuiusdã cõcordiæ in actis primæ instantiæ insertæ. Quæ res manifestè probat omnes istos fundos

in diſtrictu oppidi Ernhofen ſitos. ad quod eſt text. in l. forma. §. ſi uero quis. de cenſi. l. i. C. quib. locis. mu. lib. x. in Auth. quib. mod. nat. eff. ſui. §. ſi quis igitur. cum ſim. Et eſt ſatis mirandum, quod domini rei auſi ſunt contrariũ in actis deducere, & hunc titulum laicalem ita diſsimulare, cum tamen ſcirent has patentes literas concordiæ extare.

Secundo patet ueritas ſupradicti puncti per omnes teſtes dñorum agentium, exceptis vij. & xij. qui prædictos articulos dñorum agentiũ concordi teſtimonio affirmauerunt. Præterea & per teſtes dñorum reorum, exceptis ij. v. vi. viij. & x. qui dum ad xvij. interrogatoriũ dominorũ agentium deponerent, prædicta concorditer adſtruxerunt. Iam dicti quoq; utriuſq; partis teſtes, bonas & iuſtas cauſas ſcientiæ adduxerunt, uidelicet, quod ſi quiſpiam in prefatis fundis delinqueret, is per magiſtratum dicti oppidi puniretur: & ſi aliquis in eiſdem fundis domiciliũ fouerit, is nemini alij quàm eidem magiſtratui oppidi eſſet ſubiectus. Has cauſas ſcientiæ eſſe legitimas & ſufficientes, patet per
1 l. pupillus. §. territorium. in fi. de uerb. ſig. ubi habetur, à terrendo dici, quod magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi, id eſt, ſubmouendi ius habet. fa. l. fin. de iuriſd. om. iud. l. cum unus. §. is qui. de aut. iud. poſſ. in Authen. quib. mod. nat. eff. ſui. §. ſi quis igitur. l. nulli. §. quædam in uico. C. de epiſ. & cler. cum ſimil. Adiecerunt quoq; teſtes prætacti, ea quę depoſuerunt omnib. eſſe inhabitatorib. cognita: quo caſu notorietatem adduxerunt: ſuper quo repetimus ea quæ ſuprà de notorietate allegauimus. in uerſ. ex prædictis. Nec ad rem pertinet quod ſextus dñorum reorum teſtis deponit, illos fundos in diſtrictu & ban
2 no eorundem reorũ cõſiſtere &c. quia fidem nõ facit, tum quia ſeruus, tum quia unicus, & cui omnes alij teſtes repugnent. l. iuriſiurãdi. C. de teſti. & quia manifeſta ueritas eſt in contrarium, ut per ſuprà deducta ſatis apparere poterit. Conuicta igitur & probata ueritate ſupratacti ſecundi puncti, cõſequens neceſſariò eſt, quod fundi preſentis quæſtionis in limitibus parrochialibus Ernhofen dñorum agentium ſint conſtituti. Cum enim oppidum & uilla Langfeld totaliter in dictis limitibus includantur, fundi autem ſint de diſtrictu dicti oppidi, ergo ut
3 pertinentiæ & pars eiſdem accedunt limitibus. In toto enim ineſſe partes, nemo eſt qui neſciat. per regulam, in toto. de reg. iur. l. ſi quis cum
4 totum. in prin. de except. rei iud. Et acceſſoriũ ſequitur naturam principalis. per regulam, acceſſorium. lib. vi. Præterea & omnes teſtes dominorũ agentium, exceptis v. vij. xv. & xviij. dum ſuper xlvi. articulo additionali dñorum agentium deponerent, concorditer teſtificati ſunt & affirmarunt, fundos præſentis quæſtionis in limitibus parrochiæ Ernhofen contineri: quod & teſtes dñorum reorũ, iiij. vij. & xij. ſuper interrogatorio xxxix. pari teſtimonio adſtruxerunt. Pro cauſis ſcientiæ adducunt, tum quod oppidani eorum pecora in dictis fundis

paſcere

paſcere ſoleant, quod certe eis non competeret, ſi tales fundi ad eorum diſtrictum non pertinerent, niſi fortè ius ſeruitutis habuiſſent. arg. l. quamuis. ad l. Aquil. Tum etiam quod pœnæ & mulctæ, ſcilicet quæ in dictis agris cõmitterentur, ad magiſtratum oppidi, & ſi aliquis in dictis fundis infirmaretur aut moreretur, cura animæ & ſepulturæ ad parrochiam Ernhofen, pertineret: quas cauſas ſcientię ſufficientes eſſe, partim ſuprà patuit, partim euidentia iuris manifeſtum eſt: tum maxime quod deponunt idipſum ſe à ſuis ſenioribus audiuiſſe, & contrarium nunquam percepiſſe, & rem ipſam eſſe notoriam. Quæ cauſa ſcientię, plane & indubitatè legitima & fundata eſt: quia uicini ſenes limitum notitiam habere præſumũtur. text. eſt in l. i. ad prin, de flum, fa. c. quanto. de præſumpt. ubi plus ſcientiæ præſumitur in eo qui plus præſens fuit. c. poſtquam. de elect. arg. in l. conſenſu. ad fin. C. de repud. & tenet Ang. in Authen. de teſt. §. ſancimus. ad fi. Bal. in l. conuenticulam. uerſ. ex prædictis infero. pen. col. C. de epiſ. & cler. Præpoſ. in c. de quibus. xx. diſt. Vnde Bal. in cõſil. liij. in iij. part. dicit, ruſticos ſenes ualde eſſe in prædictis credibiles, tanquã quotidie oculis ſuis ſuper loca adſtantes. & idem Bal. conſil. cliij. i. par. aſſerit, circa probationem limitum ſtari debere ruſticis ſenibus. allegauit l. ſi chorus. de leg. iij. c. ſana. ix. diſt. ſubiungens, in huiuſmodi rebus famam multum ualere, ſi contrarium non ſit auditum. per l. ſi arbiter. de proba. l. in ſumma. §. idem Labeo. ij. de aq. plu. arc. & fa. c. cauſam. ij. de probat. Pro quo facit q̃d tradit Ioan. Cald. conſil. iij. de teſt. qui huiuſmodi famã uulgi uel loci, ſufficere dicit, per iura quæ allegat. Pro prædictis fa. notab. doctrina Fran. de Are. conſil. lxxvij. col. v. & vi. qui dicit, quando fama originẽ à facto ueriſimili, ex quo quilibet credere poterat, ortum habuit, non eſſe opus probare, quod origo famæ à certis uel honeſtis fide dignis perſonis orta ſit. Imò plus uoluit Alexan. in l. de minore. §. tormenta. de quæſt. in addit. mag. in uerſ. ſed quid. quod ſufficeret ſi decem homines de fama deponant, etiam ſi non ſufficiens cauſa redderetur. Accedant quæ traduntur per Bal. Sali. in l. ea. C. de accuſ. Bal. d. l. ſi uero. §. i. qui ſatiſd. cog. ubi not. decîdunt, id quod per plus q̃ decem teſtes probatur, notoriũ dici. Nunc in propoſito, cum nõ ſolum decem, ſed plus quàm ſedecim teſtes cõcorditer deponant, dictos fundos conſtitui in limitibus parrochiæ Ernhofen, & famam tam cõſonam adducant, imò & ſuper re plurimũ ueriſimili teſtificentur (nam quid eſt ueriſimilius, quàm quod loci attinentiæ ſint eiuſdem parrochiæ cuius eſt locus?) unde nihil dubij relinqui poſſe credimus, quin iam manifeſtũ factum ſit, eoſdem fundos ſic, ut prædicitur, ad parrochiam Ernhofen pertinere. Et licet fundamenta ſuprà adducta in hoc puncto prorſus ſufficerent, tamẽ quia in eodem puncto totius negocij cardo uertitur, rem latius ſtabilire uoluimus. Certum eſt quod limites parrochiarũ in

loco præsentis controuersiæ distingui solent, & distinguuntur per limites districtuum: quod quidem concorditer probatum est per testes dñorum agentium, primū, ij. iij. vij. ix. x. xi. xij. & xix. dum ad articulum xlvij. dñorum agentium deponerent, qui affirmant ita cōmuniter apud eos esse obseruatum: qui usus etiam iure scripto probari potest.

11 Decimæ enim sunt reales præstationes. Nam qui habet partem in fructu, etiã partem in fundo habere censetur, ut dicit Spec. in tit. de eden. ad fin. Sed quia fundi sequūtur limites districtuum, d.l. pupillus. §. territorium. de uerb. sig. ubi est tex. igitur & decimæ ratione fundorum secundum districtus limitabuntur, ne una res duplicis iuris censeatur, quod quidem non recipitur. c. cum in tua. in fi. de deci. & l. eum qui. de usur. Pro prædictis est bonus tex. & quæ ibi not. in l. honor. §. uiarū. de mu. & hon. ubi prædiorum collationes, non personarum, sed loci sunt munera. Exponit gl. ibi, collationes prædiorum, pro tributis. Sed

12 constat quod decimæ tributa sunt. xvi. q. i. decimæ. Ius igitur decimarum conditionem loci, non personarum, sequitur. fa. d. l. forma. §. si uero quis. de censib. Accedant quę per Bal. deciduntur consil. cccliij. iij. part. qui cuidam archiepiscopo decimas, quas realissimas præstationes nominat, eo solo soluendas esse consuluit, quod iuxta naturam districtuum decimæ regularentur. Et idem Bald. in tit. de prohib. feud. alien. per Fed. §. præterea ducatus. col. iij. expresse tenet, terminos parrochiarū iuxta districtuū terminos mensurari. alleg. Iaco. Ard. in summa feu. tit. quib. mod. feud. amitt. sub rubricella, an feud. iurisditionis & decimæ diuidi possint. Quæ cum ita sint, patet quod testibus supradictis in hoc plena et indubitata fides sit adhibenda, ut quorū dicta iuri cōmuni sint conformia. Eorū enim dictis staretur, etiamsi ex utraq; parte paritas esset testium, ut eleganter tradit Inno. in c. auditis. de prę script. per l. iij. §. tu magis. l. ob carmen. in fin. de testib. c. in præsentia. extra eo. tit. Franc. Cur. in suis conclusionibus, concluſ. viij. Bal. in l. si duo. ad prin. uers. quæro quid operetur. de iureiur. Abb. de test. in ij. par. principali. Pet. de Anch. c. i. de rescrip. lib. vi. Quanto fortius debet eis stari, cum ipsi & numero præualeant, & nullus sit testis in contrarium. Per omnia supradicta, licet aliquantulum prolixius deducta, plusquam satis constare putamus, quod fundi præsentis quæstionis in limitibus parrochiæ Ernhofen sunt cōprehensi: quem quidem punctum, bonus & iustus iudex diligenter in toto negocio aduertet, cum ille punctus ansam & cardinem præsentis causæ contineat.

Tertius punctus est, quod decimę ex fundis præsentis quæstionis sint nouales: hoc affirmant testes dominorū agentiū quasi omnes, & maior pars testium partis aduersæ: ex quorum dictis usq; ad abundantiam colligitur, quod dicti agri præsentis quæstionis, aliqui ante uiginti, aliqui ante xxx. & circa xl. annorū curriculum ad culturam primitus redacti

redacti sunt, quo casu sunt nouales, ut per uulgata iura. c. quid per nouale. & c. ueniens. de uerb. sign. in vi. Imò & procurator dñorum reorum, respondendo ad xxij. articulum additionalem dñorum agentiũ, confessus est, omnes dictos agros nouales esse, ut patet in actis primæ instantiæ. & uerba responsionis eiusdem procuratoris talia sunt: Credit omnes huiusmodi agros nouales, infra limites parrochialis ecclesiæ uillæ Langfeld sitos esse, nec aliter credit. Quod si opponeretur, dictam confessionẽ esse factam nõ simpliciter, sed sub qualitate, scilicet, agros præsentis quæstionis nouales, & cõstitutos esse in ecclesia parrochiali uillæ Langfeld &c. ut sic alterum sine altero acceptari nõ possit. Bar. in l. si quidem. uers. quæro. C. de except. cum simil. Respondemus hoc nõ obstare: quia quo ad uerũ & sanũ intellectũ, utrunq; uerum est. Dicti em̃ agri sunt nouales, & sunt cõstituti in ecclesia parrochiali uillę Langfeld, scilicet Ernhofen. Dicta enim uilla nullam aliam parrochiã in rerum natura habet, nisi parrochiam Ernhofen. Si autem procurator partis aduersæ intellexisset de ecclesia S. Laurentij, quæ est parrochia uillæ Stollingen, licet sit ædificata in uilla Langfeld, tunc qualitas adiecta fuisset falsa: quia agri præsentis quæstionis nihil cõmune habent cum tali ecclesia, quæ proprias uillas habet, ut suprà in casu diximus: & sic illa qualitas tanquam aperte falsa, reijci bene poterat, iuxta doctrinam Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. de lib. leg. ubi uoluit, quando prę̃sumptio est contra confitentem, alterũ posse acceptari sine altero: quam doctrinã approbat Alex. de Imol. consil. cxxxij. in i. part. v. col. & consil. ij. ad fi. iij. part. ubi dicit eam esse cõmunem. Præterea quia dicta confessio nõ habet qualitatem annexam sub modo, uel conditione, sed sub soluta oratione, id est, separatim, hoc est, sine copula, unde alterum sine altero acceptari facile potest. l. sæpe. de uerb. sig. ubi cum dicitur, quod te dare facere oportet, alterum sine altero uerificari potest. Nec obstat, si opponeretur, dictam confessionem procuratoris partis aduersæ, in actis primæ instantiæ non esse acceptatam &c. quia respondemus, satis esse quod dñi agentes ei confessioni, quantũ ad noualia, prosequendo litem inhæserunt: tunc enim ipso facto acceptasse. arg. l. si tamen. in princ. de ædil. edict. l. de quibus. in fin. de ll. l. Paulus. rem. rat. hab. Ex prædictis etiã patet, quod procurator dñorum reorum est sibijpsi inexcusabiliter cõtrarius. Nam licet sub iuramẽto confessus sit, dictos agros esse nouales, ut suprà deductum est, tamen in articulis suis defensionalibus, articulo xxxi. in actis primæ instantiæ hoc negauit, quo casu ipse se de iniustitia præsentis causæ prodidit, & meritò succumbet, per ea quæ not. per Bal. in l. i. uers. iuxta prę̃dicta quę̃ro. col. v. in fi. C. de furt. qui alleg. Auth. contrà qui propriam. C. de non num. pec. & l. eum qui. de iureiur. fa. Auth. de trien. & semiss. §. studiũ. col. iij. uers. & dicendo. Videat præterea dictus procurator dominorũ

reorum, ne sit periurus, qui per iuramentū calumniæ respondit, & suos articulos defensionales dedit. c. fi. de iureiu. lib. vi. Nec obstat q̄d talis contrarietas in actis primæ instantiæ non est obiecta procuratori partis aduersę &c̄. quia hoc non nocet, cum iam in actis præsentis instantiæ ei obn̄ciatur. & facit quod uulgò dicitur, non allegatū allegabo &c̄. l. per hanc. C. de temp. appell. Imò si etiam in hac instantia hæc contrarietas tacereť, tamen quia ex actis dño iudici cognita est, dñs iudex eam necessariò aduertet. pro quo facit elegās doctrina Alex. in l. i. C. ut quæ
14 desunt aduoc. par. iud. supp. ubi dicit, si iniquitas notoriè ex actis constat, iudicem ex officio supplere debere. allegat c. cum euidentia. de accus. & ibi gl. c. cum olim. de uerb. sign. Innoc. in c. per tuas. de test. cum simil. Supradictis itaq; tribus punctis ueris existentibus, scilicet quod oppidum & uilla Langfeld cōprehenduntť in limitibus parrochię Ernhofen dn̄orum agentium, & fundi præsentis quæstionis in districtu & banno dicti oppidi sunt constituti, prætereaq; pariter ad dictam parrochiam Ernhofen pertinere dinoscuntur: deniq; probatum sit dictos fundos esse nouales, prout de illis omnibus suprà ad plenum constitit: ex necessitate consequens erit, decimas nouales ex dictis fundis obuenientes, ad dictam ecclesiam Ernhofen tanquam ad propriam parrochiam pertinere. tex. est in c. cum contingat. de decim. ubi licet decimæ antiquę alij̄s debeantur, tamē decimę nouales apud plebem remanent. Ratio ponitur ibi per gl. Card. Abb. & fa. c. quoniam. eod. tit. c. ad decimas. de restit. spoliat. lib. vi. Quæ cum ita sint, patet ueritas responsionis nostræ quam suprà à principio ad præsentem quęstionem fecimus, scilicet quod decimæ nouales prędentis quęstionis dominis agentibus debeantur. Et hæc in petitorio sufficiant. Quantū uero ad possessorium, constat quod plebanus ecclesiæ parrochialis Ernhofen dn̄orum agentium & eius antecessores, fuerunt in possessione subleuandi decimas rapularū & milij̄ &c̄. usq; ad tempora discordiæ inter partes ortæ, prout apparet ex testibus dn̄orum agētium quasi omnibus, qui partim hæc uiderunt, partim famulos plebanorū iuuerunt, aliquando nomine plebanorū met leuauerūt, ut ex eorū depositionibus cōstare potest.

Nec obstat quod testes in tempore culturæ agrorum, & sic in possessione diuersificant &c̄. quia dicti agri non sunt uno tempore in cultu ram redacti. Aliqui enim agri ante xxx. annos, aliqui ante uiginti, aliqui in decem annis ad culturam redacti sunt, & sic non fuit possibile quod tempus possessionis erat æquale. Prędterea cum ex testibus utriusq; partis constet agros præsentis quæstionis intra memoriā hominū cœptos esse excoli, non est curandū de tempore, in quo cultura huius uel illius agri, uel quando possessio plebani in hoc uel illo agro incœperit. Hic enim nō disputamus de tempore possessionis, sed de ipsa possessione, an scilicet plebani possederint. Vnde succedit doctrina qua dicitur, nō

referre

referre, ſi teſtes uarient in tempore, cum principaliter de tempore non agitur, dummodo ad unum finem tendant. Spec. in tit. de teſt. §. iam. de interrogatorijs. uerſ. & not. quod expreſsius &c̄. Idem tenent Bart. & Bal. ad fin. in uerſ. item ſcias. in l. i. C. ſi unus ex plur. appell. allegant l. qui ſententiam. ad fi. C. de pœn. Nam ſi unus teſtis deponat, Bertam tali die cõmiſiſſe adulteriũ, alter alio tẽpore, tertius item alio tempore, hi ſunt teſtes quo ad adulterium probandũ. Sic de probando uſurario. Hoc uoluit quædam additio ad Specul. in d. uerſ. & not. Et procedit hæc doctrina ſine dubio in actibus ſucceſsiuis, qui reiterari poſſunt. Illi enim teſtes nõ ſunt omnino ſingulares, cum notitia repręſentata in animis eorũ, per dictos actus cõmunis eſt, ut uoluit Bal. cõſil. cxxxi. ij. par. qui Iacob. Butr. & multa alia pulchra adducit. fa. quæ not. per Card. Abb. in c. cum tu. de teſti. in c. cum Ioan. de fid. inſtr. Spec. in d. §. iam. de interrogatorijs. uerſ. quid ſi unus. gl. & Bal. in l. i. C. qui accuſ. Bar. in l. denunciaſſe. §. quid ergo. de adulter. gl. in c. ſi teſtes. iiij. q. iij. gl. in c. dudum. de conuer. coniug. gl. elegans in c. cum eccleſia Sutrina. in uerſ. uacillaſſe. de cauſa poſſ. & propriet. not. in c. nihil. de uerb. ſigni. Bal. in d. l. de quibus. de ll. in d. l. teſtium. C. de teſt. Hanc tam diffuſam fundationem no tandam eſſe putamus, per quam multæ inutiles cauillationes, quæ hoc loco contra teſtes fieri poſſent, auertuntur. & fa. quæ not. in c. perſonas. de teſtib. cum infinitis ſim. De moleſtia quam domini rei per perſonas equeſtres & famulos plebanis in Ernhoſen intulerunt, & armata manu decimas nouales aſportauerunt, non eſt multa inueſtigatione opus, cum teſtes dñorum agentium quaſi omnes, & prẽterea teſtes partis aduerſę, ſextus, vij. ix. xi. xij. & xiiij. ſuper interrogatorijs dñorum agentiũ, xx. xxi. xxij. xxiij. & xxix. requiſiti, hanc turbationem, moleſtationem & aſportationem, uno quaſi ore affirment, ſuper quo non eſt opus adducere iura, cum factum ſit in aperto. His ſic ſe habentibus, ius dñorum agentiũ manifeſtum eſt, quod decimæ nouales in fundis præſentis quæſtionis, tanquam qui in limitib. parrochię Ernhofen ſint cõprehenſi, fundato iure ad ſe pertineãt. Reſtat nunc confutare fundamenta, quibus dñi rei in actis primæ inſtantiæ & in lite præſentis controuerſiæ inhæſiſſe uidentur. Et primo iactitant & prætendunt domini rei in articulis eorum defenſionalibus, quinto & decimo, quod ipſi habeãt eccleſiã parrochialem S. Laurentij uillagij Langfeld ad ſe pertinentẽ cũ omnibus iurib. parrochialib. &c̄. quod tamen nõ obſtat. Nam licet uerũ ſit quod eccleſia S. Laurentij ſit ſpecialis parrochia, quę ad dños reos pertineat, & uerum ſit quod talis eccleſia ſit in fundo & terra uillę Langfeld ędificata, ex hoc tamen male & falſo infertur, quod propterea ipſa ſit eccleſia parrochialis uillæ Langfeld. Cum enim genitiuus regulariter dominiũ importet. l. ij. §. in locum. de relig. & ſumpt. fun. l. ſi domus. §. fin. de leg. i. cum ſimil. unde uerum eſſe nõ

potuit nec potest, quod dicta ecclesia sit parrochialis uillę Langfeld: nihil enim iuris ad eam habet sed: potius & uerius diceretur parrochia uillæ Stollingen. Proinde domini rei cum eorum ecclesiam nominant uillæ Langfeld parrochiã, quadam occulta & captiosa astutia usi fuisse, & fallaciam accidentis cõmisisse uidentur. Suprà enim à principio latissime deduximus, uillam Langfeld cum hominibus subiectis & omnib. iuribus parrochialibus, ad parrochiam Ernhofen pertinere, & nulli alij parrochiæ subesse, prout per testes & iura plus quàm satis fundatum est. Vbicunq; igitur uel in actis uel in dictis testium mentio fit de ecclesia parrochiali S. Laurentij uillæ Langfeld, iustissimus dominus iudex cogitet hoc non aliter esse uerum, nisi quod dicta ecclesia S. Laurentij in uilla Langfeld (ut in alieno fundo & terra) ædificata fuerit: quæ tamen magis debite in uilla Stollingen constructa esse debuisset. Et hoc ipsi domini rei met fatentur, cum in articulis eorum quasdam miraculosas fabulas adduxerunt, uidelicet, quod præfata ecclesia S. Laurentij in propria uilla Stollingen à principio cœpta fuit ædificari, sed ligna & lapides miraculose ad uillã Langfeld sunt transportata &c̃. Licet enim tales fabulæ ueritatis imaginem non habeant, ut colligitur per Bald. in rub. C. de prob. & in l. qui accusare. C. de æden. in l. si ita quis. in fi. ff. de euict. tamen ex eis (etiamsi uerę essent) manifeste appareret (reis met cõfitentib.) quod ecclesia S. Laurentij uillam Stollingen & attinentes cõcernit, & in uilla Langfeld nihil penitus iuris habet. Per prædicta nõ obstat, quod testes dñorum reorum dictam ecclesiam S. Laurentij nominant parrochialem uillæ Langfeld. Si enim huiusmodi depositiones impropriandæ, & impropriè sunt intelligendę, scilicet cum dicitur, ecclesia S. Laurentij uillæ Langfeld, intelligat̃, quæ ædificata est in uilla tali, tunc bene dicunt, quod tamen dominis agentib. nõ nocet. Si autẽ dicta eorum propriè intelligerentur, hoc est, quod præfata ecclesia ius parrochiale in uilla Langfeld haberet, tunc manifeste falsum deposuissent, & ipsorũ met testium depositiones quas fecerunt super interrogatorijs dñorum agentium, iij. iiij. v. vi. & alijs, in cõtrarium pugnarent, ubi ijdem illi testes dñorum reorũ aperte & clare dixerũt, uillam Langfeld totam cum hominibus & iuribus parrochialibus pertinere ad ecclesiam Ernhofen. Propterea necessitas iuris & naturæ postulat & exigit, quod testes suprafati dominorũ reorũ hoc loco intelligendi & saluandi sint, ut suprà à princ. diximus: aut tanquam manifeste sibijpsis cõtrarij, reij ciendi. Impossibile enim est, quod uilla Langfeld, quæ tota & qualibet sui parte ad Ernhofen pertinet, possit ecclesiæ S. Laurentij
17 aliquo modo subesse, cum duo insolidum unius rei nec possessores nec domini esse possint. l. iij. §. ex contrario. de acquir. poss. l. si ut certo. §. si duobus. ff. cõmod. l. Pomponius. §. sed et is. de procur. & fa. l. sed & si possessori. in princ. ij. respons. de iureiur. Præterea & canon dicit,

plures

plures ecclesias baptismales in una terminatione, id est, in eisdem limi- 18
tibus esse non posse. xvi. q. i. c. plures. & ibi gl. Et per prædictam cla
ram & euidentem declarationem, omnis dñorum reorū intentio con-
futata est. Ex eo enim quod eorū ecclesia S. Laurentij in uilla Langfeld
ædificata fuit, ipsi autem rei decimas in eadem uilla nō ex iure eiusdem
ecclesiæ, sed ex tit. laicali subleuabant, propter tantam uicinitatem per-
rexerunt ipsi, & prætenderunt rerum mixturam facere, & titulum laica
lem in parrochialem colorare, ut ita eis aditus esset ad decimas noua-
les: sed talis captio diutius latere non potuit. Ex supradicta declaratio-
ne etiam omnes aliæ dñorum reorum defensiones facile elidi possunt.
Nam dum per eos in articulis eorum xiiij. xxiij. & xxiiij. quidam asser
ti limites super asserta parrochiali ecclesia S. Laurentij uillæ Langfeld
adducūtur, omnino uanum & inutile est. Aut enim huiusmodi limites
concernunt ecclesiam S. Laurentij tanquam parrochiam uillæ Lang-
feld, & tunc sunt impossibiles, cum dicta uilla pertineat ad Ernhofen,
ecclesia autem S. Laurentij nihil iuris in ea habeat. Aut huiusmodi li-
mites cōcernūt eandem ecclesiā S. Laurētij, quod ad uillam Stollingen
& attinentes pertinet, & tunc ad dños agentes, cū de limitibus aut deci
mis parrochialibus uillæ Stollingen nulla sit differentia. Præterea con
stat dictos prætensos limites, per testes dñorum reorum nō esse proba-
tos, cum omnes huiusmodi testes de eis nihil certi deposuerunt. Am
plius, quod domini rei in eorum xvij. articulo prætendunt quandam
uiam, uulgò, Oberwyler weg / nominatam, pro limite describere, quæ ec-
clesias parrochiales Ernhofen & uillæ Langfeld diuidat &c. apertus
error est: tum quod ecclesia parrochialis Ernhofen à uilla Langfeld di-
uidi non potest, cum talis uilla ad eandem parrochiam pertineat, & ei
subsit, ut iam sæpe diximus: & nihil idem à seipso diuiditur. d. l. si quis 19
cum totū. in prin. de except. rei iud. & l. si cum testamēto. §. si fundū. eo.
tit. Imò esset contradictio & oppositum in adiecto, quod nec ius nec 20
natura recipit. l. si Titius. l. mulier. §. i. de cond. instit. cum similib. De-
nique testes dñorum omnes, exceptis vij. & ix. dicunt sibi de præfato
xvij. articulo, & sic de asserto limite eiusdem uiæ, nihil constare: & sic
idem articulus non est probatus. Nec obstant dicti duo testes septimus
& ix. tum quia non deponūt uerisimilia, imò & impossibilia astruere sa
tagunt, ex his quę iam suprà declarata sunt, cum impossibile sit idem di
uidi posse à seipso. Pręterea per dñorum agentium testes, numero plu-
res, magis idoneos, uerisimiliora deponentes, constat, quod dicta met
uia in limitibus parrochiæ Ernhofen est comprehensa. Et dato quod
campi uillæ Stollingen ad dictam uillam confinent, hoc tamen nihil ad
propositū, cum de decimis eiusdem uillæ Stollingen, nulla sit in præ-
senti causa & inter partes lis nec differētia. Hoc solum in tota causa cō-
siderandū est, quod fundi præsentis quęstionis omnes & singuli situati

ſunt, non in limitibus uel diſtrictu uillæ Stollingen, ſed Langfeld, quæ ambo loca pertinent ad parrochiam Ernhofen, & dñi rei nihil omnino iuris in huiuſmodi diſtrictibus, uel ad ea loca (ſalua eorum laicali decimatione) prætendere uel allegare poſſunt. & in hoc ſtat neruus cauſæ præſentis. Quod uero dñi rei in eorũ articulis quandam Capellam nouam circa uiuarium oppidi Langfeld pro limite allegauerunt, & quod talis Capella in eorũ eccleſia parrochiali uillæ Langfeld ſit ſituata &c. pari errore laborant, cum nulla ſit parrochia uillæ Langfeld in Ernhofen, ut ſæpe repetimus. Porrò per teſtes dominorũ agentium quaſi omnes ſufficienter probatũ eſt, dictam Capellam eſſe ſituatam & comprehenſam in limitibus parrochiæ Ernhofen, & non in limitibus reorum eccleſiæ S. Laurentij, id quod per teſtes manifeſtum factum eſt. Et uerum eſt, quod domini rei pro eorum intentione nihil probauerũt: nam teſtibus eorum de ſupradictis articulis nihil conſtat, exceptis quod prima teſtis & quartus aliquid uidentur ſuper eo depoſuiſſe: quibus tamen nõ creditur, cum domini agentes contrariũ per omnes ſuos teſtes probauerunt, qui ſunt numero plures, quibus & lux ueritatis aſsiſtit, et magis uerisimilia deponunt. d. l. ob carmen. in fin. de teſt. cum ſimilib. uulg. Quod uero domini rei in eorum articulis xxxi. & xxxij. conantur aſſerere, decimas præſentis quæſtionis non eſſe nouales &c. procedere non poteſt, imò ſuperius in uerſ. Imò & procurator. præciſe contrariũ fundauimus, ubi per ipſius met procuratoris reorũ confeſsionẽ, & per teſtes utriuſq; partis patuit, dictas decimas eſſe nouales. Nec obſtat quod teſtes dñorum ij. vij. ix. x. xiij. xiiij. dictos dñorũ reorũ articulos adſtruere uideant̃: quia niſi ſanè intelligant̃, manifeſte apparebit ipſos ſibi contradicere. Nam cum ipſi ad xxi. interrogatoriũ dñorum agentium interrogarent̃, depoſuerũt, quod agri præſentis quęſtionis ſint intra memoriam hominũ exculti & cœpti eradicari: quo caſu impoſsibile erat quod ipſi ſuper articulis reorum aſſererent, eas decimas quarum fundi intra memoriam hominũ ad culturam redacti fuerant, non eſſe nouales. d. c. quod per nouale. Sed credi poteſt eoſdem teſtes tanquam laicos, ignorãtia uocabuli eſſe deceptos. Nam apud illiteratos aliquos
21 ea opinio circunfertur, ut cum ager primo ligone eradicet̃, dicatur noualis: at uero ſi iterum poſtea colatur, noualis eſſe deſinat. hoc xvi. teſtis dñorũ reorũ opinari & ſentire uidet̃. Sed quia in eo erratur: nam ager
22 qui intra hominũ memoriam coli cœptus eſt, noualis dicitur quandiu memoria eradicationis & primæ culturæ extat. d. c. quid per nouale. l. fin. §. fin. de term. mot. unde facile fieri poterat, quod teſtes eorũ contraria deponerent, ſcilicet agros nõ eſſe nouales, quos tamen intra memoriam hominũ cultos eſſe affirmarunt. Veritas igitur errori præualere meritò debebit, præſertim cum procurator met reorum per iuramentum ſuum confeſſus ſit eos agros nouales eſſe, quod & per teſtes dominorum

norum agentium plus quàm ſufficienter probatum eſt. Tandem pro defenſione dominorū reorum aſſeueranter in iudicio deductum eſt in articulis eorum xiiij. xvij. xix. xxv. xxviij. xxx. quod ipſi extra & ultra fundos quæſtionis circumcirca, & etiam de agris quæſtionis omnes decimas iure parrochiali ab antiquo pacifice leuauerint, & leuare habeant &c̄. Sed hæc eorum intentio nō obſtat: tantum in huiuſmodi articulatis frigidus anguis in herba latet, ut elegāter aduocatus dñorum agentium in prima inſtantia dicebat. Domini enim rei hoc loco rerum mixturam facere, & tenebras obuoluere uoluiſſe uidentur. Vnde pro ueritate totius rei aduertendum eſt, quod triplex in pręſenti negocio decima intercurrit. Vna eſt decima dñorum reorum ex uillis Stollingen, quæ concernit eccleſiā S. Laurentij eis incorporatam: & de illa nihil ad propoſitū. Alia eſt decima laicalis, quam domini rei in diſtrictu oppidi & uillæ Langfeld parrochiæ Ernhofen, titulo emptionis, ut ſuprà in caſu dictum eſt, ſubleuare ſolent: & de hac decima etiam nihil ad propoſitum, cum rei in ſubleuatione eiuſdem decimæ laicalis non impediantur. Tertia eſt decima noualis, quæ obuenit ex agris præſentis quæſtionis in limitibus d. parrochiæ Ernhofen ſituatis, de qua præſens lis uertitur. Ad has decimas nouales, ut dñi rei aditū habere poſſent, quadam aſtuta calliditate uſi ſunt. Nam quia eorū eccleſia S. Laurentij in uilla Langfeld ædificata eſt, & quia ipſi rei decimas ex diſtrictu oppidi & uillæ Langfeld, non tamen alio quàm titulo laicali, ſubleuant, rem rei miſcere uolentes, auſi ſunt in iudicio proponere, quod ipſi huiuſmodi laicales decimas iure parrochiali eccleſiæ uillæ Langfeld ſubleuarēt: ex rerū enim affinitate & ſimilitudine ſeu uicinitate, facilis paratur deceptio. arg. l. i. §. i. de pig. act. l. ſi id quod aurum. de uerb. obli. in l. alioquin. in prin. de contrah. empt. cum ſimil. In quo duo manifeſti errores deprehendūtur. Primus, quod ipſi eorum eccleſiam S. Laurentij, male nominant eccleſiam uillæ Langfeld, cum nihil iuris in ea habeat: uerius nominarent eam eccleſiam uillę Stollingen. Secundus error, quod nō uerè iactitant ſe decimas in diſtrictu oppidi aut uillæ Langfeld iure parrochiali ſubleuare, quas ſolo titulo laicali ſubleuant: iura autem parrochialia ibidem ad nullam aliam parrochiam ſpectent, quàm ad eccleſiam Ernhofen. His ſic ſe habentibus, non obſtat quod teſtes dominorum reorum affirmant, quod ipſi rei decimas intra dicta loca & circumcirca ab antiquo leuauerint: intelligendi enim ſunt de dicta decimarū ſubleuatione, quæ eis ex prædicto titulo laicali competit. Nam nullus eorundem teſtiū dicit, quod domini rei in locis prædictis decimas iure parrochiali ſubleuauerint. Quibus conſequens eſt, quod cum domini rei ad duo ſe adſtrinxerint in eorū articulis, uidelicet, quod decimas ſubleuent, & quod iure parrochiali ſubleuent: unde licet primū ſit probatum, de quo tamen nulla unquam lis fuit, ſecundum tamen omnino 23

non probauerunt, cum nullus omnino teſtis de iſto aſſerto & confícto iure parrochiali depoſuerit. Propterea ſi nihil aliud contra reos eſſet, ta
24 men ex hoc ſolo ipſi domini rei ſuccumbere debent. Nam qualitas in articulis allegata neceſſariò probanda eſt, ut dicit Bart. in l. i. in prin. ne quid in loc. pub. qui alleg. optimũ tex. in l. iiij. §. docere. de ui & ui arm. & dixit Ioannes Cald. conſil. iij. teſt. quod ea quæ ſunt de ſubſtantia in articulando, etiam eſſe de ſubſtantia in probando: & qui in iudicio aliquid proponit cum cauſa expreſſe, etiam cauſam probare debebit. allegat vi. q. i. actor. c. ex literis. de proba. c. abbate ſanè. de re iud. lib. vi. pro hoc Ioan. And. Domi. Pet. de Anch. Philip. Franc. in c. i. de homi cid. lib. vi. qui allegãt c. i. §. ſanè. de ſtat. reg. eo. lib. Bal. in l. ſi quis, nõ dicam rapere. iij. col. uerſ. unde ſi ſtatutũ. C. de epiſ. & cler. idem in l. con uenticulam. C. eo. fa. l. denunciaſſe. §. i. de adulte. l. habebat. in prin. de inſtit. act. cum ſimilib. Sed quid laboramus: impoſsibile enim fuiſſet quod domini rei in ſubleuandis decimis intra diſtrictũ oppidi & uillæ Langfeld, aliquod ius parrochiale probarent, cum euidentia ueritatis conſtet, quod ipſi huiuſmodi decimationẽ à quodam laico Ioanne Berger ſuprà nominato, emerunt: quem quidem titulum licet domini rei libenter diſsimulaſſent, tamen domini agentes eum publicari & proferri fecerũt, producendo in actis primæ inſtantiæ quaſdam literas concordiæ, ex quibus dictus titulus laicalis eſt manifeſtatus. Ex quibus literis concordiæ etiam patet, quod domini rei propter ſubleuationem dictarum decimarũ laicalium, coguntur oppidanis Langfeld ratione diſtrictus & bãni annuatim pro ſteura ſeu collecta ſoluere xxx. ſolidos denariorum moneta loci. Qua ergo fronte auſi ſunt domini rei, uiri, ut creditur, religioſi, tam audacter coram tantis & tam nominatis uiris iudicibus præſentis controuerſiæ, titulum laicalem tacere & diſsimulare, qui ita euidenter apparet, & titulũ parrochialem iactare, quem probare nullo modo potuerunt? Ex prędictis de neceſsitate dicimus eſſe conſequens, quod eis dominis reis, ad decimas nouales præſentis quæſtionis nullum prorſus ius competit: tum quia per teſtes & fundamenta ſuprà adducta clarè patet, quod dicti fundi præſentis quæſtionis nec in toto nec in ulla parte in finibus eccleſiæ parrochialis S. Laurẽtij, id eſt, in finibus uillæ Stollingen, ſed in diſtrictu oppidi & uillæ Langfeld, & ſic in limitibus parrochiæ Ernhofen ſunt conſtituti: tum quia licet decimatio laicalis in dicto diſtrictu oppidi ex titulo laicali ad dños reos pertineat, tamen per hoc eis ad noualia nullum ius competit, prout de hoc eſt tex. in d. c. cum contingat. de decim. & apertius in c. ij. in fi. de decim. lib. vi. ubi talia uerba ponunt: Nec pro eo quod fortè in aliquibus parrochijs religioſi, omnes maiores decimas ſeu partem earum ac
40 quirunt de manibus laicorum, poſſunt pro eadem uel ſimili portione, ſi de nouo poſtmodũ fiunt noualia, in eiſdem petere uel percipere no-

ualium

ualium decimas eorundem, niſi alia rationabilis, per quam hoc facere ualeant, cauſa ſubſit &c̄. Hic tex. poteſt imponere finem liti, cum domini rei nullam iuſtam cauſam prætendere ad dicta noualia poſsint. Non ius parrochiale, ut ſuprà dictum eſt: non contractum laicalem, quia ille titulus noualia non comprehendit, ut hic dicitur: non priuilegiū, nullū enim extat: non præſcriptionē, quia in decimis in aliena parrochia prę ſcribendis ſine titulo, exigitur tantum tempus cuius initij nō ſit memoria. c. i. de præſcript. lib. vi. quod hic eſt impoſsibile, cum dicta noualia intra memoriam hominū in culturam ſint redacta. Nulla igitur cauſa eſt, qua dñi rei in dictis decimis noualibus adiuuari poſſint. Per hoc non obſtat, ſi opponeretur, quod teſtes dñorum reorum ſaltem aliqui depoſuiſſent, eoſdem reos dictas decimas nouales à multis annis ſubleuaſſe &c̄. Dato enim quod dñi rei huiuſmodi noualia aliquando ſubleuaſſent, hoc tamē de facto, & nullo iure feciſſent, prout ipſi nullū nec titulum nec ius ad huiuſmodi noualia probauerunt, ut iam proximè ſuprà declaratū eſt. Vnde detentatio ſeu occupatio iniuſta, & quam rei aliquando armata manu &ui fecerūt, eos nō adiuuat cōtra dños agentes, qui ius dominij ad d. decimas nouales tanquā rectores parrochiales, tam apertè probauerūt. Quis enim neſciat, quod is qui dominium probat, nudo poſſeſſori longe præferri debeat? id quod uulgò notū eſt ex toto tit. de rei uend. & fa. c. licet. de probat. Bald. in l. quoties. C. de rei uend. cum uulg. Et per ſuprà deducta, ius dominij dominorū agentium credimus ſufficienter & clarè eſſe fundatum & demonſtratū.

Reſtant duę declarationes faciendæ, quarum una libellum dominorum agentiū primæ inſtantiæ, altera ſententias latas cōcernit. Quo ad primū. Quia domini agentes in dicto eorum libello tantū petitorio inhæſiſſe uidentur, unde cum in poſitionibus eorum additionalibus, & ſic poſt litem conteſt. poſſeſſorium adiecerunt, poſſet prætendi quod illa mutatio eis non licuerit, per ea quæ tradunt in l. ædita. C. de eden. &c̄. Super quo reſpōdemus, quod imò domini agentes in dicto libello non ſolum petitoriū adduxerūt, ſed etiam poſſeſſoriū attigerunt, in eo quod cōqueſti ſunt ſe moleſtari à dñis reis, & petierūt decerni, eaſdem moleſtationes aſportationes dominorū reorū eſſe illicitas, eisq; imponi ſilentium. Quod autem uerbum, moleſtare, poſſeſſoriū denotet, gl. eſt mag. in c. audita. ſuper uerb. moleſtet. de reſtit. ſpoliat. ubi cum quidam per ſententiam prohiberetur ne Titium moleſtaret, dicit gl. per huiuſmodi uerba ſignificari, quod Titius poſſederat. & Innoc. in c. cū eccleſia Vulterana. de elect. poſt princ. ſentit eū agere poſſeſſorio, qui petit ne moleſtet. fa. quæ tradunt per Innoc. in d. c. licet. v. col. ad prin. de proba. idem in c. ueniens. ij. col. de præſcript. fa. c. bonæ. de appell. l. ſi duo. §. item uicinus. uti poſſ. Paul. de Caſt. conſil. cxcij. cum ſimil. Quæ cum ita ſint, non fuit opus poſſeſſoriū latius ſpecificari, quod ex

natura uerborũ includebatur. per ea quę dicit Bal. in d. l. teſtium. C. de teſt. qui allegat l. ſi margaritam. pro ſoc. & Fel. in c. tertio loco. ñ. col. de probat. fa. l. cum quid. in fi. ſi cer. pet. cum ſimil. Accedat, quod interpretatio libelli ad dominos agentes pertinuit. l. ſi quis intẽtione. de iud. Alex. in l. inter ſtip. §. i. de uerb. oblig. Innoc. & Canoniſtæ in c. examinata. de iud. cum uulg. Quod ſi prædicta non militarent, ſicut meritò militant, tamen quia ſuper libello dominorũ agentiũ eſt proceſſum uſq; in finem, & ſuper eo ſententia lata, imò & ius dominij prolatum, adiectio poſſeſſorij, etiam ſi poſt litem cõteſtatã inutiliter facta fuiſſet, non noceret. Poterat enim omnino obmitti & non adduci, cum petitorium præualeat. Sed iuris traditione habemus, quod actus qui obmitti poterat, ſi ſit uitioſe factus, nihil præiudicat. Bal. in l. ſi debitor. §. quæritur. quib. mod. pig. uel hyp. ſol. Feli. in c. ex tenore. ad prin. per duas col. de reſcript. laſ. in l. ubi pactum. pen. col. C. de tranſact. cum ſimil. 10 28

Quo ad ſecundum, quod declarandum diximus, ex parte ſententiarum latarũ per ambos dominos iudices, ſcilicet per dominũ prępoſitũ S. Petri Conſtañ. & per dominũ Doct. Ioannem Vuernherum: iſtæ enim ſententiæ inualidæ ſunt. Nam ſententia domini præpoſiti ex eo inepta eſt, cum per utroſq; litigantes ſuper totis decimis proceſſum ſit, & teſtes omnes quicquid depoſuerunt concernebat totas decimas, nec eſt aliqua mentio de parte decimarũ in toto proceſſu facta, non debuit iudex ſuper parte decernere. l. ut fundus. cõm. diuid. l. fi. C. de fideicõmiſſ. lib. vi. Præterea cum teſtes dominorũ agentiũ ad totas decimas ſe retuliſſent, & ſuper parte decimarũ unum uerbum non depoſuiſſent, aut ergo domini agentes bene probauerũt, aut nihil. Si primũ, tunc iniuſte pars decimarũ eis adempta eſt: ſi ſecundũ, iniuſte eis pars adiudicata eſt. & hoc arg. eſt in iure ualidum. l. arbor. ad fin. cõm. diuid. c. quo iure. diſt. viij. Hac ratione dicta ſententia ualide ſubuertit. Nõ enim decebat quod ruſticam iſtam diuiſionem iudex ſuo ſtomacho introduceret, cõtra naturam proceſſus. arg. l. Neſennius. de neg. geſt. Amplius exiſtimamus, etiam dictam ſententiã domini præpoſiti eſſe ſibijpſi contrariam: quod ita probamus. Per ſententiam primam domini decani eccleſiæ Conſtañ. conſeruatoris dominorũ agentiũ, tota decima dominis agentibus adiudicata fuit, & ſic quælibet eius pars, quia in toto ineſt pars. l. i. §. ſi ſtipuler. de uerb. oblig. d. l. ſi quis cum totum. de excep. rei iud. Nunc dominus præpoſitus poſtea dictam ſententiam domini decani in totum reuocauit. Nam qui ſimpliciter reuocat, reuocat in totum, cum uerba ſimpliciter poſita totum ſignificent. l. ſi cui. de ſeruit. l. ſi ita relictum. de leg. ij. cum ſimil. & ſic omnem partem decimarũ à dominis agentibus abnegauit. Nam à quo remouetur totum, & quælibet eius pars. l. fundi. in fin. de fund. inſtru. l. i. & ij. de pecul. leg. Cum autem in eadem ſua ſententia, in fine, idem iudex dimidiam partem decimarum 20 29 30 40

marum dñis agentibus adiudicasset, iuste infertur, id quod à principio dominis agentibus iudex iste abnegauerat, eis postea adiudicasse: quæ certe contraria sunt. Nam eandem partem abnegare & adiudicare, inter sese pugnant. Hoc uero existente, dicta sententia ipso iure nulla est, tanquam repugnantiã cõtinens. gl. in c. cum ergo. ix. q. iij. Ioan. And. in mercur. in regula, nullus. Bar. in l. duo. de re iud. & idem in l. si pupillorum. §. quid ergo. de reb. eor. &c̃. cum simil. Quod si prædicta nõ procederent, aliàs tamen constat dictam sententiam per ipsam rei euidentiam esse iniquam & iniustam. Cum enim iustitia dñorum agentiũ aperte patuerit, utpote quod ipsi suos parrochiales limites ecclesię Ernhofen sufficienter probauerint, porrò & probauerint agros quęstionis in eisdem limitib. contineri, & esse nouales, nec quicquam ultra eis necessarium erat: è diuerso, domini rei quasi in omnibus suis articulis in probatione defecerũt, imò & in decimis eorum laicalibus titulum emptionis occultauerunt, & titulum non uerum iuris parrochialis, quo ad easdem decimas laicales, non sine præsumpta fraude colorare intenderunt, prout illa omnia superius per extensum sunt fundata: iure igitur fieri non potuit, quod ipsi rei sententiam obtinerent. Nam si uerum est quod sententia pro actore ferri debeat, si ius rei est dubiũ, ut dicit Bal. 31
in d. l. ubi pactum. C. de transact. & fa. c. post electionem. c. cum super. de concess. præbend. Bal. in l. fi. §. sin autem. C. de edict. diui Adr. toll. cum simil. quãto fortius in casu nostro sententia pro dominis agentib. ferri debuerat, in quo ius reorum nõ dicimus dubium, sed aperte ruinosum erat. Vnde dictam sententiã non immeritò existimamus per rei euidentiam esse iniquam & iniustam. Huic succedit iuris doctrina qua dicitur, sententiam quæ ex rei euidentia iniusta & iniqua apparet, esse nullam. Innoc. in c. fraternitatis. de frigid. & male. idem in c. Bertoldus. de re iudic. & in c. quia plerique. de immu. eccles. Abb. post Inno. in c. inter cæteras. de re iud. Bal. in rub. C. de probat. fa. l. de confessionib. de interrog. act. Azo in Summa. C. ad l. Aquil. cum simil. 32
Cum ergo per supradicta pateat sententiam dñi prępositi S. Petri Constañ. ineptam, sibijpsi contrariam, euidenter iniquam, iniustam, & propterea nullam esse, consequens est, quod etiam sequens sententia dñi Doct. Vuernheri, iniqua, iniusta & nulla sit, tanquam quæ ex ruinoso fundamento procedat: nam à primordio tituli, posterior formatur euentus. l. i. C. de impo. lucrat. descrip. lib. x. & radix à principio morbosa, nõ facit uirentem stipitem. c. cum inter. in fi. ibi gl. in uerb. donatione. Abb. ibi, de re iudic. fa. c. inter dilectos. de fid. instru. cum simil. Hæc habuimus uenerabilis pater dñe iudex, quæ in hoc negocio nobis scribenda occurrerunt. Et licet pro dñis agentibus scribere & honestas & affectio exigat, tamen si domini agentes causam iniquam fouissent, prout & iustissimam fouent, nedum nõ iniquã, nullo fueramus uel uinculo uel amore, 33 34

ne uel precio ingenti permouendi, ut contra iustitiã, quam iuris Doct. tantopere uenerari & defendere tenetur, scriberemus. Prædictas ita informationes, ego Vdalricus Zasius L L. Doct. ueritatis amore uestrę paternitati destinamus, quas & iuri consonas & fundatas esse asserimus, saluo cuiuscunque melius sentientis iudicio.

Summaria Consilij duodecimi.

1 Quælibet principis cõmissio delegatum non facit.
2 Delegationis potestas non præsumitur, nisi probetur.
3 Quis sit principalis.
4. 16 Cum plures delegantur, eorum par & uniformis est iurisditio.
5 In quacunq; dispositione absurdum est, si inferior præscribat legem superiori.
6 An per nominationem principalis & cõmissarij in compromisso, aliquis censeatur ordinariam iurisditionem habere.
7 Arbitri tenentur sequi ordinem iudiciarium.
15. 17 In compromissis arbitrorum solet pœna apponi, ut metu pœnæ pareatur: aliàs non cogetur arbiter pronunciare.
9 Arbitratores dare uni parti, & adiungere alteri possunt.
10 Amicabilis compositor sine partium uoluntate nil potest.
11 Arbitramentum est quædam transactio.
12 Quemadmodum iudex secundum allegata & probata coram eo iudicare, & se ex ipsis informare debet, ita & arbitri, cum arbitraria sint redacta ad instar iudiciorum.
13 Cum in aliquos cõpromittitur simpliciter, & non exprimitur an in arbitrũ uel arbitratorem, in dubio intelligitur factum ut in arbitrũ, cum nemo præsumatur uelle iactare res suas.
14 Ex quibus signis cognoscere possimus, utrũ aliquis ut iudicẽ uel arbitrũ adierit.
18 Arbitria non possunt reduci, sed standum est, siue æquè siue iniquè sit diffinitũ.
19. 25. 33 Iuramentũ præcise seruandũ est, quod sine interitu salutis æternæ seruari potest.
20 Iuramentum tantum facit, quod pars præcise cogi poterit ad factum.
21 Reductio est quædam appellationis species.
22 Cum omne refugium est exclusum, utrum etiam eo casu reductionem includat.
23 Verba debent intelligi, ut aliquid operentur.
24 Communis usus loquendi attendendus est.
26 Quemadmodum appellatio gradatim ad proximum superiorem interponi debet, ita & reductio.
27 Si pendente appellatione appellans aliquid attentat siue innouat, perdit appellationem, ut in eo puniatur in quo deliquit.
28 An in compromisso de iure ciuili iuramentum teneat.
29 Compromissa etiam inter laicos & in terris Imperij iuramento firmari possunt.
30 Iuramentum est de foro ecclesiæ.
31 Imperator in spiritualibus non potest aliter disponere quàm ecclesia.
32 In eo casu quo lex, item & canon discrepant, si uertitur animæ periculum, canonem in utroq; foro seruari oportet.
34 Iudex fraudi obsistere debet.
35 Licet reductioni renunciatum sit, potest tamen ex causa probabili peti.
36 Reductio in compromissis iuratis pro læsione enormissima, seu intolerabili admittitur, nisi expresse cautum esset, quod prętextu læsionis etiam enormis uel enormissimæ, reduci non debeat.

Quam-

37 Quamuis iure canonico à ſententia arbitri uoluntariĳ non poſsit appellari, ſupplicari tamen poteſt.
38 Enormiſsima læſio inducit re ipſa dolum.
39 Sententia Imperatoris lata cum cauſæ cognitione, facit ius, licet nõ ſit inſerta corpori iuris.
40 Principis ſententiam quilibet iudex ſequi tenetur.
41 Imperator omnia iura in ſcrinio pectoris habere cenſetur.
42 In facto principis ſemper iuſta cauſa præſumitur.
43 Arbiter omnem ſuam & notionem & poteſtatem ex tenore cõpromiſsi haurit.
44 Compromiſſa ſunt ſtricti iuris, in quibus ſolummodo ea ueniunt de quibus ſpecialiter eſt conuentum.
45 Quicquid non reperitur conceſſum priuilegio uel compromiſſo, illud denegatũ eſſe intelligitur.
46 Limitata poteſtas, limitatum habet effectum.
47 Laudum quod contra tenorem compromiſsi pronunciatur, nullum eſt.
48 Arbitria ad inſtar iudiciorum ſunt redacta.
49 Expreſsio eorum quæ tacite inſunt, nihil operatur.
50 In agris limitatis ceſſat acceſsio ueniens à flumine publico.
51 Arbitri nihil illicitum faciunt, cum iuxta uim compromiſsi pronunciant.
52 An fines deſignati cenſeantur ut agri limitati, ita quod fluminis affluxu non mutentur.
53 Iudex adiudicatione facit de meo tuum, & è contra.
54 Aliud eſt eſſe iuris publici, aliud uſus publici.
55 Nullitas quæ prouenit ex defectu poteſtatis arbitrorũ, nunquam uidetur excludi lege, ſtatuto uel alia diſpoſitione.
56 Quando laudum arbitri habeat atq; mereatur executionem tanquam ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam.
57 Quamuis expreſſe ſit appoſita compromiſſo executio per ſtatutum, ſi tamen dolus arbitri intercedat, eo caſu ſtatutum nihil operatur.
58 Si pars iuraſſet ſeruare futurum præceptum iudicis, & iudex modum excedat, appellari poteſt.
59 Sententia quę lata eſt propter contumaciã, eſt ſententia quædam interlocutoria.
60 Iure permittitur & licet pendente appellatione ſuam conſeruare poſſeſsionem.

CONSILIVM DVODECIMVM.

ORTA iamdudum diſſenſione inter magiſtrum ciuium & conſiliarios oppidi Grunach ex una, & cõmunitatem uillarum Oſsingen, Berlingen, cum litis cõſortibus, alia ex parte, occaſione inſularum & aliorum arbuſtorum quæ flexibus, alluuione & incurſu fluminis Danubĳ emergunt, alĳsq; dependentibus & connexis: cum oppidum Grunach à quadam ſententia à iudicibus in F. lata, ad iudicem ſuperiorem appellaſſet, & appellationem proſequeretur, iudex appellationis conſenſu ambarum partium ſuper tota controuerſia compromiſſum inter eas fecit, iuxta eius latiorem tenorem. Lato per arbitros laudo, dictum oppidum mox reclamabat, & intra tempus debitũ ad arbitriũ boni uiri reduxit: cui tamen reductioni reſiſtit pars altera, compluribus obiectis exceptionibus quibus reductionem repellere nititur. Quæritur quid iuris. Ex proceſſu & actis

uideo circa tria dubitari posse. Primo, an miles de l. sit delegatus. Secundo, si non est delegatus, an saltem ipse cum adiunctis sint arbitri, uel arbitratores. Tertio, an reductio ad arbitriū boni uiri sit recipiēda.

Quo ad primum, uidetur dictus miles esse iudex delegatus, propter uerba compromissi, quæ sonant, quod miles sit ordinatus tanquā commissarius & superior, & quod ei debeat desuper mandatum & potestas dari. facit c. hi qui. in fi. de præbend. lib. vi. l. arbitro. ff. qui satisd. cog.

Sed in hoc puncto breuiter agendo, certum est eum non esse delegatum: quia licet in compromisso fiat mentio mandati, tamen generaliter ponitur sine declaratione, an in uim delegationis, an simplicis excitatio
1 nis de mandato fiat: nō enim quælibet principis cōmissio delegatū facit, iuxta materiā c. licet. de off. ord. ubi regula tradit, eum cui aliquid à principe cōmittitur, non propterea fieri delegatum, si eius potestas nō alteratur. Pet. de Anch. per gl. fin. in d. c. hi qui. & id sequit ibi Domi. de S. Gemi. fa. not. in c. ij. de off. uicar. eo lib. vi. Bald. in l. ius ciuile. de iust. & iur. Ang. in l. & quia. de iurisd. om. iud. Deniq; delegatio cau sæ uenit ab extrinseco. Delegati enim non nascuntur: quapropter de-
2 legationis potestas non præsumitur, nisi probetur. gl. c. si fortè. de elect. lib. vi. gl. l. si uero. §. qui pro rei. qui satisd. cog. Vnde opus est allegare & probare se esse delegatum, ut est tex. in c. cum in iure. de off. deleg. cū dicit, certus extiteris: qui secundum Hostien. præ se fert, non sufficere ut constet de delegatione præsumptiuè: nam in eo præsumpta probatio non sufficit: quia esse delegatum, est officiū. rub. de off. deleg. & ff. de off. eius cui mand. sed officia non præsumuntur. l. prohibitum. C. de iure fisc. & ibi Doct. Sed ex uerbis compromissi nō uenit probatio delegationis, imò personæ in eo nominatę, sunt principaliter consensu partium assumptæ, concurrente tamen decreto superioris ad maiorem cautelam, non ad alterationem officij. Item cum iste miles fuerit datus
3 ut esset principalis, uulgò, ein obman, qui alijs adiunctis habebat assi-
4 gnare locum, hoc non solet fieri cum plures delegantur, quorū par est & uniformis iurisditio. c. prudentiam. c. causam matrimonij. de off. deleg. Deniq; si iste miles esset delegatus principis, inferiores iudices siue partes nō potuissent ei præfigere terminū finiendi causam, quod in hoc compromisso factum est. fa. not. c. tuam. de ord. cog. c. cum sit. de appel. Et licet iudex à quo, præfigat parti appellanti terminū prosequendi, tamen non potest præfigere iudici ad quem: pro quo not. Clem. sicut.
5 de appell. Et est in quacunq; dispositione absurdum, si inferior inferret legem superiori. Bal. in l. non dubium. iiij. col. C. de ll. & in l. conuenticulam. iij. col. C. de episc. & cler. Bart. l. omnes populi. de iustit. & iur. uers. sic iuxta prædicta quæro. Puto itaq; satis probatum esse, hunc militem non esse delegatum, & sic actoribus non obesse quod reduxerunt & non appellarunt. Porrò & dictus miles nō fuit ordinarius iudex par

tium,

tium, cum notorium sit, nihil eum ordinarij iuris in partes habuisse. Quapropter dicta nominatio qua in compromisso nominatus est prin 6
cipalis & cõmissarius, nullam ordinariam iurisditionem ei dedit: nec enim concurrunt ullo modo in eo signa ordinariæ iurisditionis, de quibus per Hostien. in tit. de off. ord. Doct. in Clem. etsi principalis. de rescriptis. moderni in rub. de off. ord. quæ nõ libet hic rescribere. Vnde satis impertinenter procurator partis reæ dictum militem alicubi delegatum, alibi ordinarium nominauit.

Super secundo dubio, an dictus miles cum deputatis adiunctisq; fuerint & sint arbitri, uel arbitratores: super quo nodo per procuratores partium uehemens fuit cõflictus. Et uidetur primo, quod huiusmodi personæ fuerint arbitratores. Licet enim uerba cõpromissi sint ambigua, tamẽ processus factus coram deputatis, arguit eos arbitratores: arbitri enim tenentur sequi ordinem iudiciariũ. l. i. de arbit. At hi nullo 7
ordine iudiciario processerũt, sed uisis tantũmodo instrumentis & auditis (sine processu iudicij) partibus, laudum fecerunt: unde ex procedendi modo præsumitur iudicantis officium. Deniq; in compromissis arbitrorum solet pœna apponi, ut metu pœnæ pareatur, aliàs non co- 8
getur arbiter pronunciare. l. nõ distinguemus. §. i. de arbit. At hic nulla est pœna apposita: erit igitur arbitramentũ, nõ arbitriũ. Sed nõ obstantibus his & alijs, puto nõ esse dubitandum, quin dictus miles cum adiunctis fuerint arbitri, & nõ arbitratores: quod multipliciter constare potest. Primo ex uerbis compromissi, eo loco quo dictis arbitris iniungitur, ut primo attentent amicabilem concordiam inter partes. Ex quo patet, quod nõ poterant ex seipsis dare uni parti, & adimere alteri: 9
quod arbitratorum est. Doct. in c. Quintauallis. de iureiur. Bar. l. si societatem. §. arbitrorum. pro soc. Bart. l. i. §. & post. de oper. no. nunc. Amicabilis enim compositor, sine partium uoluntate nihil potest. 10

Porrò & ex alijs uerbis compromissi, clarius cõstat eos esse arbitros: sic enim scribitur, Wo aber die güetlicheit nüt verfangen möcht / sye alßdann mit sampt obgemelten beysitzern rechtlich vñ entlich entscheiden. quibus uerbis patet, iniunctum eis esse, quod si amica compositio non habeat locum, debeant negocium iure uel iuridicè diffinire. at hoc non est arbitratorũ. Arbitramentum enim est quædam transactio. Bart. d. §. & post. fa. Auth. 11
ut diff. sint iud. in prin. in quo arbitramento non est locus iuridicæ diffinitioni, ut suprà patuit. Relinquitur, dictos deputatos esse arbitros.

Denique & hoc ex alijs uerbis compromissi colligitur: sic enim scriptum est, Die partheyen mit den vorgefallen vrteilen / processen / hõẽ sõllen. At hoc arbitri est. Sicuti enim iudex, secundũ allegata & probata coram eo, iu- 12
dicare, & se ex ipsis informare debebit, de quo Doct. in c. pastoralis. §. quia uero. de off. deleg. cum sim. sic & arbitri hoc facere debent, cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorũ. d. l. i. de arbit. Itaq; quia in cõpro-

missso præsentis quæstionis dictum & conuentum est, quod deputati motu sui capitis facere, sed de iuribus, sententijs, processibus, testimonijs partiū informari debeant, cōsequens est eos esse arbitros. Pro illo
13 facit, quod cum in aliquos compromittitur simpliciter, & non exprimitur, an in arbitrum uel arbitratorem, in dubio intelligitur factum ut in arbitrum, cum nemo præsumatur uelle iactare res suas. uulg. l. cum. de indebito. Et hoc uult Aret. in l. i. C. de arbit. pro quo allegat. c. ueniēs. de iureiur. cum ibi not. Dicit ibid. Baldus, tu dic, tale laudū non potest uenire in conclusionem alicuius libelli, & ideo non potest dici compromissum tanquam in arbitros: & dicit esse dictum subtile & notabile. Sentit ergo, quod ubi laudum poterit uenire in conclusionem libelli, intelligantur fuisse arbitri: quo dicto planè firmat, sententia ista hic fuisse arbitrorum. Adiuuat gl. singul. in l. i. de iud. in uers. si quæris. ubi dicit,
14 si quęris, qualiter sciam, utrū ut iudicem uel arbitrū adierim: Respōdet, illud perpende ex istis quæ præcesserunt. l. si seruus plurium. in fin. de leg. i. Si nulla præcedentia apparent, & pœna apposita est, præsumitur
15 ut arbiter, quia compromissis consueuerunt pœnæ apponi. l. litigatores. de arbit. & quod præsumatur pro eo quod fieri consueuit. fa. text. c. prudentiam. in prin. de off. deleg. l. iuris gentium. §. pactorū. de pact. Subiungit tertio dicta gl. si hoc non apparet, præsumam quod ut ordinarius processerit, ut actus ualeat. per l. quoties. de reb. dub. Per hanc gl. tollitur altercatio. Hic enim sunt prędambula: quia datus fuit miles superarbiter, qui habet conuocare, & partibus alijsq; assumptis assignare locum & terminum, quod non solet fieri per alterum delegatum, cum plures delegati dant. arg. d. c. prudentiam. cum in eis una & uniformis
16 sit iurisditio, nec unus altero maior, ut suprà in primo dubio satis scripsi. Relinquitur, quod dicta uerba prędambula, quia in delegatum sonare nō possunt, nec in ordinariū, ut sonent in arbitrum. Faciat quod hic apposita uidetur pœna periurij. Vnde concludo, dictum militem cum suis adiunctis esse arbitros, in quos per partes data opera dñi iudicis appellationis, fuit compromissum, nō de articulo appellationis, sed de negocio principali, & ita de lite, siue de re dubia. Sic de negocijs super quibus lata fuit sententia, cuius effectus suspendebatur siue ponebatur in dubium per appellationem, ut Doct. moderni in rub. de appel. quę sententia non transiuit in rem iud. fa. Clem. quandiu. de appell. Licet enim negocium uideatur uel præsumatur liquidatum, quo ad primum iudicem, ut uoluit Ang. Imol. in l. Pomponius. de re iud. tamen non dicitur certa. Non obstant nunc argumenta in oppositum. Et primo dum prætenditur, processum esse tanquam coram arbitratoribus &c. quia hoc nō habet fuudamentum. Nam cum acta & actitata producta sint, & neutra partium uoluerit alteri quicquam de suo remittere, processus non denotat arbitratores. Prętera non ex processu, sed ex cōpromisso

creatur

creatur arbiter uel arbitrator. Secundo non obstat de pœna: quia non
est perpetuum, quod in solis compromissis, item in omnibus pœna ap- 17
poni soleat. d.l. non distinguemus. §. i. & ibi gl. Vnde non probat hoc
esse &c. l. neq; natales. C. de probat. Deniq; hic pœna periurij apposita
est, quæ satis magna esset si excederetur. l. si quis maior. C. de transact.

Super tertio dubio, in quo stat medulla, an reductio ad arbitriũ bo-
ni uiri, sit recipienda? Et subsequendo aliqua motiua procuratoris par-
tis reæ, uidet̃ multipliciter, dictam reductionem nõ esse admittendam.
Et primo obstat exceptio peremptoria laudi, quod ab arbitro datum
10 est, non ab arbitratore: cum suprà satis probatum est, compromissum
esse arbitrium, non arbitramentum. Est autem euidentis iuris, arbitria
non posse reduci, sed standum esse laudo, siue æquè siue iniquè sit diffi- 18
nitum. l. diem. §. stari. de arbit. qui text. in terris Imperij, in re prophana
debebit procedere. Licet fortasse supplicari potuisset, tamen non est re
cepta reductio. fa. not. in c. fin. de arbit. lib. vi. gl. in c. à iudicibus. §. i. ij.
q. vi. Ioan. And. ibid. Domi. de S. Gemin. d. c. à iudicibus. Accedat
maxime, quod compromissum in casu nostro est iuramento partium
firmatum, non quidem solenni, de quo in c. ego N. de iureiur. sed fide
loco iuramenti data, quæ eiusdem est effectus & operationis cuius iura
20 mentum. c. ad aures. quod met. cau. c. peruenit. de fideiuss. cum uulg.
Huic succedit doctrina iure canonico expresse fundata, quod iuramen 19
tum præcise seruãdum est, quod sine interitu salutis æternæ seruari po
test. c. cum contingat. de iureiur. c. quamuis. de pact. lib. vi. cum simil.
licet pars iacturam bonorũ patiat̃, ut uidetur uelle Ioan. And. in addit.
ad Specul. in tit. de arbit. ubi refert disputationem Ioan. Cald. & Lud.
Rom. in rub. de arbit. Et potest iudex ex officio, quia uertitur periculũ
animæ, repellere partem ab audientia. pro quo not. in c. cum nobis. de
elect. gl. uerb. cõtumacia. c. cupiẽtes. §. cęterũ. de elect. lib. vi. Imò huius
modi iuramẽtũ tantũ facit, q̃d pars pręcise cogi poterit ad factũ, ut pro 20
30 illo allegat̃ gl. in l. si pecuniã. in uers. necesse. de cõd. ob caus. Bal. l. i. C.
de sent. quę pro eo. Ioan. de Imol. in c. per tuas. de arbi. col. x. Alex. pro
illo dicto põderat post dn. Ant. tex. in c. querelã. ne prælat. uic. suas. Vi
deri igit̃ posset oppidanos (exceptione iuramẽti per partẽ ream opposi
ta) repellẽdos esse, nisi fortè absolutionẽ obtinuissent à iuramẽto. Ioan.
de Imol. d. c. ij. de arbit. col. ij. Fed. de Sen. cõsil. cxxv. incipit, Super eo
quod quærit̃. ubi tenet, absolutionẽ esse necessariã à iuramento, etiam
si laudum sit iniquum. Prętera reductio non admittitur. Nam perpen
dendo uerba compromissi, uidetur cautũ, quod laudũ statim transeat
in rem iudicatam. Sic enim dicitur, Vnd fürter alſo dem von beyden partheyen
40 gelebt vnd nachgangen werden etc. quæ uerba afferunt pactum de stando iu
dicato: unde cessat reductio, sicut cessaret appellatio. Bal. l. i. C. de arbi.
Est enim reductio quędam appellationis species. l. non distinguemus. 21

§.cum quidam.de arbit. Deniq;,cum reductio sit species appellationis,& constet quod in compromisso est renunciatũ omni appellationi, igitur & reductioni renunciatum uideri: quia à quo remouetur genus, ab eo et species:et sicut posset appellari etiam à sententia iniqua,ita nec reduci,etiam si laudum sit iniquum. Adde,quod non solum appellatio ni,sed etiam omni alij refugio renunciatum est. Nam dicitur in cõpro-
22 misso, On verzer appelliern vnd weygerung/ ut sic omne refugium sit exclusum : quo casu nimirum & reductio includitur, etiam si in uerbo appel
23 lationis nõ includeret:nam uerba debent operari.l.si quando. de leg.i. & maxime uerba ampliatiua.l.in repetendis.de leg.iij. Omnino autem hoc uerbum, weygerung/quod multum generale est,reductionem complectitur,arg.eorum quæ not.in l.sub prætextu.C.de transact.l.iij. C. de iudi.cum simil. Et habet se ita communis usus loquendi, ut sub uer-
24 bo weygerung/omne refugium ueniat,qui usus est attendendus,per iura uulg.l.librorum.§.quod tamen.de leg.iij.l.cum de lanionis.§. asinam. de fund.instr.Nec dicas,reductionẽ ideo nõ cõtineri,quod reductioni futuræ non possit renunciari etiam expresse,nedum tacite : de quo per Dyn.in reg.scienti.Ioan.And.in addit.ad Specul.in tit.de arbit.§.fin. Bart.d.l. si societatem. §. arbitrorum. pro socio. Panor. consil. lxiiij. cum simil. quia hoc non habet locum in præsentia,ubi interuenit iura-
25 mentum,quod prorsus seruandum est,cum sine interitu salutis æternę seruari possit.per iura suprà allegata. Amplius facit.Dato ẽm quod reductio sub uerbo weygern/ non contineret,adhuc tamen ista reductio non esset recipienda : quia cum reguletur iuxta naturam appellationis,
26 & constet appellationem interponi debere gradatim ad proximũ superiorem, l. Imperatores. de appell. similiter & reductio non per saltum, sed ad proximũ superiorẽ fieri debuisset. In casu autem nostro dicitur, reductionem factam esse ad Imperatorem,ut ad Imperatorẽ: hoc enim per partem ream allegatur:igitur nõ ritè facta est. Ex quo nascit aliud fundamentum:quia ista reductio aut est facta illegitimè ad Cęsarem, & habetur intentum:aut est legitimè facta,tunc certe, quia Cæsar eam recepit,& causam ad se assumpsit,ut ex literis inhibitorijs patet:ista aduocatio eo casu suspendisset iurisditionem iudicis inferioris. c. ut nostrũ. de appell.Et sic reductio non esset recipienda,saltem eo casu,quo iudicis iurisditio esset suspensa ex causa prædicta. Præterea ex alio uidet hæc reductio repudiari debere.Nam allegatur pro parte rea,quod ipsi per sententiam iudicis propter cõtumaciam actorũ ab ista reductione sint absoluti, quo casu exceptio rei iud. eis obstabit, ut non audiantur. fa.not.c.i.de lit.contest.lib.vi. Tandem obstare uidet parti reducenti, quod ea pars pendente articulo reductionis, sua uoluntate, & de facto uiolentiam intulerũt,lapides finales destruendo,cum simil.factis:nam hoc facto uidẽt à reductione discessisse,sicuti in appellatione fit. Nam

si pen-

si pendente appellatione, appellans aliquid attentat siue innouat, perdit appellationem, ut in eo puniatur in quo deliquit: contempsit enim iuris beneficium, propria autoritate sibi consulendo, unde hoc perdet. c. an sit. de appell. fa. in arg. l. fi. C. de pact. cõuent. cum sim. Sed his alijsq; quæ fortè ex allegationibus partium deduci possent, non obstantibus, iudicandum puto sicuti ex subscriptis constabit. Præmitto autem ante omnia, quod licet pro parte actorũ, uidelicet ciuiũ in Grunach, præten datur, quod super compromisso de iure ciuili iuramentum non teneat, 28
per Authen. decernimus. C. de arbit. cum simil. hoc tamen non est iure
10 fundatum: tum quod si in corpore unde hæc Authen. sumitur, uerba ponderes, ista prohibitio modum habet & limitationem, & non est sic simpliciter facta: tum etiam, dato quod d. Authen. simpliciter prohiberet, tamen cõmunis est & recepta iuris doctrina, compromissa etiam 29
inter laicos & in terris Imperij, iuramento firmari posse. d. Authen. non curata. Iuramentũ enim est de foro ecclesiæ. c. fin. de for. comp. lib. vi. 30
c. licet. de iureiur. eod. lib. vi. cum simil. Et in spiritualib. Imperator nõ 31
potest aliter disponere q̃ ecclesia. not. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles. c. per uenerabilem. qui fil. sint leg. quicquid dicat in l. adigere. §. quamuis. de iure patron. Vnde Doct. in c. fi. de arbit. lib. vi. uolunt, ca
20 su quo lex item canon contrariantur, si uertitur animæ periculum, ca- 32
nonem in utroq; foro seruari oportere, ut ita lex cedat. Cum igitur de iure canonico iuramẽta quæ sine salutis æternæ interitu seruari pos- 33
sunt, sint seruãda, ut suprà latè probatũ est, infero, q̃d iuramentũ nostri cõpromissi, in his quæ de iure potest includere, tenet & operari debet.

Decidendo autem causam prẽsentem, puto quod reductionis casus, etiam saluo iuramento, admitti possit & debeat. Circa quod primo aduertendum est, quod pars reducens, suam supplicationẽ implorationis officij, nõ obtulit bono uiro, id est iudici, nudam, sed coloratã & uestitam. Proposuerũt enim actores causas grauaminis coram iudice redu-
30 ctionis, quæ si ueræ sint in facto, & probari siue ostendi possint; sine dubio negocium reductionis adiuuare, & laudum datum infirmare po terũt & debebunt: quapropter dolus seu fraus, quæ aliàs in parte redu 34
cente præsumeretur, & cui iudex obsistere deberet. l. fraus. deleg. cum uulg. ista iam cessat. Vnde ad officium boni & probi uiri pertinet, et de iure cõmuni tenetur eandem reductionem sic coloratã admittere & audire, quæ aliàs nõ esset admittenda, si esset nuda proposita: sicut simile traditur in c. Romana. §. sin autem. de appell. lib. vi. ubi cum pars super debito notorio uel confesso cõdemnata appellat, licet iure cõmuni ea appellatio prohibeatur, si tamẽ in appellatione proponat causas ratio-
40 nabiles, quibus sua appellatio, quæ prima facie iniusta uidebat, defendi possit, atq; resistentia iuris cõmunis obumbratur, iam redditur admissibilis, & iudex adîtus eam recipere debet. pro quo casus c. cõsuluit. de

appell. ſecundum intellectum Dn. Panor. quem etiam refert Alex. fa. c. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & propr. ubi qui iure reſiſtente poſsidet, licet prę̃ſumat̃ iniuſte poſſidere, per iura uulg. c. i. de prę̃ſcrip. lib. vi. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. eod. lib. ſi tamẽ huiuſmodi poſſeſsio ueſtitur aliquo colore, efficit ut toleretur. Hoc eſt quod Dyn. dicit in c.
35 ſcienti. de reg. iur. lib. vi. quod licet reductioni renunciatum ſit, poteſt tamen ex cauſa probabili peti. quam doctrinam ſequitur Ioan. And. in addit. ad Specul. de arbit. §. fin. & fa. in arg. gl. in l. quidam cum filium. de uerb. oblig. in l. quæro. §. inter. locati. Vnde in propoſito, quamuis ex obiectione exceptionum peremptoriarũ per partem ream facta, quę̃ dam reſiſtentia & iniquitas reductionis appareat, tamen cum è diuerſo rationabiles cauſæ pro iuſtificanda reductione ſint deductæ (quæ ſi in facto probari poſsint, laudum, ut ſuprà dixi, infirmabunt) unde debet et tenetur iudex reductionis, tanquam bonus, probus & æquus uir, eandem reductionem, ut in quodam iudicio præparatorio admittere, in finem, ut de ueritate cauſarũ deductarũ cognoſcat, quo uia ad aliud paratur. Allegatur autem primo pro parte ciuiũ enormiſsima & intolerabilis læſio, qua ipſi grauarentur & damnificarentur, ſi deberent ſtare laudo: circa quam allegationem cum diſtinctione procedam. Aliquando enim cõpromiſſum fit in arbitratores, tunc res eſt expedita, & plus quàm nota, recipiendam eſſe reductionem, etiam iuramento, ſi interueniſſet, non obſtante. Iuramentum enim quod ſimpliciter præſtitum eſt de ſeruando laudo, habet tacitam conditionem, ſi æquè̃ ſit arbitratus. Ioan. Cald. tit. de arbit. conſil. ij. Et eſt concluſio communiter recepta,
36 quod licet reductio in compromiſsis iuratis non admittatur pro modica læſione, admittitur pro læſione enormiſsima ſeu intolerabili, niſi expreſſe eſſet cautum, quod prætextu læſionis etiã enormis uel enormiſsimæ, reduci nõ debeat: quia tunc iuramento impediret̃ reductio, aliàs non impeditur. ita Dyn. in reg. ſcienti. Ioan. And. in Specul. de arbit. §. fi. Bart. d. §. arbitrorũ. Ant. Ioan. Imol. d. c. Quintauallis. Oldr. conſil. clvi. incipit, Primũ de quo quę̃ritur. Lud. Rom. cõſil. ix. incipit, Quod pars cõdemnata. Maria. conſil. lxxxv. incipit, Conſiliȷs noſtris. col. ij. uerſ. nec prędictis. & cõſil. ccxx. incipit, Dñs labra &c̃. uiſis cõpromiſſo laudo. col. iiij. Taceo innumera alia loca, in quibus dicta doctrina tenetur: eſt enim recepta ab omnibus, in eo compromiſſo quod habet laudum arbitramenti. Aliquando compromittitur in arbitros, & tunc ſiue iuretur ſiue non iuretur, inter laicos in re prophana in terris Imperij, ſecundum ius ciuile non habet locum reductio, ſed debet ſeruari laudum, ſiue ę̃quum ſit ſiue iniquum. d. §. ſtari. & fa. not. in d. c. fi. de arbit. lib. vi. Nunc ſi in caſu noſtro eſſet in arbitratores compromiſſum, ſatis patéret per prædicta, quod reductio ſecundum omnes eſſet admittenda. Sed quia præſens compromiſſum eſt factum in arbitros, ut ſuprà

in ſecun-

in ſecundo dubio ſatis probauimus, unde uidetur maior eſſe difficultas reductionis recipiendæ. Verum ſi ſecundum iura cano. procederemus, res non haberet laborem. Eſt enim gl. in c. à iudicibus. §. i. ij. q. vi. quæ dicit, quamuis à ſententia arbitri uoluntarij non poſsit appellari, 37
ſupplicari tamẽ poſſe. cum qua tranſit Archi. in c. ab arbitris. de off. de leg. lib. vi. quam ſequitur Ioan. And. in nouella. Dom. de S. Gemi. in d. §. i. & d. c. ab arbitris. intelligendo gl. ut non loquatur in uera ſupplicatione quæ fit principi, ſed de imploratione officij iudicis. Quapropter dicunt moderni aliqui in d. l. i. C. de arbit. quod regula iuris ciuilis in §. ſtari. data, non procedat iure & æquitate canonica. Sed quia in noſtro negocio res ſecundum iura ciuilia tractari debet, & in terris Imperij, remanet difficultas ex d. §. ſtari. Ego tamẽ puto, quod etiam de iure ciuili d. §. ſtari. parti reducenti nocere nõ poteſt. Eſt enim doctrina iuris, cõmuniter, imò ab omnibus recepta, quod ſi interueniſſet dolus arbitri, uel enormiſsima læſio, poſſe etiam ab arbitris reduci ad bonũ uirum: enormiſsima enim læſio inducit dolũ re ipſa & præſumptũ. Doct. d. c. 38
Quintauallis. & in l. iij. C. de arbit. & d. §. arbitrorũ. Cyn. in l. ij. C. ſi in fraud. patr. Doct. in d. c. cum cõtingat. & c. q̃uis. cũ ſim. fa. l. omne. §. Lucius. ff. quę in frau. Et hoc ſatis uidet admittere text. in d. §. ſtari. qui cum dicat, ſtari debere arbitro, ſiue ęquè ſiue iniquè &c. loquit in poſitiuo, & ſic non includit arbitriũ quod eſſet iniquiſſimũ. Cum ergo in negocio noſtro ciues in Grunach allegauerint enormiſsimã & intolerabilem læſionem, audiendi ſunt, ſi forte in facto idipſum probare poſsint, non obſtante iuramento, quod caſum intolerabilis læſionis non includit. Et ad prædicta multum facit, quod pro parte ciuium in Grunach allegatur factũ Imperatoris Romani, qui aliquando reductionem à laudo arbitri factam admiſit, & in eo æquitatem canonicam agnouit, quæ & in terris Imperij apparet conſuetudine eſſe recepta. Iſta ſententia Imperatoris lata cum cauſæ cognitione, facit ius, licet non ſit inſerta cor- 36
pori iuris. de quo in c. in cauſis. de re iud. Vnde Alber. in l. i. de conſtit. dicit, aduocati curię Romanę, quãdo eis iura deficiũt, ſe uidiſſe Papam ſic iudicare dicũt, ut Fel. refert d. c. in cauſ. Hinc eſt quod Ioan. de Imol. in l. apud Iulianum. §. uerum. ad Trebell. dicit, quod ſententia lata contra ſententiã principis, nulla ſit, tanquam contra legem lata: licet in hoc Card. in c. paſtoralis. de fid. inſtr. contrarium teneat, cum dicta ſententia ſit quædam extrauagans non inſerta corpori iuris ciuilis: quod plus placet. Felin. in d. c. in cauſis. uolens, quod licet conſtituat ius, tamen non eſt lex, ſed operatur ut extrauagans. Quo caſu ſi iſta ſententia ſit nota iudici, debet iudex eam curare, aduertere & ſequi ut extrauagantem. Et non eſt uerum quod procurator partis reæ errando prætendit, quod dicatur iudicari exemplo: imò iudex in eo ius ſequitur. fa. not. per Doct. d. c. paſtoralis. Et licet l. nemo. C. de ſent. uetet exemplis & ſen-

tentijs aliorum iudicū, etiamsi sint amplissimi magistratus, iudicari de-
40 bere: aliud tamen est de sententia principis, quam sequi tenetur quilibet iudex, ut est apertus tex. in l. fin. C. de leg. Cum ergo enormissima læsio pro parte Grunach allegetur, qui & se offerunt huiusmodi læsionē probaturos, quid posset impedire quin audirent? quin ueritas tāti grauaminis examinaret? cum & multo antè Imperator Roman. hanc meram æquitatem, ut prædiximus, sit secutus. Et Imperator diuæ felicisq; memoriæ, qui iura in scrinio pectoris habet, ut dicit c. i. de constit. lib. vi.
41 hanc reductionem recepit & admisit. Nam semper in facto principis
42 iusta causa præsumitur. Cyn. in l. rescripta. C. de precib. Imperat. off. 10 in iij. quæst. & dicit in fin. nam semper rescriptum suum supponimus ex iusta causa interpositum. & talis præsumptio est uiolenta in persona principis. Cyn. in l. fi. C. si contr. ius uel ut. publ. Doct. ponūt in c. quæ in ecclesiarum. de constit. maximè cum istud ueniat inter subditos. fa. not. in d. c. quæ in ecclesiarū. & iusta causa poterit subesse, allegari atq; imaginari, dicit Imol. in c. nam & cōcupiscentiam. de cōstit. uers. extra gl. Vult post Dom. Ant. de But. si Imperator faceret legem iniquam, si illa poterit ex aliqua causa iustificari, in dubio debet prę̄sumi facta ex illa causa, et seruanda, licet rigorosa. allegat Cyn. in locis allegatis & alia, cū modo poterit afferri uel imaginari iusta causa, ualebit actus. Et sic pote 20 runt imaginari notæ in litera principis, quæ uelint cognoscere de negocio. Actus ergo admissionis reductionis, ualet, nec reprobari debet.

Secundo & fortius per ciues in Grunach allegata est nullitas laudi, quæ nullitas ex tribus potissimū defectib. in processu compromissi relucere potest. Primo, quia miles nō simul cū alijs uno tempore, & uno laudo, sed separatim & alio tempore laudasse seu diffinijsse allegatur. Verum quia ex compromissi uerbis liquet, quod is miles simul cum alijs adiunctis diffinire debuisset: sic enim scribitur, Sye alßdann/ mitsampt obgemelten beysitzern rechtlich etc. unde separatim diffiniendo, nulliter diffi-
43 niuit. Arbiter enim omnem suam notionē & potestatem ex tenore cō- 30 promissi haurit. l. non distinguemus. §. de offic. de arbit. quam formā & tenorem diligenter obseruare debuisset. Doct. in d. l. si societatem. §. arbitrorū. pro soc. in d. c. Quintauallis. de iureiur. c. cum dilecta. de re-
44 scriptis. Sunt enim cōpromissa stricti iuris, in quibus solūmodo ea ueniunt, de quibus specialiter est conuentū. l. si cum dies. §. plenum. l. Pedius. §. fin. de arbit. Hinc Pet. de Anch. consil. ccvij. incipit, In quæstio-
45 ne suprà posita. dicit regulam esse, quicquid non reperitur concessum priuilegio uel compromisso, illud denegatum intelligi. allegat not. in c. inter corporalia. §. sed neq;. de translat. prę̄lat. Vnde in proposito, quia nō erat militi concessum ut solus diffiniret, certe hoc ab eo abnegatum 40 censetur, ut sic euidens nullitas appareat. Quod si fortè obijceretur, militem assignatum esse in superarbitrum, ex causa, quia consiliarius &

capita-

capitaneus Cęsaris, ut sic uideretur potuisse seorsum pronunciare &c̄. non obstat: quia in uno solo est ei quædam prærogatiua data, scilicet quod debeat & possit adiunctos alios, & etiam ipsas partes, ad certum conuenientem terminū & locum cōuocare. Sed quod debeat & possit in casu dissensionis solus diffinire tanquam superarbiter, de quo in l. item si unus. §. si in duos. de arbit. hoc non cauetur in cōpromisso. Qua propter usurpando uerba Bal. in c. uenerabilem. de elect. quod cōpromissum non cantat, nec ego cantabo, more Venetorū. Claret ergo nullitas. Denięq; ista potestas conuocandi alios adiunctos & etiam partes, non excedat suos terminos: quia limitata potestas, limitatum habet effectū. l. ij. C. de trāsact. l. si unus. §. ante omnia. de pact. l. fideiussoris. l. nisi. eo. tit. 46 Quia ergo miles contra tenorem cōpromissi pronūciauit, totum laudum nullum est, & ita nullum, ut si etiam alij adiuncti ex utraq; parte deputati nō dissensissent, sed consonū laudū dedissent, adhuc non ualeret eorum pronunciatio, quia contra tenorem compromissi data: nam sine præsentia militis laudare non poterant. l. si in tres. de arbit. quæ l. in foro ciuili seruari debebit, ut Doct. in d. c. fi. de arbit. in vi. & ita in proposito. 47 Iam & ex alio apparet nullitas. Nam uerba cōpromissi habent, casu quo partes amicè nō cōcordarent, debent arbitri iuridicè diffinire, uulgò, Rechtlich entscheiden. Ponunt porrò alia uerba in cōpromisso, quod uidelicet arbitri informationem ex prioribus actis, itē ex deductis per partes de nouo, recipere, & ita iure uel iuridicè pronunciare debeant. Ex huiusmodi contentis compromissi apertè intelligitur animus & intentio partium, & etiam iudicis, cuius ope ad id compromissum deuentum est, quod altera pars alteri nihil uelit donare uel remittere de iure suo, sed consequi laudo quod suū est: de quo partium iure constare poterat probationibus atq; iustis documētis. Verū pars Grunach conqueritur, aliter quàm iuridicè, & non secundum documenta esse laudatum: quæ si in facto cōstabunt, liquidò patet laudū non esse factum iuridicè, scilicet rechtlich/ & sic contra tenorem compromissi & nulliter. Sed obijciet fortè aliquis, eam clausulam qua in cōpromisso cautum est, iuridicè uel iure diffiniri, nihil operari. 48 Cum enim arbitria ad instar iudiciorū sint redacta, d. l. i. de arbit. unde sicuti iudex tenetur ut iure pronunciet, ita & arbiter. Tacite ergo inerit dicta clausula. 49 At expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur. l. hæc uerba. de leg. i. & l. cōditiones. de cond. & demonst. cum simil. fa. quæ traduntur per Doct. in c. prudentiam. quod si Papa causam delegaret, ut si sibi constiterit, condemnet, nō esse conditionalem delegationem, cum ea conditio de iure insit &c̄. Sed non obstat. Negatur enim eam clausulam qua in compromisso cautum est, ut iuridicè uel iure pronunciet, tacite inesse. Nam licet arbiter ultro teneatur & debeat laudare, prout de iure, non tamen adeò & in tantum adstringitur, quod si arbiter lau-

daret,nõ ualeret laudũ:imò ualet etiamsi iniquè laudet.d.§.stari. Vnde licet honestum sit quod iure laudet, ut sic insit quo ad decentiam, & ne litem suam faciat,non tamen inest tacite,quo ad modũ necessitatis,quę necessitas affertur & paratur tali expressione qua forma data est. Geminatio enim uerborũ istorum, Rechtlich entscheiden/ formam præsumit. gl. c.i.de cler.ægrot.lib.vi.gl.Clem.i.de iure pat.quæ forma uerbis expressa seruari debuit,&non seruata annullat actum.l.Iulianus.§.si quis rem.ad exhib.Cum igitur res aliter inest,quàm si exprimatur,non procedunt iura in contrariũ adducta,ut not.in d.l.hæc uerba. de leg. i. gl. pulchra in c.i.de sponsi.lib.vi.Nec obstant notata per Doct. d. c. prudentiam. quia loquitur in delegato qui gerit uices delegantis.c. præterea.de off.deleg.Vnde expressio conditionis ibi, ideo nihil operabat, quia officium delegati,qui nihil propriũ habet, ab initio ad id refertur, quod ad delegantem pertinebat. Sed illud si constiterit, pertinebat de iure ad delegantem. Sed arbiter neminem repræsentat, neque gerit uices alterius, sed quæ facit, facit sua autoritate attributa à compromisso atq; uoluntate partium: quæ cum tota stet ex tenore & uerbis compromissi,ista expressio,iuridicè diffiniri, ut suprà deductũ arctat, relinquitur nullitas,sicubi contra huiusmodi tenorem pronunciat. Porrò & alia species nullitatis in actis deducitur:nam deputati arbitri,quorũ sententiæ miles accessit,plus laudarunt quàm in compromisso cõprehensum fuerat,sicuti idipsum constat.ex uers. Furter ist etc.in sententia laudi. Ex actis enim satis cõstat non fuisse ullam altercationem in eo, an fines terræ de qua controuertitur, sint mutabiles uel non, uel an fines districtus Grunach uel Hertach, sit ager limitatus uel non, in quibus agris
50 limitatis cessat accessio ueniens à flumine publico. l.in agris.de acquir. rer. dom. Vnde non licebat arbitris decernere fines immutabiles tanquam agros limitatos:hoc enim nõ poterant, cum tenor compromissi idipsum nõ expresserit. Sic enim sonant uerba: Vnd wie die sach inn der gütlicheit oder rechtlichem spruch/ hingelegt oder entscheidenn würt / daselbs soll alßdann vermarcksteinet/vßgezeichnet vnd gelauchet / vnd füro dem also von beiden theilen gelebt vnd nachkomen werden. Id est,qualitercunq; controuersia hæc cõposita fuerit,siue amica transactione,siue iuridicè lata sententia,inibi fines lapidibus designari, & deinceps ab utraq; parte firmi ratiq; haberi debent. Per hæc uerba datur tantũmodo facultas arbitris ponendi fines & designandi:at ipsi amplius decreuerũt,uidelicet quod huiusmodi fines deberent manere immutabiles, etiamsi Danubius alueum mutarit: quæ adiectio eis in compromisso non fuit concessa, ut non immeritò dictũ laudum nullum censeri debeat. Sed opponat, ex uerbis cõpromissi satis apparere, quod arbitri fines poterant pronunciare immutabiles, propter huiusmodi uerba: Vnnd füro dem also von beiden theilen gelebt etc.
51 ut sic arbitri uideri possint nihil illicitum fecisse, cum iuxta uim cõpromissi pronunciarint.gl.in c,constitutus.de relig.dom.fa.c.nisi.de præ

ben.

ben. Reſpondeo per prædicta, nullam datam eſſe ampliorem poteſtatẽ arbitris pronunciandi, ſed partibus ipſis iniungi neceſsitatem parendi finibus deſignatis, quod intelligendum eſt, rebus ſic ſtantibus: quæ cõditio in omni conuentione tacite ineſt. l. fin. §. pen. de cond. indeb. l. ſi de certa. C. de tranſact. l. in lege. de contra. empt. not. in c. beatus Paulus. xxij. q. ij. cum ſimil. Quandiu igit̃ Danubius alueum nõ mutaſſet, partes compromiſſo ſtringebantur: ſed ſi nouaſſet Danubius alueum, de hoc compromiſſum nihil cauit. Iſte em̃ eſt notabilis & põderoſus caſus, qui ſub ſimplicibus & generalibus uerbis cõpromiſsi contineri nõ poterat. arg. l. obligatione. de pig. l. item apud Labeonẽ. §. hoc edictũ. de iniur. cum ſim. Non eſt enim modica altercatio inter Doct. an fines deſignati cenſeantur ut agri limitati, ita quod fluminis affluxu non mutentur. Bald. in c. i. §. ſi quis de manſo. de contro. inueſt. putat fines non mutari flumine publico, cum ſint affixi iuri publico: ſicut & fines dicœceſum, qui non ſunt uariabiles, à quibus & argumentũ ſumi poſsit ad fines alios. Hoſtienſ. in c. ſuper eo. de parroch. Sic & flumina nõ immutant in uia publica. l. Martius. de acquir. rer. dom. Quę certe opinio colorem habet. Fines enim ideo limitantur, ut id quod deſignatum eſt, limitatè poſsideatur, & ſciatur quantum cuiq; tributũ ſit. Sed in contrarium eſt ſententia uerior & cõmuniter recepta, quod flumina mutare poſſunt, & mutant fines deſignatos: funguntur enim cenſitorum uice, quod eſt officium iudicis. gl. in §. inſula. Inſtit. de rer. diuiſ. & in rub. C. de cenſ. & cenſi. lib. xi. Nam flumina augent, dant & auferunt ex continuo naturali affluxu, ut uidetur declarare Bald. in rub. ff. de rer. diuiſ. uerſ. nunc de reb. Sicut ergo iudex adiudicatione facit de meo tuum, & 53
econtra, Inſtit. de off. iud. ea autoritate flumen publicum gaudet. Si quidem hoc iudici licet ex conceſsione legis poſitiuæ, quæ fragilis eſt, fortius hoc flumini publico licebit, quod ex immutabili iure gentium ſola natura ſine facto hominũ operatur. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. §. ſed naturalia. Nec obſtat opinio Bal. ſuprà relata, quia non eſt recepta, & contra eam tenet Bar. in tract. Tyberiadis. in uerſ. acquiritur. qui uult, quod licet in uia publica ceſſat alluuio, ut loquitur d. l. Martius. in alijs tamen quæ ſunt iuris pubilici, id eſt, ciuitatis uel caſtri, ſi non ſint in uſu publico, alluuionem non ceſſare. Idem in uerſ. flumina. in fin. & poterit pro hoc adduci l. ſi quos. l. fin. C. de alluui. & palu. Aliud eſt ergo eſſe iuris publici, aliud uſus publici. Nam iuris publici quæ ſunt, admittũt 54
alluuionem: quia uſus eorum non omnino eſt publicus, ſed tantũmodo ciuitatis, quaſi priuatorũ. Alia uero quæ ſunt uſus publici atq; fiſci, de quibus loquitur l. Martius. non recipiũt alluuionem: quia uſus qui eſt publice omniũ, nõ ita mutari permittit̃. fa. l. Martius. Simile uero quod de dicœceſi uel territorio adducitur, non eſt tutum. Nam licet territoria ſint certa quo ad fines, non tamen habent naturam agri limitati,

Nam recipiunt augmentum & decrementū, & patiuntur acceſsiones ex uí fluminū, niſi cum aliqua dinumeratione fines eſſent uelut immutabiliter aſsignati. & hoc uidetur de mente Bald. & Iaco. Aluar. in d. §. ſi quis de manſo. Bald. in l. cunctos populos. uerſ. ſed iuxta hoc uenit. col. ij. C. de ſumma trin. & fide cath. Redeundo igitur ad propoſitū, quamuis arbitris ſit data poteſtas deſignandi fines, tamen non fuit eis tam ampla poteſtas ut diffinirent fines eſſe immutabiles, & quaſi agrū limitatū, in quo acceſſio ſeu alluuio fluminis Danubij nō haberet locū: hoc enim maximi momenti fuiſſet, & ut mihi dicit, in tota lite nihil fuit de finibus immutabilibus, qui flumine nō mutarentur, ab ulla parte uel dictum uel allegatum uel petitum. Iſta ergo ampla poteſtas quam uſurparunt arbitri, & quæ eis ſecundum iura cōmunia non poterat competere, magna cauſæ cognitione egeret, an data eſſet, & cur eſſet data. Et hæc una cauſa poteſt ſine dubio ſufficere ad admittendam reductionē, & ad cognoſcendum, quid tamen, & quæ probatio, arbitros ad hoc extraneum laudum dandum permouerit. Et ex prædictis patet per tres ſpecies nullitatis, quod laudū eſt nulliter latum. Debet ergo iudex in caſu noſtro, etiamſi in arbitros cōpromiſſum ſit, admittere reductionem, & de ea cognoſcere, non obſtante iuramento: quia partes non iurarūt ſeruare omne laudum, nec indefinite, ſed reſtricte & limitatè hoc laudū iurarūt, quod iure uel iuridicè diffiniretur, uulgò, rechtlich entſcheiden. Quapropter non eſt ciuibus in Grunach præcluſa uia allegandi nullitatem, maximè cū iſta nullitas proueniat ex defectu poteſtatis arbitrorū, quæ nullitas nunquā uidetur excludi lege, ſtatuto, uel ulla alia diſpoſitione. de hoc eſt gl. in Clem. i. de ſequeſt. poſſ. quam Bald. in l. ſi quis filio. §. quod ſi quis. de iniuſt. & rupt. teſta. comprobat. & in l. exceptionem. C. de probat. in fi. Ang. in l. ſi expreſſum. de appell. & ibi Ioan. de Imol. fa. quod uult Bart. in l. ij. §. prætor. qui ſatiſd. cog. Bal. in l. ſi cauſas. C. de execut. rei iud. Vnde allegatio nullitatis per uinculum præſentis cōpromiſsi, non prohibetur nec impeditur. Ad quod fortius facit: quia ſi expreſſe renunciatum eſſet allegationi nullitatis, & iuramentū ſecutum fuiſſet, tamen nullitas proueniens ex defectu poteſtatis, non includeretur nec impediretur deduci & allegari. ita Ang. in l. non erit. §. dato. de iureiur. & eleganter conſuluit conſil. cclxxxiij. incipit, Philippus. in fi. & clxxxiij. incipit, Viſa facti narratione. in fi. & conſil. cxcvij. incipit, A & B. contraxerūt. Maria. conſil. ccxcix. incipit, Dominus labia &c. Capio primū conſultationis &c. Fran. Curt. conſil. lxviij. incipit, Dñs Ioannes. & quod per eum allegatur. Idem Præpoſitus in c. dilecto. de appell. fol. xi. col. iij. Quapropter expeditum eſt, has ſpecies nullitatis quæ ſuprà fundatæ ſunt, deduci poſſe & attendi debere, non obſtante iuramento, quod hunc caſum non includit. Patet igitur ex præmiſsis, reductionē ciuium in Grunach recipiendā, & ſuper cauſis reductionis

eſſe

esse cognoscendum. Ad argumenta in oppositum facilis est solutio. Nam nõ obstat primum argumentũ, quo prætenditur, ab arbitris non posse reduci, per §. stari. &c̃. Patet enim responsio ex his quæ suprà in primo fundamento pro parte actorum facto, in uers. sed quia in nostro negocio &c̃. Patet etiam ex fundamento nullitatis.

Secundi argumenti seriem in eo admitto, quod prætendit, compromissum esse iuramento firmatum, & seruari debere &c̃. nam & ego idipsum suprà deduxi. Sed nõ obstat hoc iuramentũ actorib. reductionẽ petentibus, cum limitatè atq; cum restrictione fuerit firmatum, & quia omnia fundamẽta quæ pro eis in hac iuris informatione adduco, possunt procedere saluo iuramẽto. Et sic tota machina aduocati partis reę, quam contra articulum reductionis ædificauit, modico uerbo subuersa est. Nec etiam egent absolutione actores, quorum propositum non est iuramento cõtrauenire, ut per superiora patuit. Quod autem tertio prætenditur, reductionem ideo non admittendam, quod statim laudum in rem iudicatã transierit &c̃. non obstat, nec iura ibidem allegata quicquam faciũt. Bal. enim qui allegatur in l. i. C. de arbit. loquit̃, quando statutum expresse disponit, quod laudum arbitri habeat atq; mereatur executionem tanquam sententia quæ transiuit in rem iudicatam: certe eo casu sicut à sententia quæ transiuit in rem iudicatam, nõ posset appellari, ita nec reduci ab arbitrio seu laudo. Nouum enim & plenius ius, & maior effectus, laudo per huiusmodi statutũ paratur, quę cessant in casu nostro, ubi nihil de ui executiua ad exemplum rei iudicatæ, sed generalibus uerbis dicitur, stari debere laudo: quæ clausula cõmuniter in omnib. cõpromissis apponi cõsueuit. Et si obiiciatur, executionẽ laudi esse in cõpromisso expresse prouisam, ubi mandat̃ arbitris quod laudum exequantur, designando lapides finales iuxta continentiam laudi, ut sic directe procedat doctrina Bal. in d. l. i. C. de arbi. non obstat: quia si uerba cõpromissi ponderes, nihil mandatur arbitris aliud, nisi quod ea quæ iure uel iuridicè decisa fuerint, debeant per finales lapides designari. Et sic ea potestas arbitris data, non pertinet simpliciter & indefinite ad omne laudum, sed ad laudũ quod iure, iustè & iuridicè factum esset, uulgò, Wie die sach mit dem rechtlichen spruch etc. hingelegt würt/sol vermarckt steinet werden etc. At suprà latè fundatum est, præsuppositа ueritate facti in actis allegati, dictum laudum nec iure nec iuridicè, imò et nulliter esse latum: quapropter prædicta uerba compromissi, ad laudum iniustum & nullum applicari non possunt. Accedat quod Bal. tradit in l. cum antea. uers. sed quid si post. C. de arbit. quod si etiam expresse esset apposita compromisso executio per statutum, uerũtamen dolus arbitri si intercedat, eo casu statutum non operari. quod etiam Cumanus sequitur consil. cxxxv. incipit, Visis instrumentis tam cõpromissi. At in nostro negocio data ueritate facti in actis allegati, dolus saltem re ipsa interue-

nit, uidelicet enormissima læsio, sicuti actores se idipsum probaturos offerunt. Vnde per uerba compromissi, quibus demandatur executio lapidum finaliũ, non impeditur reductionis articulus: quia huiusmodi uerba non respiciunt iniustum & nullum laudum, quod enormissimè læderet. Cum enim bis dicatur, rechtlich entscheiden oder spruch/ certa & necessaria forma, ut dixi suprà, adiecta est. c. i. in gl. in uerb. aut duos. de cler. ægro. lib. vi. gl. in Clem. i. in uerb. diœcesanis. de iure patron. cum sim. Quæ forma cum in laudo non sit seruata, ut in facto allegatur, meritò uerba executiua compromissi ei non patrocinantur. Et hæc est ueritas, si saltem facti ueritas comperietur.

Quarto obiectum est: Cum reductio sit species appellationis, unde sicuti in compromisso appellationi renunciatum est, ita etiam reductioni, maxime quia uerba ampliatiua adiecta sunt, scilicet weygern &c̃. Sed non obstat, nec uerũ est quod renuncians appellationi, cogeretur stare sententiæ etiam iniquæ: & contrarium decîdit Præpositus, c. ad hęc. de
58 appell. ubi dicit, si pars iurasset seruare futurum præceptum iudicis, & iudex modum excedat, appellari posse: nam usqueadeo fauemus appellationi, quod non obstante iuramento, illi defertur. Simile per Abb. in c. inter cæteras. de re iud. ubi tractat de clausula, Appellatione remota.

Quod autem prætenditur, expresse esse renunciatũ etiam reductioni, propter uerbum weygern &c̃. ubi omne refugium excluditur, nõ obstat. Dato enim quod dictum uerbum weygern/ etiam reductionem cõplectatur, ex usu loquendi: quod tamen, quia facti est, probationem exigeret: ea tamen renunciatio non complectitur casum nullitatis, nec casum enormissimæ læsionis, ut suprà satis probatũ est. Deinde quod opponitur, reductionem nulliter factam, quod nõ ad proximũ superiorem facta sit: sicuti & appellatio, nisi gradatim facta, nihil ageret &c̃. nõ obstat: quia licet gradatim debeat fieri appellatio, attamen si obmisso medio appellatur ad superiorem, per hoc nõ redditur appellatio nulla, sed ualet, & de illa inferior ad quem appellari debuit cognoscet, ut in d. l. Imperatores. & ibi Doct. de appell. cum simil. Quod uero sexto loco obiicitur argumentum cornutum, quod reductio aut sit illegitimè facta ad Cæsarem, & non ualeat: aut legitimè, & inferior non possit cognoscere &c̃. non obstat, & in utrisq; membris nihil ualet. Nam suprà probauimus, etiamsi ad Cæsarem reductio facta sit, per hoc non annullari: & sic prima pars argumenti cadit. Sed nec altera pars argumẽti ualet, qua putatur à Cæsare negocium esse auocatum &c̃. quia auocando Cæsar non irritauit quod contrà fieret. Deniq; non proprio motu, sed ad partis instantiam concessa est inhibitio, in qua tacite intelligitur, si pars inhibitione utatur. fa. c. plerunq;. c. si autem. de rescriptis. Donec ergo Imperator nõ cœpit cognoscere, fa. quod not. Inno. in c. cum M. Ferrarienſis. de constit. in prin. gl. ult. etiam pars non utetur ea auocatione

tione,non impeditur proceſſus iudicis inferioris. fa. quæ tradit Dom. de S. Gemin. poſt Archidiac. in c. i. §. ex parte. de conceſſ. præbend. libr. vi. Igitur &c̄. Obiicitur ſeptimo res iudicata iudicis coram quo pendet articulus reductionis, per cuius ſententiam iam antè pars rea ſit à reductione abſoluta &c̄. Sed non obſtat. Dictam enim ſententiam abſolutoriam conſtat latam eſſe, propter non comparitionem 59
partis reducentis, & ſic propter contumaciam : quæ ſententia eſt quædam interlocutoria. fa. gl. l. & harum. ſi ſeruit. uend. Bart. l. Titia. de accuſ. ex qua non oritur exceptio rei iudicatę peremptoria facti princi-
10 palis, ut Doct. moderni in l. qui accuſare. C. de eden. Ea cauſa & iſta uerba temporis limitatoria, ſcilicet zů diſer zeit/ uidentur in dicta ſententia eſſe appoſita per iudicem ſententiæ latæ. Accedat, quod non cõſtat iudicem de meritis huius reductionis eo tunc cognouiſſe. Doct. d. l. qui accuſare. Et quod dicta ſententia nõ prę iudicet, fa. in arg. gl. in l. Iulianus. & quod ibi Bar. de cond. indeb. cum ſimil. Tandem q̃d obiicitur, partem reducentem uiolentiã intuliſſe, lapides finales deſtruẽdo, non obſtat. Hoc enim argumentũ eo caſu fortè procederet, ſi pars appellans ſeu reducens, ſua uoluntate aliquid cõtra reductionem ſeu appellationem attentaſſet: tunc enim mereretur pœnam cum uideatur de
20 liquiſſe. Secus hic eſt : nam pars reducẽs nihil cõtra reductionem fecit, nec in eam deliquit, ſed poſſeſsionem prius habitam, quæ per arbitrũ & partem aduerſam auferebatur ſeu turbabatur, tutata eſt & defendit: & ſic nihil ſua uoluntate fecit pars reducens, ſed mota & occaſionata per iſtos, ſuam poſſeſsionem aſſeruit. At iure permittit̃ & licet, penden
te appellatione ſuã conſeruare poſſeſsionẽ. c. cum teneamur. in prin. & 60
Doct. de appel. fa. not. in c. i. ut lit. pend. Et ſic nõ obſtat quod pars aduerſa in actis allegauit. Spec. in tit. de appel. §. ij. uerſ. ſecũdo. quia loquitur de eo qui manifeſtam fecit uiolentiam, quod parti reducenti adſcribi non poteſt, quæ iura ſua defenderat. Et per præmiſſa reſpon-
30 ſum eſt octo impugnationibus, quibus pro parte aduerſa reductio actorum oppugnatur. Et quamuis producta eiuſdem partis aduerſæ ultimo facta, ſatis ſint prolixa, & multis uerbis non neceſſarijs comprehenſa, tamen nihil pugnant in effectu, quod nõ ſit aliquo modo in præſenti tactum conſilio. Nam licet obiecerint circa finem, quod reductio non ſit formaliter facta, quia damnum allegatum non ſit ſatis determinatum &c̄. hoc tamen nihil eſt, cum ciues in Grunach in eorum productis damnum uſq; ad ſex millia iugerum, cum alijs ſpecificationibus determinauerint. Verum porrò eſt quod pars aduerſa nititur defendere, quod miles bene potuerit ſuam facere executionem,
40 reductione non curata &c̄. ſed quia iſte articulus uidetur ſonare ad materiam attentatorũ, & tendit ad hoc ut miles ſuſpectus reddat̃, nolui ſuper eo ſcribere, cũ materia attentatorũ in præſenti articulo reductionis

non uentiletur. Et ſic ſuperfluum mihi in præſenti controuerſia uidetur, quicquid aduocatus partis aduerſę in eo puncto allegauit. Concludo itaq;, & ita de iure concludendum eſſe puto, quod attentis fundamentis ſupraſcriptis, reductio ciuium non ſit repellenda, ſed admittenda tanquam in iudicio præparatorio, ut per hoc de ueritate cognoſcatur, an cauſæ quas allegant ciues in facto ueræ ſint, an non ueræ, ut ſic cuiq; parti quod ſuũ eſt, ſecundũ iuſtitiã & æquitatem poſſit diſtribui.

VDALRICVS ZASIVS LL. DOCT.

Summaria Conſilij XIII.

1 Principum conuentiones cum ſint bonæ fidei, fideliſsimè ſeruari debent.
2. 6 Excluſio quo ad quædam, eſt incluſio quo ad alia.
3 Cui data eſt facultas ſtatuta reuidendi, is ſi aliqua confirmarit, reliqua certe infirmaſſe intelligitur.
4. 7 Quæ ad augmentum tendunt, diminutionem operari non debent.
5 Ex præcedentibus ſequentia declarantur, & econtra.
8. 43 Relatio ad omnia poſita, in una & eadem oratione, referri debet.
9 Relatio ad proxima fieri debet, ſi id ex tacita mente colligi poſsit.
10 Qui dicit omne, nihil excludit.
11 Inducię non poſſunt eſſe, niſi temporales: ſtatim enim cum perpetuitas eis adijcitur, deſinunt eſſe inducię.
12 Quæ reſtitui debent, non ineleganter remanere dicuntur.
13 Exceptio qua ex generali diſpoſitione iura alteri quæſita ſeparantur, ita eſt iure fundata, ut ſuppleri regulariter in diſpoſitionibus debeat.
14 Verba improprianda ſunt, ut tollatur contrarietas.
15. 16 Vtrum ordo ſcripturæ ſit attendendus, an uero tota ſeries ad rationem & naturam materiæ ſubiectæ redigenda.
17 Declaratio quæ in ſequentibus fit, ſatis oſtendit quod à principio actum ſit.
18 Quod ex ſui natura temporale eſt, & ad tempus deſinit, non poteſt perpetuum fieri: implicaret enim contradictionem.
19 Genitiuus dominium & poſſeſsionem ſignificat.
20 An relatiuum, quæ, reſtringat.
21 Qualitas diſpoſitioni adiecta, eatenus limitat, ut nihil in ea includi poſsit, niſi cui qualitas conueniat.
22 Argumentum ab oppoſitis rectè ſumptum, ualidiſsimum eſt.
23 Præpoſitio, cum, inter res poſita, coniungit & annectit acceſſoriè.
24 Interpretatio fit contra eum qui ſe ex conuentione fundat.
25. 46 Vicini maiorem cognitionem locorum habere iure præſumuntur.
26 In fœderibus (maxime autem inter principes) æqualitas & paritas ſeruari debet.
27 Altera pars per alteram determinari debet.
28. 51 Res facile reuertitur ad naturam propriam.
29 Abſurdum uideri debet, in altera parte aliquid ratum eſſe, quod in altera non ſit ratum.
30 Non debet una pars ita foueri, ut altera denudetur.
31 Maior unitas ex collectiuo nomine inducitur, quàm ſi copula intercederet.
32 In homogenijs, id eſt, in his quibus eadem ratio, eadem natura & conditio, pars trahit ad ſe totum.
33 Pars fundi ab aliquo empta, ad ſe totum fundum trahit.
34 Communio, & inter priuatos & inter principes diſcordias parit.

Abſur-

35 Absurdū esset quod uerus dominus id quod suū est, cū alio cōmunicare cogeret.
36 Brocardicę doctrinæ generaliter allegatæ, an fidem faciant.
37 Argumentum, quid secundum Dialecticos operetur.
38 Regula exceptione confirmatur, si aliæ etiam exceptiones alio fine expressæ reperiantur.
39 In generalibus prouisionib. ea nō includūtur, de quibus specialiter est prouisum.
40 Qualitas annexa dispositioni adhæret, eamq; restringit.
41 Dispositio quæ commodum sentit, etiam onus agnoscere debet.
42 Expressum facit cessare tacitum.
44 Ea sumi debet interpretatio, quæ à sapientibus non reprehendatur.
45 Quæ alicuius momenti sunt, quæq; pondus habēt, nisi exprimātur, præterita esse præsumuntur: plus enim ualet quod specialiter uel fit, uel dicitur.
47 Fraude non caret qui alienas res prorsus inuito domino usurpat.
48 Nullum agens rationabile, frustra agere præsumitur.
49 Dispositio semper in casu necessario prouidere solet.
50 In contractibus non solum uerba, sed etiam syllabæ, (si possibile foret) operari debent.
52 Veritas captiosis subtilitatibus plerunq; inumbratur.

CONSILIVM XIII.

EXORTO superioribus annis bello inter illustrissimum & sereniſsimum dñm & principem nostrum, dñm N. felicisi mæ memoriæ Romanorū Imperatorem, archiducem Austriæ &c̄. ex una, & dñorum Venetorū ex altera partibus, cum inter eosdem potētatus ultro & citro terræ & loca occuparent̄, Veneti inter alia Comitatum Goritiæ, & in eo quasdam uillas, quæ uno collectiuo nomine undecim uillæ nuncupantur, occuparunt: qua occupatione durante anno &c̄. XVIII. factæ sunt inducię quinquennales cum certis capitulis, quæ tamen non uidimus. Verum quantū ex nuda instructione colligere potuimus, cōuentum inter alia esse credimus, ut quod quisq; occuparit, illud tempore inducię rū pendente, teneat. Cæterum cum super huiusmodi occupatis locis interea tēporis uariæ hinc inde dissensiones enascerent̄, quędam declarationes anno XXI. Vuormaciæ inter utrosq; potentatus super huiusmodi inducijs & rebus alijs per quasdam capitulationes factæ sunt: in quarū quarto capitulo (hoc enim præsentem controuersiam respicit) pro tollendis causis disidij et perturbationib. inducia rū, in principio quædam loca & terræ ibidem specificatæ, quę Venetorum fuerant, Cæsari adiudicantur, Venetis ab omni iurisditione (saluo priuatorū interesse) exclusis. Deinde uers. cętera autem. per quandam seiunctionem, sub limitata tamē dispositione declaratur, quid ad Venetos pertineat. Verba sunt huiusmodi: Cętera autem loca & uillæ in Foro Iulij contentiosæ (quæ ante bellum fuerunt illustrissimi dominij Venetorū) expressæ ut suprà, nō adiudicatæ Cæsareæ Maiest. infra dictum tempus treugarū sint & remaneant in omnimoda iurisditione prædictorum dñorum Venetorū, unà cum castro

portus Naonis, Belgradi, castri noui ac quadriuij, cum alijs uillis, iuribus & pertinentijs suis, hactenus à tempore treugarū & citra, possessis per ipsos Venetos &c̄. Conuenta huiusmodi capitulatione, Veneti tres uillas ex dictis undecim domino Ioanni de la Turre, subdito Cæsareę Maiest. quo ad inferiorem seu simplicem iurisditionem restituerūt. Cæterum capitaneus Comitatus Goritiæ palàm & publice intromisit se, etiam de altiori iurisditione meri & mixti imperij in eisdem tribus uillis, Venetis id patientibus: sicuti & hodie domus Austriæ in possessione dictæ maioritatis seu altioris iurisditionis earundem trium uillarum esse scribitur. Tandem appetente iam fine induciarum, anno XXIII. pax perpetua inter utroscp potentatus inita est: in qua pacis cōcordia inter alia in secundo capitulo cauetur, quod Veneti pacificè continuare debeant & securè possidere omnes ciuitates, terras, castra &c̄. quas & quæ in præsentia possident. Sextum sic habet, quod Cæsarea & catholica Maiest. & sui attinentes, uigore capitulationis Vuormacieñ. dominio Venetorum & subditis liberè & integrè restituere debeant loca, uillas, possessiones & alia bona quorum restitutio tunc fieri debebat, & non erat facta. E diuerso dominiū Venetorū promisit etiā ex parte sua restituere, & restitui facere quæ forent restituenda. Prædictis omnibus sic se habentibus, super restitutione quæ fieri debebat uigore capitulationis Vuormacieñ. concertatio inter utroscp potentatus oritur. Nam ex parte domus Austriæ petuntur restitui octo uillæ reliquæ ex undecim ad Comitatum Goritię pertinentes, quę adhuc per Venetos occupant̄, cum tamen ipsi post capitulationem Vuormacieñ. partem aliquam, nempe tres uillas ex eisdem undecim restituerunt, ut suprà deductum est. E diuerso Veneti dictas octo uillas eis remanere oportere, imò etiam alias tres uillas quas ipsi indebitè restituerunt, relaxari & reddere debere contendunt. Super qua controuersia nomine sereniſsimorū & inuictiſsimorū principum & dn̄orum nostrorū, dominorū D. & G. pro ueritatis inuestigatione cum essemus requisiti, parendum nobis quamdebitiſsimè fuit, non solum quia à principibus nostris sereniſsimis requirimur, sed uel maxime ut ueritatis uiam quantum nobis possibile esset aperiremus. Quem certe laborem eo diligentius suscepimus, quod clariſsimus doctor dn̄s Carolus Ruinus ordinarius Bononię, in fauorem Venetorum contra principes nostros consuluisse dicitur, cuius consilij exemplum nobis demissum est: quo nomine non solum pro dominis & principibus nostris consulendum, sed etiam dictum consilium nobis erat confutandum.

Vt ergo omnia ordine tractemus, primo pro Venetis rationes & fundamenta D. Ruini, & quæ alia pro eis facere uidebantur adducemus, Deinde quid ueritas iuris exigat, dn̄o dante aperiemus. Et tandem rationibus ex aduerso respondebimus, eascp confutabimus.

Cœptum

Cœptum igitur ordinẽ, ſicuti pro Venetis adducta eſſe cõperimus, proſequemur. Et primo certũ eſt Venetos dictas undecim uillas iure belli occupaſſe & acquiſiſſe, quas & in uim inducíarum quinquennaliũ poſſidere debebant & poſſederunt. Et quamuis inducíæ huiuſmodi per capitulationes Vuormacieñ. ſint declaratæ, dicta tamen poſſeſsio in nullo eis eſt infirmata, ut poſtea docebitur. Vnde cum per capitula pacis pòſt ſecutæ, expreſſe conuentum ſit, ut Veneti in omnibus terris, locis &c̃. quæ per eos tunc poſsiderent̃, eandem poſſeſsionem cõtinuare pacificè, quietè et ſecurè debeant, ut ſuprà deduximus: & conſtet, quod Veneti ſaltem octo uillas ex dictis undecim eo tunc poſſederunt, relinquitur ut earundem uillarum poſſeſsio eis ſit perpetuata, nec unquam infirmari poſsit. Et quamuis Veneti ex errore tres ex eiſdem uillis dño de la Turre ſubdito domus Auſtrię, quo ad inferiorem iuriſditionem reſtituerint, officiales autem Comitatus Goritiæ de ſuperioritate dictarum trium uillarum de facto ſe intromiſerunt, tamen quia hoc totum indebitè, iniuſtè, & de facto contigerit, ſicuti ſuprà patet, conſequens eſſe ut dictæ etiam tres uillæ eis reſtituãtur. Quæ enim Venetorũ poſſeſsio non ſolum non mutata, ſed etiam inducíjs temporalibus primo, deinde perpetua pace ſtabilita eſt, nõ debet eis auferrí, cum nihil ſit humanæ fidei &c̃. l. i. de pact. maxime ubi de principum conuentionibus 1
agitur, quæ cum ſint bonæ fidei, Bald. in tit. de pac. Conſtañ. §. ſi qua uero. fideliſsimè ſunt ſeruandæ. Iam uero, ut fortius agatur, alio fundamento conſtare poteſt, quod ius poſsidendi dictas undecim uillas, quod Venetis competierat et cõpetit, per capitulationes Vuormacieñ. non ſolum nõ immutatũ eſt, ſed etiam huiuſmodi uillæ à Cæſarea Maieſt. & domo Auſtriæ, per eandem capitulationem, & quidem euidenter per quartum capitulum ſunt abdicatæ. Cum enim in eodem quarto capitulo cauetur, quod Veneti à nonnullis locis ibi deſcriptis in territorio Fori Iulíj, abſtinere & excluſi eſſe debeãt: & deinde caueatur, cætera loca & uillas in Foro Iulíj, quæ non ſint expreſſe Cæſari adiudicatæ, Venetis remanere debere, unà cum quibuſdam locis ibi ſpecificatis: neceſſariò conſequit̃, quod cum dictæ undecim uillæ in Foro Iulíj, nempe in Comitatu Goritię ſint comprehenſæ, per Venetos poſſeſſæ, & Cæſari expreſſe non adiudicatæ, quod per hoc ſint Venetis adſcriptæ, ita quod Veneti ab huiuſmodi uillis non ſolum non excluſi, ſed incluſi etiam intelligantur, per id quod per manus traditur, excluſionẽ 2
quo ad quædam, eſſe incluſionem quo ad alia. l. cum prætor. cum concord. de iud. Dyn. Bart. Ang. moderni in l. legata inutiliter. in prin. de leg. i. ubi applicant ad caſum, ſi Comes cui data ſit facultas ſtatuta re- 3
uidendi, aliqua confirmarit, reliqua certe infirmaſſe intelligi. ſa. l. tribunus. §. i. de teſta. milit. Bald. l. i. §. i. de fer. cum quibuſdam aliſs quæ per D. Ruinũ in ſuo conſilio adducuntur. Et quia pro regula traditur, ex-

cluſionem aliquorũ, pręſumi cæterorũ incluſionẽ, ſtari oportebit regulæ, niſi euidens appareat exceptio. gl. in l. omnis diffinitio. de reg. iur.

Porrò cum Venetis eſt in eorũ fauorem facta quorundã locorũ cõſignatio, debet ea cõſignatio extentè ad omnia quæ cõprehendi poſſunt
4 extendi, & nõ attenuari. Nam quæ ad augmentũ ipſorũ tendunt, diminutionẽ operari nõ debent. l. ſi mancipia. in prin. cum gl. de fund. inſtr. d. l. legata inutiliter. de leg. i. cum ſimil. Nam ſi non eſſet eis facta ſpecialis conſignatio, nihilominus cętera loca pro ipſis ex regula prædicta includerentur. Vnde cum pro Venetis uerſiculus iſte expreſſus ſit, nõ debet eis nocere. faciant quę in notabili caſu traduntur per Guil. & Ang. in l. nulla. de ll. Deniq; cum ex prima parte dicti quarti capituli Veneti in loca cætera incluſi eſſe intelligantur, nõ eſt ueriſimile quod mox ex poſteriori parte ab eadem incluſione tacita cõuentione ſit receſſum.
5 l. nam ad ea. de cond. & dem. & quia ex prędecentibus ſequentia declarantur, & econtra. l. qui filiabus. in prin. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. de leg. i. recte debent utræq; particulæ ſibi mutuò ſubſeruire, non uero contra-
6 riari. Sed dato q̃d dictæ regulæ qua dicitur, excluſione certorũ, alia includi &c̃. hic nõ eſſet locus: attamen ſi ad uerba dicti uerſiculi, Cætera autem. diligenter aduerterimus, comperiemus ſuprà memoratas undecim uillas in eiſdem uerbis uirtualiter comprehendi. Cum enim dicitur, cætera loca & terras remanere in iuriſditione Venetorũ, unà cum caſtro portus Naonis Belgradi &c̃. cum alijs uillis, iuribus & pertinentijs ſuis: hoc ultimũ, ſuis, ad proxima refertur, ſcilicet ad uillas: totum uero orationis contextum non refert: ut ſit ſenſus, quod non ſolum caſtra illic nominata, ſed etiã uillæ in Foro Iulij conſtitutæ à caſtris ſeparatæ remaneãt Venetis, ut ſic dictæ etiã undecim uillæ cõtineant. Et hic ſenſus, ut ex aduerſo prętendit, eſt rei et negocio aptior, et ad primã partem d. quarti capituli accõmodatior, per quẽ & minus lædit poſſeſſio
7 Venetorũ. Porrò quæ ad argumentũ adiecta ſunt, diminutionẽ nõ
8 operabuntur. Proinde cuius uulgò tradat, quod relatio, ad omnia poſita in una et eadem oratione referri debeat. l. doli clauſula. §. i. ubi Bar. & Doct. de uerb. oblig. Bart. l. fin. de reb. dub. tamen in caſu noſtro non eſt talis ſenſus recipiendus, cum per eum oriretur contrarietas: ſiquidem excluderentur undecim uillæ, quæ tamẽ in priori parte quarti capituli ſunt incluſæ. Debebit ergo relatio hic fieri ad proxima, nempe
9 ad uillas ſeparatas à caſtris. Relationem enim fieri ad proxima, ſi id ex tacita mente colligi poſſit, cõmuni doctrina receptum eſt. Alex. conſil. xlviij. in i. parte, in l. ſi idem cum eodem. in fin. poſt Doct. de iuriſd. om. iud. in l. talis ſcriptura. de leg. i. Bald. in l. i. in fin. C. de lib. præter. quæ iura D. Ruinus pro hoc fundamento allegauit. Sed conſtat tacitã mentem capitulantium fuiſſe, ut ultimum, ſuis, tantũ proxima referret, ut ex ſupradictis ſatis oſtenſum eſt. Cęterũ etiam aliud fundamentũ,

extra

extra D. Ruini consiliū, in instructione nobis missa pro Venetis adduci tur. Putant em̄ quod si illa uerba, scilicet, cum alijs uillis & pertinentijs suis, ad totam etiam orationē, & nō ad proxima referant̄, adhuc tamen undecim uillas cōtineri, ut quæ sint pertinentiæ ad castrum Belgradi. Ipsi em̄ Veneti dum huiusmodi uillas tenerēt, easdē ad dictū castrū adiecisse & deputasse dicunt̄: quo casu locū haberet regula, accessoriū. lib. vi. cū sim. Et poterat pro ea deputatione fortasse allegari l. eos. fin. reg. & gl. fin. ibi cum concord. l. Gaius. ad fin. de leg. ij. Mouetur etiam D. Ruinus in quarto folio sui consilij, in uers. & sic constat ex hoc &c. uerbis satis obscuris, quod cum capitula pacis ad hęc tantūmodo facta sint, ut amplietur tempus in capitulationibus Vuormacien. positum, ita quod huiusmodi capitulationes quæ antè erant temporales, factæ sint perpetuę: consequens est, ut quicquid in dictis capitulis pacis includitur, hoc antea in declarationib. inclusum fuisse. Sed capitulum pacis assignat Venetis omnia loca quæ tunc possidebant: debet igitur capitulatio Vuormacien. ita intelligi, ut omnia loca tunc possessa cōtineat, non solum quæ ante bellum Venetorū fuerant, sed in uniuersum omnia: quia qui dicit omne, nihil excludit. per c. solitæ. de maior. & obed. c. si Romanorū. xix. dist. cum uulg. Et procedit hoc præsertim quando uniuersalis dictio ab homine profertur: tunc enim nō patitur restrictionem, secundum Bar. in l. generali. §. uxori. de usufruct. leg. Vnde quicquid Venetis continuare licebit ex capitulis pacis perpetuò, hoc & in capitulis Vuormacien. temporaliter est complexum: uerba enim continuationis ad alias res non extendi &c. Tandem D. Ruinus cum sese in suis fundamentis uidet nō esse tutum, in ultimo folio alio colorationis prætextu utitur. Dato enim quod undecim uillæ pro Venetis in posteriori parte dicti quarti capituli declarationis Vuormacien. excluderentur, ipsi tamen Veneti, ex prima parte eiusdem capituli propter consignationem certorum locorū Cęsari factam, inclusi esse intelligun tur: & propterea cum non magis urgeat ratio exclusionis contra Venetos, quàm pro eis ratio inclusionis, saltem iste casus undecim uillarum omissus esse debebit, & haberi pro omisso. l. si extraneus. de cond. ob caus. l. cōmodissime. de lib. et posth. Ex quo sequit̄, sicuti D. Ruinus opinat̄, quod licet dictas uillas nō possint retinere Veneti, uirtute dicti quarti capituli Vuormacien. debent tamē huiusmodi uillæ ad eos pertinere uirtute secūdi pacis capituli, quatenus illas tunc possiderēt, quia ex illo generaliter illis assignantur oēs uillæ tunc per eos possessæ &c.

Sed istis omnibus non obstantibus, sicut in ueritate non obstant, ueniendo ad secundum caput huius nostri consilij, ueritatem iuris pro sereniss imis dominis et principib. nostris, euidenter militare dicimus. Non enim negari posse quin undecim uillæ, de quibus est quæstio, ad illustrissimū archiducatū Austriæ pertineant: quapropter tres uillas ex

eiſdem per Venetos iuſtè eſſe reſtitutas, eosq; reliquas octo per ipſos occupatas, in uim capitulationis Vuormacien. & capitulorum pacis, ad manus dicti archiducatus pariter reſtituere debere, adſerimus. Hanc concluſionem antequam probemus, aliqua euidentialia præmittere operæprecium putamus. Primo, quod in toto hoc negocio, quoties de inducijs ſeu (ut uulgus loquitur) treugis ſermo fit, aduertendum eſt, eaſdem inducias, quantum ad præſentem controuerſiam pertinet, non eſſe intelligendas ſimpliciter & ſecundum continentiã literalem, ſed iuxta modificationem, determinationem & declarationẽ capitulationis Vuormacien. Hoc enim ex primo capitulo eiuſdẽ declarationis palàm liquet, cum dicitur, treugas in ſuo robore inuiolabiliter obſeruari, cum pactis tamen & declarationibus ibidem ſequentibus. Quod ergo pro parte Venetorum iactitatur, contenta in inducijs per pacem pòſt ſecutam eſſe perpetuata, nõ aliter uerum eſt, quàm cum determinatione & limitatione capitulationis Vuormacien. Et hoc euidentiale in tota cauſa eſt reuoluendum. Secundo præmittimus, quod quãuis pro parte Venetorum paſsim prætendatur, inducias per capitula pacis eſſe perpetuatas, hoc tamen nõ poteſt ex ueritate procedere: quia cum nõ poſſunt eſſe niſi temporales, l. poſtliminiũ. §. inducię. de capt. iij. q. iij. c. inducię. de inducijs. cum ſimil. unde nõ poſſunt pacto ullo perpetuari: ſtatim enim cum perpetuitas eis adijciatur, deſinunt eſſe inducię. arg. l. cum precario. in princ. de precar. l. cum manu ſata. §. fin. de contrah. emp. l. Titio cum morietur. de uſufruct. Vnde capitula pacis ex ſeſe ipſa accipienda ſunt, non tanquam talia per quæ capitula inducіarum perpetuentur. Tertio prẽmittimus, quod ſextũ capitulum pacis, in quo ambo potentatus promittunt reſtituere ea quæ nõdum erant reſtituta, recte intelligi debebit de ea reſtitutiõe quę uigore quarti capituli Vuormacien. debebat fieri: hoc enim uerba dicti ſexti capituli pacis clarè ſonant. Et quamuis D. Ruinus in ſuo conſilio plus argutè quàm uerè putauerit, dictum capitulum pacis non poſſe referri ad quartũ capitulum declarationis Vuormacien. nullam enim reſtitutionẽ, nec ex parte Cæſaris, nec Venetorũ fiendam, in dicto quarto capitulo contineri, propterea ſeriem dicti ſexti capituli pacis eſſe referendam ad alias priuatas reſtitutiones bonorũ, reddituum, actionum &c. quæ ſubditis dominij ex alijs capitulis declarationis Vuormacien. fieri debuerant &c. Sed non eſt uera hæc aſſertio, ut quę manifeſte oppugnetur per uerba dicti ſexti capituli pacis, ubi clarè cauetur, reſtitutionem locorũ, uillarũ, poſſeſsionum, & aliorũ bonorũ, per Cæſarem Venetis & eorum ſubditis uigore capitulationis Vuormacien. fieri debere, quod & Venetos ex eorum etiam parte promiſiſſe &c. quibus uerbis non ſolum bona ſubditorum, ſed & loca, uillas, poſſeſsiones, ipſis etiam potentatibus libere reſtitui oportere, in dicto ſexto capitulo pacis conuentum eſt. Quæ

reſtitutio

restitutio, cum in declarationibus Vuormacien. nullo alio loco euidentius quàm in dicto quarto capitulo contineatur, consequens est, prædictum sextum capitulum pacis ad huiusmodi quartum capitulum declarationũ, recte referri posse & debere. arg. l. asse toto. de hæred. instit. l. si ita scriptũ. de cond. & demonst. Patet etiam ex prædictis D. Ruinum improuidè errasse, uel certe argutijs usum fuisse, dum scribit, ex serie dicti quarti capituli nullam restitutionem ultro & citro fiendam caueri: hoc enim nõ esse uerum, dictum capitulum pacis docet, ut iam suprà satis patuit. Præterea cum in dicto capitulo quarto Veneti abstinere iubentur à certis locis Cæsari consignatis, quomodo poterant ab eis abstinere, nisi Cæsari cum effectu restituerent, id est, ab omni impedimento cessarent: per eleg. et not. tex. in c. Pisanis. uers. porrò. usq; ad fi. de rest. spol. & fa. in arg. l. seruus si hæredi. in fi. de statu lib. l. plus est. l. fin. in fi. de uerb. sig. Deniq; cum in eodem capitulo conuentum sit, ut cætera loca Venetis ipsis ibidem consignata remaneant, recte per ea uerba restitutio significatur: quæ enim restitui debent, non ineleganter remanere dicuntur. per tex. in l. si cum ante. in fi. & ibi gl. cum concor. C. de don. ante nupt. Per prędicta ueritas dicti tertij euidentialis liquére euidenter poterit, nempe quod sextũ capitulum pacis ad declarationem Vuormacien. etiam in quarto capitulo, nedum in alijs, referri debebit. Quarto præmittimus, & quidem necessariò, quod quamuis secundum capitulum pacis, in quo cautum est, ut Veneti eorũ possessionem continuare debeant, ex ordine scripturæ sextum capitulum, quod de plena restitutione fienda cauit, præcesserit, ordine tamen naturæ & rectæ rationis, saniq; intellectus, conuentio dicti sexti capituli debet præcedere. Nec enim possibile est quod Veneti possessionem cœptam continuare possint, nisi prius plenaria utrinq; facta restitutione appareat quę bona ad eos pertineant, in quibus cõtinuare possessionẽ possint. Vnde quod in fine dicti secũdi capituli dicit, Venetos possidere & tenere debere ea quæ in præsentiarum tenent & possident, intelligendum est, deductis locis, & eorũ facta restitutione, quę ex priorib. cõuentionib. fuere restitutioni obnoxia. Hæc enim exceptio qua ex generali dispositione iura alteri quæsita separant, ita est iure fundata, ut suppleri regulariter in dispositionib. debeat. arg. l. uenisse. aliàs peruenisse. i. de uerb. sig. l. subsignatum. §. bona. eo. tit. cum simil. Et is intellectus ex ineuitata necessitate recipiendus est, alioqui utraq; capitula secundũ & sextum dissiderent, scilicet quod Veneti & obligati essent restituere nondum restituta, & nihilominus omnia in præsentiarũ possessa continuare possent. Quomodo enim in eis posset cõtinuari perpetua possessio eorum locorũ, qui essent præsenti restitutioni obnoxia? Ne ergo isthæc cõtrarietas incidat, ordo capitulorum huiusmodi ad rationem, uel contra scripturã referendus est. Si enim uerba etiam improprianda

ſunt,ut tollatur contrarietas.Bar.l.ij.§. creditum. ſi cert. petat.Abb.c. gratum.de off.deleg.quanto fortius ad iuſtam ſeriem ſunt ordinanda, ſicut in ſimili arguit l. C. l.iuris gentium.§.adeò.uerſ.nam ſi poteſt.de pact.Quod autem ordo ſcripturæ in propoſito nō ſit attendendus,ſed
15 tota ſeries ad ſanum intellectum,ad rationem & naturam materiæ ſub iectæ redigenda, etiam ex notiſsimis iuribus euincitur.l.nec enim. ubi eſt tex.de ſolut.l.quidam.de pecul.leg.l.ambiguitates.cum l.ſeq.C.de teſta.cum multis ſimil.& tenuit Alex.cōſil.cxij.ad fi.uerſ.tamen fallit. in quinto uolumine.qui allegat Cyn.& Bal. in l. cum in teſtamento.§. i.de hæred.inſtit.Et idem Alex.conſil.clvij.in antepen.col.uerſ. nec di 10
catur.eo. lib.Et dicit Maria.Soc.conſil.ix.vi.col.uerſ.uerū prædictis. eam doctrinam tradi pro regula.allegat Ioan.Mo.in c.ij.de iud.dicens alios Doct.eum ſequi.Idem tenet Franc. Aret.conſil.lix.pen.col.uerſ. ſtat autem regula.qui allegat Bald.in l.i.C.de appell. qui in tertio not. hoc ſentit.cum ſimil.facit Philip.Corn.in iij.parte, conſil.cxxxvi.pen. col.uerſ.nec præpoſteratio. ut interim taceamus complures alios.

Et quamuis doctrina ordinis præpoſterati, à uarijs Doct. uariè tradatur,ut quę in utranq; partē pugnet,hoc tamē in iure noſtro & Doct.
16 perpetuum eſſe cognoſcitur,quod ordo ſcripturæ non attenditur,ſi ex natura materiæ ſubiectæ,ex recta ratione,& ex ſano intellectu,de recta 20
iuſta & legitima ſerie conſtiterit.Bar.in l.iij.§. prius.in iij. membro.& ibi Doct.cōmuniter.de uulg.& pup.Barth.Soci.conſil. ccxxvij. uerſ. quarto confirmatur.col.ij.Et dicit Ang.poſt Cyn.& Bal.d.l.cum in teſtamento.§.i.quod ſi etiam plura eſſent ſucceſsiuè inſtrumenta facta,illud intelligeretur præceſsiſſe(etiamſi eſſet ultimum)per quod actus uacuus redderetur.Subiungendo, quod ſi inueniatur inſtrumentū donationis à patre in filium factæ,& pòſt contineatur emancipationis inſtrumentum,ordinem ſcripturæ non attendi,ſed conuerti debere,ut intelligatur præceſsiſſe emancipatio.fa.quæ tradit Bart.in l.quidam conſulebant.de re iud.Quod ſi primo contra actorem, deinde contra iudicē 30
exceptio opponatur,ſpreto ordine ſcripturæ, attendi ordinem intellectus,ut exceptio contra iudicem præceſsiſſe cenſeatur: quod latius tractat Alex.in d.l.iij.§.prius.ij.col.uerſ.ex quo infertur. ſi interim complures in hoc genere Doct.doctrinas prætereamus. Apparet igitur ex iſto euidentiali,quod ſeries dicti ſexti capituli pacis,intellectu & ratione pręcedere debet ſecundum capitulum, ita quod contenta ſecundi capituli,ex ſerie prædicti ſexti capituli limitentur &determinentur.Quæ doctrina in hoc toto conſilio nō eſt mediocriter aduertenda. His pro euidentia præmiſsis, reliquum eſt ut concluſionem ſuprà poſitam,qua diximus,undecim uillas præſentis quæſtionis ſereniſsimis dominis & 40
principibus noſtris deberi, ad eos & ad domum Auſtriæ pertinere,rationibus euidentibus ſtabiliamus. Volumus autem modicis rationib.

eſſe

esse contenti, efficacibus tamen. arg. l. ita uulneratus. in fin. ad l. Aquil.

Prima ratio remotiua. Cum enim uillæ quæstionis præsentis ante bellum ad illustrissimam domũ Austriæ pertinuerint, & nunc Veneti eas ad sese spectare contendunt, necesse est quod aut iure belli, aut ex treugis, aut ex declarationib. Vuormacien. aut tandem ex capitulis pacis ipsis sint acquisitę. Primum, quod ad ius belli attinet, dici nõ potest: nam inter utrosq; potentatus cessauit dominij acquisitio, quæ iure belli competeret, id quod per inductarium conuenta, & maxime per dictas declarationes (cum de restituendis bonis mentio fit) patêre potest. Declaratio enim quæ in sequentibus fit, satis ostendit quid à principio actum sit. l. ait prætor. §. si iudex. de re iud. l. hęredes palàm. §. sed si notã. de testa. l. sed Iulianus. §. proinde. ad Maced. cum simil. 17

Porrò nec ex treugis seu inducijs Veneti defendi possunt: nam huiusmodi treugæ non aliter firmæ fuerunt, quàm secundum declarationes Vuormacien. ut suprà in primo euidentiali docuimus. Iste enim articulus treugarum cui Veneti nituntur, scilicet, qui tenet teneat &c̃. per easdem declarationes magna ex parte immutatus est & limitatus, ut mox docebitur: quapropter pro Venetis operari nihil poterat, nisi quatenus ex dictis declarationib. permitteret. Limitata eĩ qualitas &c̃. l. age. C. de transact. l. in agris. de acquir. rer. dom. cum uulg. Accedat quod huiusmodi treugæ iam diu finitæ sunt, & fato suo defunctę (erant enim quinquennales) quo tempore finito, nihil plus operabantur: quia nõ entis &c̃. l. eius. si cert. pet. cum simil. Non obstante quod prætenderetur, huiusmodi treugas per capitula pacis ultimo cõuentæ, perpetuatas esse: hoc enim & non esse uerum, & de iure esse impossibile, suprà in secundo euidentiali satis declarauimus. Quod enim ex sui natura temporale est, 18 et ad certum tempus desinit, nõ potest ulla cõuentione fieri perpetuũ: implicaret enim contradictionem. arg. l. sequitur. §. lana. ibi gl. de usucap. l. in bello. §. factæ. de capti. l. obligationũ. §. placet. de act. Quod si per capitula pacis fortè aliqua firmarentur, quæ in treugis contenta sunt, hoc certe uirtute & uigore pacis, non treugarum, firmũ esset. Sed iste articulus in treugis quo dicitur, qui tenet teneat &c̃. per capitula pacis non est firmatus, imò notabiliter immutatus, ut postea liquebit. Relinquitur ergo, quod Veneti in uim treugarum dictas uillas habere nõ possint. Præterea nec ex declarationib. Vuormacien. Veneti defenduntur: quod ut clarissimè pateat, aduertendum est ad capitulum quartum earundem declarationũ, quod solum capitulum præcipuè in posteriori parte, in uers. cætera autẽ. nobis in proposito deseruit. Nam post assignationem certorum locorũ Cæsari factam cauetur, quod cætera loca & uillæ, quæ ante bellum Venetorũ fuere, eis permanere debeant, cum portu Naonis Belgradi, castri noui ac quadriuij, cum alijs uillis, iuribus & pertinentijs suis &c̃. In huiusmodi uerbis duæ continentur

particulæ. Primo, quod loca & terræ quæ ante bellum erant Venetorum & non sunt Cæsari adscriptæ, ipsis remaneant. Secundo, quod & castra suprà specificata, cum alijs uillis & pertinentijs suis, eisdem Venetis sunt consignata. Nunc si primam particulam consideres, inuenies Venetis ea loca deberi, quæ ante bellum eorum fuerant, id est, in
19 eorũ dominio uel possessione erant. Genitiuus enim dominiũ uel possessionem significat. l. ij. §. in locum. de relig. Bart. in l. i. §. potestatis. de pecul. cum uulg. Debent autem dicta uerba, scilicet, quæ ante bellũ fuerant, sub taxatiua intelligi, ut Venetis non alia loca remanere ex huiusmodi uerbis debeant, quàm quæ eorum fuerunt ante bellum. Ea enim 10
qualitas adiecta, dispositionem restringit, præcîdit & limitat, ut nõ alia loca, quàm quibus ista qualitas competit, includantur. Nam relatiuũ,
20 quæ, in proposito restringit. Bar. & Doct. in l. i. C. de summa trinit. & fid. cath. gl. in c. electionibus. de elect. lib. vi. Abb. in c. quoniã Abbas.
21 de off. deleg. cum sim. Qualitas autem adiecta, dispositionem eatenus limitat, ut nihil in ea includi possit, nisi cui qualitas conueniat. l. rescripto. in fi. de mun. & hon. Ioan. And. in regula, sine culpa. lib. vi. Doct. c. quod clericis. de for. comp. Bald. l. i. C. de legat. idem l. i. in fin. C. de uerb. sig. cum multis simil. quæ ex cõmunibus locis sumi possent, accedente arg. ab oppositis. Sicut enim loca & uillæ quę ante bellum fuerũt 20
Venetorum, eis remanere debent, ita loca quę tunc eorum non fuerũt,
22 non remanebunt. quod argumentũ recte sumptum, ualidissimũ est. l. i. §. huius rei. de off. eius cui mand. est iurisd. Cum igitur uillæ præsentis quæstionis, ante bellum Venetorũ nõ fuerant, necessariò consequens est, ut ipsi ab eisdem excluſi esse intelligantur. Quo uero ad secundã particulam d. uers. cætera autem &c. in qua Venetis castra quædam ibidem nominata, cum alijs uillis & pertinentijs suis assignantur &c. certe nec ex hoc loco Veneti ullũ ius ad uillas prę sentis quæstionis prę tendere possunt: siquidem per hanc clausulam, scilicet, cum alijs uillis suis &c. non intelliguntur nisi uillæ accessoriæ ad dicta castra, id quod 30
ex uero intellectu facile colligit. Ista enim præpositio, cum, inter res posita, coniungit & annectit accessorie. Bart. eleganter in l. si cui. de fund. instru. & ibi Alex. cum plurimis concord. Idem Bart. in l. Titiæ textores. §. pen. de leg. i. Et dicit ibi Iason, doctrinam Bar. ab omnib. approbari, nisi fortè aliqua res sub proprio nomine alteri annecteretur: ut si domum quis leget cum fundo Formiano, tunc enim doctrina Bart. nõ procederet. l. si quis inquilinos. §. si ita. ubi est tex. de leg. i. Nunc in proposito, quia certa castra cum alijs uillis, iuribus & pertinentijs suis Venetis sunt consignata, & constat quod uillæ communiter castris solent accedere, non ergo hic aliæ uillæ intelligi possunt, quàm quæ ad 40
huiusmodi castra accesserunt, & quæ dictorum castrorum sunt pertinentiæ. Aliæ autẽ uillæ quæ ab huiusmodi castris sunt separatæ, sicut

sunt

sunt undecim uillæ præsentis quæstionis, per dictam copulam nõ sunt adiunctæ. Faciat, quod relatiuum, suis, in dicta clausula positum, nõ ad proxima referendum est sed ad totum contextũ orationis: ut sit sensus, cum pertinentijs suis, id est, castrorum illic nominatorũ. Sed hoc infrà in solutionib. argumentorũ latius fundabitur. Patet ergo, sæpe dictas undecim uillas in neutra particula quarti capituli Venetis esse adiudicatas. Sed quid fatigamur, cum dñs Ruinus in suo cõsilio ad fi. in uers. ex quo sequitur. ultro cõfiteatur, Venetos dictas uillas uirtute d. quarti capituli retinere non posse. Cum autem nullum aliud sit capitulum in dictis declarationibus Vuormacien. quod præsenti quæstioni subseruire ullo modo possit, relinquit quod ex eisdem declarationib. huiusmodi uillæ Venetis non sint adiudicatę, etiam D. Ruino consultore id confitente. Accedat ad omnia prædicta ratio urgens, quæ etiam in instructiõe ad nos data attingit. Quod si maxime Veneti ex dicto quarto capitulo se fundare pergerent, tunc interpretatio contra eos sine dubio esset facienda, tum quod legem apertius scribere poterant, ut qui erant locis controuersis uicini. l. ueteribus. de pactis. l. stipulatio ista. §. in stipulationib. de uerb. obli. tum etiam ex uulg. doctrina qua dicitur, interpretationem fieri contra eum qui se ex conuentione fundat. Bart. & Doct. in iurib. suprà allegatis. & in l. inter stipulantem. §. si Stichum. eod. tit. in regula, contra eum. lib. vi. cum simil. Habuisse autem eos maiorem cognitionem locorum tanquam uicinos, iure præsumit. c. quosdam. de præsumpt. l. i. §. i. de flum. l. si ita. de fund. instr. cum uulg.

Tandem euincendum est, Venetos nec per capitula pacis posse defendi. Nam secundum capitulum cui Veneti innituntur, licet ordine scripturæ præcedat sextũ, ratione tamen & intellectu sequi debet, ut suprà in quarto euidentiali latè fundauimus. Proinde nulla Venetis cõtinuatio possessionis ex secundo capitulo competit, nisi facta prius restitutione eorum quæ ex sexto capitulo pacis per eos debebant restitui. Sed constat Venetos uillas præsentis quæstionis, à quibus per dictũ quartum capitulum Vuormacien. sunt secluſi, principibus nostris iam diu restituere debuisse: non ergo potest eis suffragari dictum secundum capitulum pacis, ad continuandam possessionem uillarum restitutioni obligatarum. His sic se habentibus, necessariò cõcluditur, Venetos dictas uillas nullo iusto titulo, sed iniustè & de facto detinere. Constito igitur quod Venetis huiusmodi undecim uillæ uirtute dicti capituli quarti sint abdicatæ, rectè consequens est, ut probemus Cæsarem quo ad easdem includi. Sed hoc ex dicto capitulo quarto, in uers. cætera autem &c. euidenter apparere potest, si recte quis colligat. Nam sicut cautum est post consignationem certorum locorũ Cæsari factam, cætera loca quę ante bellum fuere Venetorũ, eis remanere: ita è regione cautũ intelligitur, post cõsignationem certorum locorũ Venetis factam, alia

loca quæ ante bellum Cęſaris fuere, ei remanere oportere. Debet enim
26 in huiuſmodi fœderibus, & maxime inter principes, ſeruari æqualitas & paritas, id quod Imperator fieri iuſsit in Authen. de non elig. ſecūd. nub. §. illud quoq; dudum. ſcilicet quod ex inæqualitate, iuſtitiæ & æquitatis ratio turbaretur. Authen. de ęqual. dot. poſt prin. Et quia tota
27 ſeries quarti capituli ſupradicti ſeſe mutuò reſpicit, debet altera pars per alteram determinari. Bart. in l. ſi legatarius. §. fin. de leg. iij. & ſa. in arg. quæ traduntur in gl. in c. accuſatus. §. cum uero. de hęret. lib. vi. ſa. quod eleganter docet Oldr. conſil. viij. cum dicit, per ultimam clauſulam quæ limitationem aliquam continet, determinari etiam præcedentem orationem generalem. alleg. l. nam quod. §. fin. de pen. leg. l. quæſitum. §. i. de leg. iij. addimus Abb. in c. cum dilecti. ad fi. de donat. qui pro certa regula ponit, clauſulam in fine poſitam, ſi etiam ſit oneroſa, tamen omnia præcedentia reſpicere, quamuis ſint diuerſa negocia. per c. inquiſitione. de appell. niſi prędecētes orationes ſuis determinatis clauſulis eſſent qualificatæ. Quod cū in caſu noſtro dici non poſsit, meritò præcedentia determinationem à ſequentib. ſumunt, maxime quod ſequentia præcedentibus ita cohæreant, ut ex eis defluant. Ad prædicta ſa. tex. in l. hæres. §. uxor. de leg. iij. l. Aurelius. §. teſtator ita. de lib. leg. Idē Philip. Cor. tenet conſil. iiij. ij. part. qui docet, ultimā clauſulam recte ad præcedentia reſpicere, ut ſcilicet abſurditas uitetur & inæqualitas. allegat gl. in d. c. inquiſitione. Bart. d. l. quæſitum. §. ſi quis fundū. uerſ. tertia quæſtio. Non eſt igitur quod dubitari conueniat, quin ea determinatio poſterioris clauſulæ qua dicitur, ea quæ ante bellum Venetorum fuere, eis remanere &c. etiam in præcedenti orationis contextu quo ad Cæſarem prouiſa intelligatur. Accedat uulgata ratio qua dicit,
28 rem facile reuerti ad naturam propriam. l. ſi unus. §. quod & in ſpecie. et ibi eleganter laſon. de pact. Dictæ ergo uillæ quando Venetis non debentur, ad Cæſarem iure pertinebunt. Nam niſi hoc reciperetur, dominium earundem uelut in aëre penderet, & eſſet incertum, contra l. i. de uſucap. arg. Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. ſi ab hoſtib. cum ſimil. Addimus quod & conuentio Vuormacieñ. claudicaret, imò ad euiden
29 tem tenderet iniquitatem. Abſurdū enim uideri debet, in altera parte aliquid ratum eſſe, quod in altera non ſit ratum, ut dicit I. C. in l. ſi cum dies. §. unde eleganter. de arbit. & ſa. l. ſed & interpellat. §. fin. eod. tit. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. de act. empt. d. l. eum qui. de uſucap. Nec
30 enim debet una pars ita foueri, ut altera denudetur. l. aſsiduus. §. exceptis. C. qui pot. in pig. c. ex tuarū. de uſur. Bal. l. fi. de conſtit. princip. tex. not. in c. quamuis. de reſcriptis. lib. vi. Bart. & Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantū. de lib. & poſth. Et potiſsimè ea procedunt, cum iſthæc conuentio inter principes & potentatus facta eſt, qui ex æquo & bono intelligi debet, ut quæ ſit bonæ fidei. Bald. in d. tit. de pace Conſtant. §.

ſi qua

si qua uero. in usib. feud. Quæ omnia aliquanto diligentius attigimus, ut D. Ruini erronea assertio euidentissimè confutetur, cum in suo consilio ad fin. sine ueritate putat hunc casum uillarum esse omissum, cum sit uelut expresse in dicto quarto capitulo inclusus. Satis enim expressa dicuntur, quæ ex uerbis possunt colligi. Bal. l. ad probationem. i. C. de probat. Ang. in l. prætor ait. de op. no. nunc. Præterea & alia ratio pro principibus nostris pugnat. Constat enim quod Veneti post capitulationem Vuormacien. mox restituerunt Dn. de la Turre subdito, Cæsaris tres uillas ex dictis undecim, quo ad inferiorem iurisditionem, & passi sunt iura superioris iurisditionis usurpari per officiales domus Austriæ, sicut idipsum & hodie patiuntur. Quo ergo iure partem undecim uillarum, nempe istas tres uillas, Veneti restituerunt & ab eis abstinent, eo etiam iure à reliquis octo uillis abstinere tenebuntur: quia cũ uno & collectiuo nomine undecim nuncupentur, quodãmodo unum corpus dicuntur, ut in simili dicit Imperator in l. i. §. his ita. uers. sin autẽ ex his. C. de cad. toll. quod & Bart. sensit in l. re coniuncti. in ij. principali membro. ix. col. cum dicit, maiorem unitatem induci ex nomine 31
collectiuo, quàm si copula intercederet. fa. l. quoties. de leg. ij. Proinde parte aliqua in hoc toto collectiuo restituta, non poterit sine speciali ra
tione reliqua retineri. Siquidem in homogenijs, id est, in his quibus ea- 32
dem ratio, eadem natura & cõditio, pars trahit ad se totũ, ut uoluit eleganter Rodolp. Agricol. in lib. i. de dialectica inuẽtione. & facit l. iij. ij. respõs. de acquir. poss. l. uulgaris. in prin. ff. de fur. l. si cui res. de leg. ij. Ias. in l. i. in princ. de transact. l. neminẽ. de leg. ij. et fa. ad hoc. text. not. in l. si quis ita scripserit. in fi. de hęred. instit. ubi in parte hęres unicus institutus, totũ ad se trahet, cum nõ possit dari differẽtię ratio, cur unicus hæres qui partem in hæreditate iure institutionis habet, nõ etiã totũ sit habiturus. Sic & in prẹsentia nõ potest ulla dari discretiõis ratio, ne Veneti qui in hoc collectiuo undecim uillarũ, partẽ, nẽpe tres uillas, ultro
restituerũt, quinetiã reliquas partes, propter homogeniã naturã & conditionẽ, restituere teneantur. Accedat quod & alioqui pars totũ ad se trahat, scilicet si plura sint in aliquam paritatem connexa, ut alterum ab altero cõmode separari non possit, ut est chorus tragœdi, mimi, qui omnes faciunt totum collectiuũ. l. cum eiusdem. in prin. de ædil. ed. Tunc enim propter partem totum redhibetur. d. l. cum eiusdem. cum distinctione tamen illic posita. & melius in l. plerunq;. in prin. l. ædiles aiunt. ad fin §. sed si duo paria. eod. tit. Hoc etiam Paul. ad Rom. cap. x. significasse uidetur, cum dicit, si primitiæ sanctæ sunt, & massam esse sanctã. Nemo igitur absurdum putet in casu etiam nostro, Venetos cum partem, nempe tres uillas restituerint, reliquas quoq; octo uillas restituere
oportere, ut in suam cõmodam naturam hoc totum collectiuum undecim uillarũ redigatur. Porrò si pars fundi ab aliquo empta, ad se totum 33

fundum trahit, ne in inuitã cõmunionẽ incidat, eatenus quod emptor partis totum fundum, uenditori interea adiudicatum, emere cogatur, l. Iulianus. §. idem Celsus. de act. empt. l. in cõmuni. §. fi. cõmuni diuid. cum simil. quanto fortius in proposito pars in isto collectiuo undecim uillarum, nempe tres uillæ uero domino restitutæ, ad se reliquas octo trahent, & ab occupatoribus reducent ad iustum dominũ, ne in inui-
34 tam cõmunionem incidatur. Nam si cõmunio inter priuatos discordiam parit, l. in re cõmuni. de seruit. urb. præd. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. ij. l. ij. C. quando & quib. quart. pars. lib. x. l. sancimus. §. sin autem auro. C. de don. cum simil. quanto magis huiusmodi con tentiones inter principes & dominia auertendæ & cauendæ sunt. vij. q. i. c. in apibus. Nam & propter dissidia & disturbationes tollendas in hoc toto negocio, ad capitula declarationũ & pacis deuentum fuit, ut
35 alibi docuimus. Porrò absurdum esset, quod uerus dñs, id quod suum est, cum alio cõmunicare cogeretur. l. in re mãdata. C. mand. cum uulgat. Et dicit Themistius libr. vij. Physicorum, uim in unum collectam adstrictamq; semper animosiorem & firmiorẽ esse, quàm diffluentem dissociatamq; partibus. Accedat, quod cum Veneti sese à prædictis tribus uillis suo facto excluserunt, eodemq; facto confessi sunt eas ad se non pertinere, consequitur necessariò, ut & à reliquis octo uillis excluſi esse, easq; ad sese non pertinere fateri censeantur. Qui enim ab uno ex parificatis excluditur, excludetur & ab alio, ut dicit Bald. in Authent. post fratres. C. de legit. hæred. Quod autem sufficiat ipso facto confiteri, tex. est in l. si tamẽ. §. ei qui. ibi, multo enim amplius &c̃. de ędil. ed. l. Paulus. ubi gl. fi. cum concord. rem rat. hab. Quæ cum ita sint, nõ potest ulla dari diuersitatis ratio, cur Veneti qui tres uillas ex prædicto toto collectiuo restituerũt, reliquas possint retinere, cum una & eadẽ res diuerso iure censeri nõ debeat. d. l. eum qui. de usucap. c. cum in tua. de decim. c. quia circa. de priuileg. c. cognouimus. ij. q. ij. cum similib. Ex quibus omnibus satis patére putamus, Venetos dictas uillas nullo iusto titulo hactenus occupasse & occupare.

Restat nunc ut ad argumenta in contrariũ facta respondeamus. Sed certe ex supradictis magna ex parte argumentorũ solutio potest colligi. Quod enim à principio significari uidet, uillas præsentis quæstionis per Venetos iure belli quęsitas &c̃. nõ obstat, & est suprà in prima ratione pro parte Cęsaris confutatũ. Quod uero in dicto primo argumẽto pro Venetis prętendit, uillas quæstionis in uim treugarũ teneri potuisse, quæ detentio per capitulationem Vuormacien. eis nõ sit mutata nec infirmata &c̃. nõ obstat. Nam treugæ seu induciæ, per dictam capitulationem magna ex parte limitatę fuerũt & modificatę, eatenus, ut Venetis non plus liceret tenere, quod in uim treugarum tenebant. Ex dicta enim capitulatione possidere non poterant, nisi ea quæ ante bellum

eorum

eorum fuerant, paucis quibuſdam locis nominatim adiectis, ſicuti ſuprà uerſ. porrò nec ex treugis &c̄. latius fundauimus. Quod autem in dicto argumento pro parte Venetorum infertur, ex capitulis pacis eis poſſeſsionem continuari licere &c̄. ſæpe iam ſuprà confutatum eſt, & maxime in quarto euidentiali, ubi docuimus qualiter capitula pacis intelligi debeant. Ad ea uero quæ pro Venetis ſubſequunt̄, uidelicet tres uillas Cæſarianis ex errore reſtitutas eſſe, eisq; reddi debere &c̄. nullius eſſe momenti, tota conſilij noſtri ſeries euicit. Et porrò cū dicitur, conuentiones principum ex æquo & bono intelligi &c̄. tam nō prodeſt Venetis, ut etiam pro Cæſare maxime faciat, in eo prę̄cipue ut Veneti æquitatem & bonam fidem agnoſcant, & uillas præſentis quę̄ſtionis quas iniuſtè detinent, iuxta eorū promiſsionem in ſexto capitulo pacis factam, ſereniſsimis principibus noſtris, tanquam ueris dominis reſtituant. Deinde alio argumento, in uerſ. iam uero ut fortius &c. pro parte Venetorū prætenditur, dictas undecim uillas uigore dicti capituli declarationū Vuormacien̄. à Cæſare ſeu Archiducibus Auſtriæ eſſe abdicatas, ea ratione, quod cum certa loca & terræ ſint Cæſari adiudicatæ, ab alijs non expreſsis eum excludi, per iura uulgata, quibus dicitur, incluſionem in rebus certis, cæterorū operari excluſionem. l. cum prætor. de iud. cum ſimilib. &c̄. Sed hoc non obſtat. Huiuſmodi enim doctrinæ ſunt brocardicæ, ex quibus generaliter allegatis, nihil legitimi probatur. Cum enim argumentū ſit ratio rei dubiæ faciens fidem, ſecundum dialecticos, Bal. l. uoluntatis. C. de fidei cōmiſſ. brocardica autem generaliter allegata, fidem facere (cum ſint dubia) nō poſſunt, arg. l. cum incertus. l. legato generaliter. de leg. i. ſequitur, ex eis nihil euinci. Deniq; dictæ doctrinæ nō habent locū, quoties ſuper incluſione ſpecialis eſt facta prouiſio. Sali. in l. de crimine. ij. oppoſ. C. qui accuſ. nō poſſ. ut eum alleg. Philip. Deci. conſil. exc. col. iiij. Hoc eſt quod dicit̄, exceptione nō firmari regulam, ſi aliæ etiā exceptiones alio fine expreſſę̄ reperiant̄. gl. in l. i. ibi Bal. C. de cond. indeb. Abb. c. quoniā frequenter. iij. col. in prin. ut lit. nō conteſt. cum multis ſimil. per diſcurſum iuris. In propoſito ergo, licet excepta ſint aliqua loca pro Cæſare, ea tamen regula quæ ſuper incluſione aliorum locorū allegatur, propterea non eſt pro Venetis firmata, cum alia adhuc ſit exceptio, quæ eos, ne includantur, impedit, ſcilicet, quod ipſi ab his bonis quæ ante bellum non fuerunt ſua, debeant abſtinere. Ceſſat igitur hic uulgatum dictum excluſionis &c̄. Addimus quod Bald. dicit, in generalibus prouiſionibus ea non includi, de quibus ſpecialiter ſit prouiſum, ſiue utraque prouiſio uel ſit legalis uel hominis, ſiue altera legalis altera hominis. ita Bald. in rubr. ſi cert. pet. qui allegat l. alimenta. §. Baſilice. l. Stichus nutricis. de aliment. leg. l. cohæredi. §. qui patrem. de uulg. & pup. l. doli clauſula. de uerb. oblig. cum ſimil.

36 37 38 39

Cum ergo hic per cõuentiones partium prouiſum ſit quid ad Venetos pertinere debeat, certe eis lex ultra non ſubueniet quàm conuentio hominis patiatur. l. maritus. C. de procurator. l. fi. C. de dot. promiſſ. Et profectò nimis impertinenter pro Venetis d. doctrinæ incluſoriæ per dñm conſulentem allegantur, cum & is ipſe in fine ſui conſilij admittere uideatur, rationem incluſionis pro Venetis non urgere. Quod uero ibidem prætenditur, poſteriorem clauſulam dicti quarti capituli ad augmentum Venetorũ eſſe factam, unde diminutionẽ operari non debere, per iura ibi allegata &c̃. non obſtat. Cum enim loca & uillæ Venetis illic non ſimpliciter, ſed ſub limitatione annexæ qualitatis, ſcilicet quæ ante bellum &c̃. ſint aſsignata, iſthæc annexa qualitas diſpoſitionem attenuat, perpetuat, diminuit, præcîdit, & eatenus determinat, ut doctrina augmenti &c̃. hic locũ non habeat, cum iſta qualitas limitata, fines aſsignatorum locorum excedere non patiatur. Et eſt ea diſpoſitio Cæſari quo ad uillas quæſtionis ita fauorabilis, ſicut Venetis quo ad loca alia, ut ſuprà in uerſ. conſtito ergo &c̃. docuimus. Certi enim iuris
40 eſt, quod qualitas annexa, diſpoſitioni adhæret, eamq; reſtringit, iuxta not. in d. l. reſcripto. in fin. de mun. & hon. cum iurib. ſuprà à prin. alle-
41 gatis. Nec enim ignotum eſt, diſpoſitionem quæ cõmodum ſentit, etiã onus agnoſcere. Inſtit. de ſociet. §. illud. l. ſi is. §. i. cõmod. l. fi. §. pen. C. de furt. & fa. ad prædicta l. ſtipulationum. §. conuentionales. l. ſtipulationes nõ diuid. de uerb. oblig. l. tutelas. in prin. de capit. dimi. Limitata enim cauſa, limitatum enaſci effectum, uulgò notum eſt. l. cancellauerat. de his quæ in teſta. delen. c. de cætero. c. ea noſcitur. de ſent. excõ. Quę cum ita ſint, ſupradicta arguendi ſeries qua ab augmento ad diminutionem negatam arguitur, in præſentia non habet locum, nec iura allegata quicquam faciunt. Illic enim erãt in legatis uerba extenſiua ad nullam reſtrictam qualitatem determinata, hic uero aſsignatio locorũ ſub qualitate limitata diſtinguitur & determinatur. Simile adducimus in l. pen. de ſeruit. ruſt. præd. ubi donabatur à fratre fratri digitus aquæ, quæ donatio licet ad augmentum reſpicere uideret, propter qualitatem tamen reſtrictam, diminutionem operabatur. Nec faciunt ad propoſitũ quæ ex Guliel. de Cun. & Ang. in d. l. nulla. de lega. allegata ſunt. Cum enim in quæſtione per eos ibidẽ propoſita, domus ipſa ſine ulla limitatione æſtimationis uxori legata eſſet, iure & meritò precium ex domo uendita redactum, qualecunq; eſt, legato cedet. quod certe nihil ſa. ad propoſitũ, ubi utriq; potentatui per pacta diſtinguitur, quod cuiuſq; eſſe debeat. Quod autem in conſilio D. Ruini nonnullæ argutię attinguntur, quaſi contrarietas quædam oriret, ſi poſterior pars dicti quarti capituli ſub ea limitatione intelligeretur, cum prior pars eiuſdem capituli omnia loca Cæſari non aſsignata, pro Venetis includat &c̃. certe nihil eſt. Suprà enim oſtendimus, doctrinam iſtam bro-

cardicam

cardicam inclusionis &c̄. hic locum non habere, postquam partiū conuentione expresse cautum est, quod pro Venetis uel includatur uel nō includatur. Vnde nō est uerum, quod altera pars dicti capituli quarti, alteri contradicat, cum assignatio certorū locorum Cæsari facta, Venetos in cæteris nō includat, quod sæpe suprà probauimus. faciant uulg. quibus dicit, quod expressum facit cessare tacitū, & aliquādo expressa 42
nocere, ubi tacita non nocerent. l. nam hoc iure. in fin. l. cum ex filio. §. filio. ibi Bart. de uulg. & pup. l. nōnunquam. de cond. & demonst. cum uulg. Nulla ergo cōtrarietatis uitandæ ratio, imò & nulla ęquitas hunc peregrinū, impertinentem & nihili intellectum aduersariorū efflagitat. In dicto enim quarto capitulo priora ex posterioribus determinantur, ut latius suprà docuimus. Deinde in uers. sed demus quod dictę regulę &c̄. alio argumento pugnatur, quod imò dictæ undecim uillæ in posteriore parte d. quarti capituli uirtualiter comprehendantur, eo loco quo portus Naonis, Belgradi &c̄. cum alijs uillis, iurib. & pertinentijs suis Venetis assignantur: intelligi enim uillas separatas à dictis castris, ut ita relatiuum, suis, ad proxima referatur &c̄. Sed non obstat ea obiectio. Isthæc enim clausula de eis tantū uillis intelligenda est, quæ accessorie ad castra ibi nominata pertinent, nō quę ab eis sunt separatæ. Ea enim prępositio, cum, inter res posita, accessorie iungit, sicuti nos idipsum suprà in uers. quo uero ad secundum &c̄. latius edocuimus. Deniq; regulam habemus, quod relatio ad totū orationis cōtextum referri debeat, 43
quam & Philipp. Dec. consil. xi. col. viij. docuit, qui alleg. l. i. C. de lib. præterit. d. l. talis scriptura. in fine. c. secūdo requiris. de appel. allegando etiam uaria cōsilia, Ang. Pet. de Anch. Rom. Aret. & Alex. fa. Bart. in l. doli. de seruo corrupto. in d. l. si idem cū eodem. de iurisd. om. iud. l. si seruus plurium. §. fin. de leg. i. Abb. in d. c. cum dilecti. ad fi. de don. cum multis sim. Vnde standum est regulę. c. omnes. iij. q. iiij. c. relatū. ij. de testa. gl. in l. omnis diffinitio. de reg. iur. Et dicit Bart. in l. quoties. qui satisd. cog. qui pro se regulam habet, rem certā habere intelligitur. Abb. c. ad nostram. c. consuluit. de appel. Mathesil. in ij. not. qui alleg. gl. in l. fin. de appel. recip. Inno. c. præterea. de dilat. Nec sunt audiendi aliquo modo aduersarij, contra regulam pugnare uolentes, nisi docerent à regula exceptū, nempe quod aut necessitas, aut aliqua ratio contrarietatis, absurditatis, aut capitulorū diuersorū &c̄. exigeret relationem ad proxima fieri, sicuti casus in l. i. §. deinde. ibi gl. & Doct. de postul. Sed in proposito nullus casus exceptus allegari potest, per quem à regula discedat. Nulla enim ratio urget, ut relationem tam absurdam contra regulam, imò fortius dicimus, euidentem iniquitatem, nedum absurditatem, ex isto coacto, contorto, & impertinenti intellectu aduersariorum oriri. Sic enim tacite, oblique, latenter, & sub uerborum inuolucro, sub ambigua oratione, dictæ undecim uillæ serenissimis princi-

pibus noſtris ueris dominis adimerentur, & in alienam manum, nullo iure, nulla iuſta ratione, & quaſi clancularío ductu, imò contra conuenta deuoluerentur, & incideret res in intolerabilem contrarietatem, ſcilicet quod in poſteriori parte quarti capituli uillæ præſentis quæſtionis, propter qualitatem reſtrictam Venetis adimerent̃, & mox altero loco eiuſdem diſpoſitionis aſsignarentur eiſdem: quem prauum intellectū
44 quis bonus uir feret? cum ea ſumi debeat interpretatio, quæ à ſapientibus non reprehendat̃. l. Saluius Ariſto. de legat. præſt. Deniq; cum poſterior pars d. quarti capituli habeat uim tacitę proteſtationis, quod Venetis nõ alia loca remanere debeant, quàm quæ ante bellum ipſorũ fuerant, præſumunt̃ paciſcentes mox in continenti ab huiuſmodi proteſtatione diſceſſuri, et contrarium diſpoſituri, niſi priori proteſtationi ſeu taxationi derogaſſent. l. nam ad ea. de cond. & demon. quam dñs Ruinus pro ſe impertinẽter allegabat. fa. in arg. l. ſi quis. in prin. de leg. iij. Addimus, non eſſe ueriſimile, ſi paciſcentes in pacta includi dictas undecim uillas uoluiſſent, quod hoc expreſſis uerb. nõ cauiſſent. Nam
45 quæ alicuius momenti ſunt, quæ pondus habent, niſi exprimant̃, præterita eſſe præſumuntur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. de iniur. l. obligatione. de pig. arg. in l. qui cum tutorib. ad fi. ibi gl. de tranſact. Plus enim ualet quod ſpecialiter uel fit uel dicitur. l. ſi quis mihi bona. §. ſed utrum. ubi eſt tex. elegans, cum concord. de acquir. hæred.

Accedat quod in dicto quarto capitulo in principio & procœmio totius conuentionis cauetur, quod propter cauſas diſsidij & perturbationes tollendas, ad ea pacta deuentũ ſit, quæ procœmia, finem, & mentem paciſcentium demonſtrant. l. fin. ibi Bart. & Doct. de hæred. inſtit. in l. i. ibi Bart. ad Maced. Bal. in l. ut liberis. C. de collat. Cum ergo conſtet quod dictæ undecim uillæ in Comitatu Goritiæ ſitæ ſunt, qui Comitatus ad illuſtriſsimã domũ Auſtriæ pertinet, certe iam nõ eſſent ſublata diſsidia, ſed potius nutrirentur, quũ confuſis & immixtis inuicem iuriſditionibus, quotidianę querimoniæ orirentur. Suprà enim diximus, cõmunione inuita nutriri diſcordias. Niſi fortè quis ſuſpicari ue
46 lit, Venetorũ oratores, qui ut uicini omnia loca cognita habuere, arg. d. c. quoſdam. de præſumpt. ſub iſto tacito, obliquo & clancularío uerborum nexu, ſcilicet, cum alijs uillis &c̃. fraudem aliquam ſubtexere, et (quod oratores ſereniſſimorũ principum uiri optimi, admiſſuri planè nõ credebantur) ſub obſcuritate uerborum inuoluere & implicare uoluiſſe, ut ea re iterum ad concertationem fortè reducta, eueniret ut dictę decem uillæ uel per cauillationes aliquas eis remanerent. Quod ſi eſſet, quamuis meliora præſumere liceat, iam quis non uideret æquiſsimum eſſe, quod contra eos qui legem apertius ſcribere & poterant & debebant, fieret interpretatio, quæ aliàs de iure contra eum fit, qui in uerbis ambiguis ſe fundare contendit, ut ſuprà attigimus. per d. l. ueterib. de

pact.

pact. cum alijs iuribus suprà allegatis. Ex prædictis sic diffuse fundatis, patet error eorū qui uoluere, quod in posteriori loco d. quarti capituli, relatio fieret ad proxima, cum ex eo intellectu nō solum contra certam regulam res torqueretur, sed etiam contrarietas, absurditas, imò iniquitas manifesta et fraudis suspicio enascerēt: tacemus quod tot iura offenderentur quæ ei resistunt intellectui, quæ suprà allegauimus.

Quod autem circa calcem argumenti suprà deducti pro parte Venetorum prætēditur, dictas uillas in dicta posteriori parte quarti capituli nihilominus contineri, etiam si relatiuum, suis, ad totam oratiouem referatur, cum huiusmodi uillæ per Venetos sint castro Belgradi pro pertinentijs adiectæ &c̄. non obstat, imò parum probè adducit̄. Siquidem cum huiusmodi uillæ non fuerint iure dominij acquisitæ, sed tantūmodo permissum ut tempore treugarum tenerent, non poterant ipsi sibi possessionis causam mutare. l. nemo. C. de acquir. poss. cum simil. nec poterant illustrissimos principes nostros archiduces Austriæ dominio priuare. l. id quod nostrum. de reg. iur. Imò fraude nō carebant, alienas res pro suis inuito dño usurpando. arg. l. fin. ibi, nos uero. C. unde ui. 47 & fa. l. culpa. de reg. iur. & c. non est sine culpa. eod. tit. lib. vi. Super alio uero quod suprà in uers. mouetur etiam dñs Ruinus &c̄. prętendi tur, dictum quartum capitulum non solum ea quæ ante bellum Venetorum fuerant, uel quæ specialiter assignata sunt, sed etiam omnia per eos tunc possessa loca, eisdem Venetis fuisse adiudicata, quod ex capitulo pacis de cōtinuatione possessionis eorundem locorū tunc possessorum loquēte, patére possit, ut sic uniuersalis propositio uniuersaliter intelligatur, per iura illic allegata &c̄. nō obstat: imò plus ad argutiam quàm ad ueritatem tendit. Textus enim dicti quarti capituli Vuormacien̄. eo loco clarus est, in quo cauetur, ea duntaxat loca remanere quæ ante bellum eorum fuerant, cum adiectione quorundam locorum &c̄. Hic tex. non potest esse ociosus, cum nullum agens rationabile, frustra 48 agere præsumatur, ut dicit Bal. in rub. si cert. pet. Et sit euidenter uerisimile, quod dispositio semper in casu necessario prouideat. l. Gallus. §. 49 i. de lib. & posth. l. in his. §. sed si fortè. de solut. Accedat, quod in contractibus non solum uerba singula, sed etiam syllabæ, si possibile foret, o- 50 perari debebant, ut dicit gl. in c. solitę. de maior. & obed. gl. not. in c. si Romanorū. xix. dist. Bald. in rub. C. de contrah. empt. ix. quæstione.

Manifestū igitur in proposito, loca quæ Venetis debentur, ita esse limitata, ut uniuersalitas per D. Ruinum hic disceptata, locum non habeat. Quod cum ad sensum pateat, nō est ferendus qui contra niti pergat. l. quicquid astringendæ. uers. nec rursus. de uerb. obli. l. nō aliter. de leg. iij. Cum ergo secundum capitulum pacis ex quarto capitulo declarationum Vuormacien̄. moderamen accipiat, & ex eodem quarto capitulo undecim uillæ à Venetis secludantur, debet uniuersalitas

quæ in dicto ſecundo capitulo cõtinetur, reſtringi iuxta cõuenta Vuormacienſia, id quod ſuprà plus ſemel oſtendimus. Nec ſimpliciter uerũ eſt, quod uniuerſalis propoſitio prolata ab homine, nõ ullam accipiat reſtrictionem: nec Bar. in d. l. generali. §. uxori. hoc ita abſolutè docuit: imò circa principium uidetur ſignificaſſe contrarium: & ſi maxime hoc diceret, tamen non eſſet uerum, id quod infinitis propè locis demonſtrari poſſet. Verius ergo eſt quod Oldr. conſil. cxlviij. ad fi. dicit, nullum uerbum eſſe adeò uniuerſale, quod ex conſideratione debitarum circunſtantiarũ non debeat ciuiliter intelligi, & limitationem recipere, per iura ibidem per eum allegata. Tantum igitur abeſt ut argumentatio D. Ruini ſuprà facta, hoc loco quicquã faciat, ut ex directo etiam contra ipſum retorqueri poſſit. Cum enim capitulum pacis ſecundum ad declarationes Vuormacieñ. ſupradictas reſpiciat, in eiſdem autem declarationibus Venetis nõ niſi ea loca quæ ante bellum eorũ fuerant, cum certis aliis attribuant: cõſequens eſt, quod capitulum pacis, quantumcunq; ſe effundat uerbis uniuerſalibus, nõ alia loca complectatur, quàm ſicuti ex dictis declarationibus permittitur. fa. gl. & Bart. in l. cũ Aquiliana. de tranſact. cum uulg. Et ulterius, cum D. Ruinus ultro fateatur capitulum pacis ad alias res non extendi, propter uerbum continuationis, quod & uerum eſt, arg. l. in ſuis. de lib. & poſthu. conſequit quod dictæ undecim uillæ in capitulo pacis non includantur, ut quę in dictis etiam declarationibus pro Venetis nõ ſint incluſę, ut ita proprijs telis dñs conſultor Venetianus ſit appetitus. In ultimo argumento uerſ. tandem &c. iterum prætenditur, Venetos dictas undecim uillas ſaltem uirtute fœderũ pacis retinere poſſe, etiamſi eis ſeries declarationum in quarto capitulo ſuffragari non poſsit. Nam qua ratione ipſi excludantur à poſteriori parte eiuſdem capituli, ea ratione in priori parte ipſius includantur: & ſic cum non urgeat ratio excluſionis contra eos plus, quàm ratio incluſionis pro eis, debere eum caſum undecim uillarum pro omiſſo haberi. per uulg. l. cõmodiſsime. cum ſimil. eamq; ob rem in ſecundo capitulo pacis defendi Venetos, per quod eis poſſeſsio eorum locorum quæ tunc poſſederunt, cõtinuatur &c. Sed nõ obſtat. Nam dictum capitulũ pacis locum non habet, niſi prius ex ſexto capitulo eiuſdem pacis reſtitutione facta eorũ quæ ex declarationib. Vuormacieñ. in quarto capitulo ſæpe nominato reſtitui debuerũt. Dictum em̃ ſextũ capitulũ intellectu & ratione prędecedere debet ſecundũ capitulum, id quod ſuprà in quarto euidentiali & alibi deduximus. Nec uerũ eſt quod ratio excluſionis Venetorũ cõtra eos nõ plus urgeat, cũ pro eis ratio incluſionis: quia imò dictũ quartũ capitulũ Venetos à dictis uillis euidenter & in totũ excluſit, et adeò excluſit, ut nõ poſsit ullus uel locus uel angulus in d. capitulo oſtendi qui eos includat, ut ſuprà in prima et ſecunda ratione pro noſtris principibus fundauimus. Quapropter niſi ea Ve-

ea Veneti reſtituant, quæ in ſexto pacis capitulo reſtituere promiſerũt, certe ſecundum capitulum pacis eis non proderit. Verum nos hæc in ſuperioribus iam ſæpe tractauimus. Quod autem prætenditur, caſum undecim uillarum eſſe omiſſum, caret fundamento: quia imò pro principibus noſtris in Vuormacieñ. capitulo recte prouiſus eſt, quod etiam ſuprà in ſecunda ratione plenè docuimus. Dato tamẽ quod eſſet omiſſus, hoc tamen Venetis non proficeret: ſiquidem is caſus ſecundũ ius cõmune regularetur, eaq; ratione uillæ ad ueros dominos redirent, quia res facile priſtinam naturam reuertit. d. l. ſi unus. §. quod & in ſpe- 51
cie &c̃. Quod autem dñs Ruinus in ſuo cõſilio ad finem, putat ſextum capitulum pacis non poſſe referri ad quartum capitulum declarationũ Vuormacieñ. &c. non eſt uerum, & contrariũ apparet ex textu dicti ſe xti capituli. Sed nos hoc totum ſuprà in quarto euidentiali ſatis tractauimus. Cum ergo Veneti uillas præſentis quæſtionis ex dicto quarto capitulo tenere non poterant, ſcilicet quod ab eis ibidem ſunt excluſi, patére poteſt ipſo cõmuni ſenſu, & ſub ipſis oculis apparere, quod ex eodem capitulo quarto, iuncto ſexto pacis capitulo, ueris dominis reſti tuere uillas tenebantur: & quia tempore capitulorum pacis necdum re ſtituerunt, non poſſe eos ex ſecundo capitulo pacis, quod de cõtinuanda poſſeſsione cauit, ullo modo defendi, quo minus eaſdem uillas reſti tuant. Dictum enim ſecundum capitulum pacis effectum non ſortitur, niſi reſtitutis uigore ſexti capituli reſtituendis. Et hæc eſt ueritas, niſi uelimus cauillari, & captioſis ſubtilitatib. diſceptare, quibus tamen ple- 52
runq; ueritas inumbratur. l. ſeruum. §. ſequitur. de uerb. oblig. d. l. ita uulneratus. in fin. ad l. Aquil.

Epilogando ergo per ſummam omnia in præſenti conſilio cõtenta. Cum enim in facto cõſtare dicatur, dictas undecim uillas ad Comitatũ Goritiæ, & ad illuſtriſsimã domum Auſtriæ iure dominij ante bellum pertinuiſſe, & conſtat Venetos nullum titulũ uel cauſam eaſdem uillas poſsidendi, aut iure dominij retinendi, allegare poſſe: non enim occupatione bellica, cum ea occupatio ad acquiſitionem dominij nõ reſpexerit, ut ſuprà in prima ratione, uerſ. primum &c̃. patuit. Præterea nec ex treugis ſeu inducijs titulum Veneti prætendere poſſunt, ut ſuprà in uerſ. porrò nec treugæ &c̃. oſtenſum eſt. Item nec declarationes Vuormacieñ. uel in quarto capitulo, nec in ullo alio loco eis ſuffragantur, ut ſuprà in uerſ. præterea nec &c̃. fundatum eſt. Et tandem capitula pacis Venetis nullo nec titulo nec cauſa ulla retentionis patrocinari poſſunt, ut ſuprà in quarto euidentiali, & in uerſ. tandem &c. ſatis patuit. Deniq; nec ullam traditionis ſpeciem Veneti prætendere poſſunt: Conſequens eſt neceſſariò, nihil interueniſſe nec tituli nec cauſæ, per quæ illuſtriſsima domus Auſtriæ & ſereniſsimi domini noſtri principes dominiũ dictarũ uillarũ perdidiſſe, aut in Venetos translatũ eſſe dicatur.

Quapropter ſicuti illi olim ante bellum dominiũ huiuſmodi uillarum habuerunt, ita & nunc iure & merito habere cenſendi ſunt. l. ſiue poſſidetis. ibi gl. cum concord. & Doct. C. de probat. Quod enim non mutatur, cur ſtare ſuo iure non permitteretur? l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. C. de temp. appell. cum uulg. Vt ergo finem aliquando faciamus, cõcludimus, dictas uillas undecim ad ſereniſſimos dños & principes noſtros pertinere, easq; nõdum reſtitutas reſtitui oportere, in cõtrarium conſultis uel allegatis non obſtantibus: ueniam de prolixitate poſtulantes, in quam Venetianus conſultor dñs Ruinus nos perpulit. Cum enim is pro Venetis conſuluiſſet, & nos ex quadam epiſtola dñi X. de V. ad principem noſtrum data comperiſſemus, quoſdam oratores Mediolanen. in partem domini Ruini inclinaſſe, operæprecium putauimus totam rem aliquanto diligentius examinare, eaq; quæ per errorem ſine iuris fundamentis ex aduerſo prætendũtur, cum ueritate elimare & extrudere, id quod nos per ſupradicta effeciſſe non dubitamus. Et ita ut prædicitur ſentiendũ reſpondendumq; de iure, conſulo ego Vdalricus Zaſius, peritiorum iudicio ſaniori ſemper ſaluo.

Summaria Conſilij decimiquarti.

1. 11 Excluſio quo ad quædam, quo ad alia eſt incluſio.
2 In caſibus in ſtatuto non exceptis, debemus ſtare ſtatuto, & nõ iuri cõmuni: nam exceptio in quibuſdam, uidetur regulam in cæteris confirmare.
3. 4 Quæ ad fauorem & augmentum tendunt, non debent operari dimínutionem.
5 Non eſt præſumendum, quod ab eo quod fuit tacitè paulò ante conceſſum, dicatur ſtatim receſſum.
6 Vtrum demonſtratio poſita in fine, debeat ſemper referri ad omnia poſita in eadem oratione.
7 Non eſt faciẽda relatio ad omnia, quãdo ex tali relatione induceretur cõtrarietas.
8 Vbi præcedentia ſunt aduerſatiua, tunc clauſula ſequẽs ad illud refertur cui probabilius adaptatur.
9 Relatio fieri debet tantum ad proxima, ex tacita mente.
10 Qui dicit omne, nihil excipit.

CONSILIVM XIIII. PRO VENETIS, IN EADEM CAVSA.

IESV Chriſti, ac glorioſiſs. uirginis nominib. inuocatis, requiſitus ut reſponderem de iure, & pro ueritate ſentiã ſuper his quę proponunt in facto: ideo ſuper omnibus, & quantũ in me eſt, diligenter & accuratè animaduerti, cupiens honeſto deſiderio poſtulantis ſatisfacere, & à iuſto ullatenus non declinare.

Præſupponit ergo, quod tẽpore treugę per quinquenniũ factæ inter ſereniſs. Imperatorem, & illuſtriſſ. dñium Venetũ, XI. uillæ de quibus eſt cõtentio, tenebant & poſſidebant per præfatũ excellentiſſ. dñium, à quo iure belli fuerunt prius occupatæ uel acquiſitæ. Ex quo ſequitur, quod ex cõuentione, de qua in ipſa treuga, potuerũt & debuerũt teneri

&

& posſideri quietè & pacificè prædictæ undecim uillæ per dños Venetos, et quę treuga fuit etiã generaliter cõfirmata, & certo modo modificata, per capitula postmodũ facta, illa adhuc durãte inter Cęsareã & catholicam Maiest. & præfatũ dominiũ Venetũ, in ciuitate Vuormaciæ, quorum primũ cõtinet, quod inducię quinquennales, de quib. suprà, remanere debeant in suo robore firmę, et inuiolabiliter obseruari, cum pactis tamen & declarationibus infrascriptis, quæ tamen in aliqua sui parte finitis treugis non habeant præiudicare iuribus partiũ, ac si nunquam factæ fuissent. Est igitur uidendum, utrum per aliquod aliud capitulum factum in dicta ciuitate, dicatur expresse uel tacitè actũ, quod illæ undecim uillæ relaxari debeãt per prælibatũ illustriss. dominiũ, & quod ab illis debeat abstinere, & illas in pristinum statum reponere. Et dubium oritur ex quarto capitulo, in quo primo conuentum est, quod durantib. ipsis treugis, illustriss. dominiũ abstineat & abstinere debeat in omnib. & per omnia, à certis locis & uillis ibi nominatim descriptis, sitis in patria Fori Iulij, ita quod ab earum omnimoda iurisditione sit et remaneat penitus excluſum &c̃. Et deinde in eodẽ capitulo subijcitur: Cætera autem loca & uillæ in Foro Iulio cõtentioſæ, quæ ante bellum fuerunt illustriss. dominij Veneti, expressæ ut suprà, nõ adiudicatę Cæsareæ Maiest. infra dictum tempus treugarũ sint & remaneãt in omnimoda iurisditione prędictorũ dñorũ Venetorũ, unà cum castro portus Naonis, Belgradi, Castri noui & quadriuij, cum alijs uillis, iuribus & pertinentijs suis, hactenus à tempore treugarum & citra possessis per ipsos dominos Venetos, excluſa penitus Cæsarea Maiest. Considerandum est autem, quod capitulũ huiusmodi habet duo capita inclusa, respectu dominorũ Venetorum: quorũ primũ est tacitum, & aliud est expressum. Nam in prima parte disponitur, quod prædicti domini abstinere debeant in omnibus & per omnia, à certis locis & uillis sitis in patria Fori Iulij, ita quod ab earũ omnimoda iurisditione sint & remaneant penitus excluſi &c̃. Quamuis igitur quantũ ad loca ibi nominata & expressa dicantur excluſi præfati domini, nihilominus ab alijs locis & uillis ibidem non descriptis, & præsertim per eosdem dños tentis & possessis, excluſi non dicuntur, sed potius inclusi: quia excluſio quo ad quædam, quo ad alia est inclusio. l. cum prętor. de iud. cum concor. de quib. ibi in gl. & probatur & not. per Dyn. Bar. Ang. & modernos in l. legata inutiliter. in prin. de leg. i. ubi quæritur, Quid si data sit facultas Comiti reuidendi statuta cum potestate confirmandi & infirmandi ea, & Comes quædam confirmauit, an alia uideatur infirmasse: & concludunt quod sic. arg. l. cum prætor. & l. tribunus. §. i. de testa. milit. & ibi per Dyn. & Bald. & fa. quod notanter uoluit Bal. in l. i. §. i. in fin. ff. de fer. ubi concludit, quod aut statutum inducit ferias messium uel uindemiarũ, et non procedit ulterius, tunc circa istas ferias seruabimus ius

Contenta primi capituli.

Narratio quarti capituli.

1

cõmune, & caſus excepti à iure cõmuni non includentur in iſtis ferijs. arg. de leg. iij. l. ſi mihi Meuia. §. fi. & C. de adult. l. ita nobis pudor. C. de noxa. l. ij. Aut ſtatutũ procedit ulterius faciendo quaſdam exceptiones, tunc ſecundum Bald. non habebit locum ius cõmune: quia in caſibus in ſtatuto non exceptis, debemus ſtare ſtatuto, & non iuri cõmuni.

2 Nam exceptio in quibuſdam, uidetur regulam in cęteris confirmare. allegat d. l. tribunus. §. ult. de teſta. milit. Cum ergo prædicti domini Veneti, à quibuſdam certis locis & uillis ſint per primam partem dicti capituli excluſi, à reliquis, pręſertim per eos poſſeſsis, ceſſat excluſio, imò inducitur tacita incluſio, ut in iuribus prædictis. Nec ex parte poſteriori dicti capituli, per quod expreſſe admittuntur ad certa loca & uillas, dicuntur excludi ab iſtis undecim uillis, etiam ſi nõ comprehenderentur, nec cõprehendi poſſent expreſſe ſub uerbis: quia prædicta pars poſte-

3 rior in uerſiculo, Cętera autem loca &c̃. tendit ad fauorẽ & ad augmentum D. Venetorum & iurium ſuorum, ergo non debent operari diminutionem. l. ſi mancipia. in prin. cum gl. de fund. inſt. Et prout induceretur diminutio ſi per incluſionẽ cęterorũ bonorũ, dicerent dñi Veneti excluſi à dictis undecim uillis: quoniã certũ eſſe uidet, q̃d ſi dictus uerſ. cætera aũt loca &c̃. fuiſſet omiſſus, quod exceptis illis locis ſimpliciter & nominatim Cæſareę Maieſt. cõſignatis in patria Fori Iulij, prędibati D. Veneti nõ remãſiſſent excluſi ab alijs uillis & caſtris eiuſdem patrię, ab ipſis tentis tũc et poſſeſsis, ſed potius incluſi & tacite uocati dicerent, ut probat per prædicta. Et propterea etiã ex dicto uerſiculo non intelligunt excluſi, à dictis alijs uillis per eos poſſeſsis, & nõ cõprehenſis ſub hoc ultimo expreſſo capite incluſiuo: quia licet per illud ad illas non uocentur expreſſe, uocantur tamen tacite. Ex quo capite, à quo quantum

4 ad hoc non intelligitur eſſe expreſſum, ne inducta ad augmentum operentur diminutionem, ut dixi. quod etiam bene comprobatur ex not. per Guil. & Ang. in l. nulla. ff. de leg. ubi quærunt, quid ſi teſtator dixerit, lego uxori domũ, cum hoc, q̃d ſi ualeat minus cc. libris, hęres meus teneatur illi ſupplere, ita quod habeat ualorem ducentarũ librarũ: & ſi contingat quod domus ualeat ultra, an debeat uxor habere illud ultra? Videbatur ſecũdum eos dicendum quod nõ, quia illa uerba, uidelicet, ita quod uxor habeat ualorem ducentarũ librarum &c̃. uidebantur habere uim taxationis. arg. l. Lucius. §. quæ habebat. ad Trebell. & arg. l. qui in alieno. §. liberos. de neg. geſt. Tamen contrarium deciditur, quia illa uerba fuerunt adiecta ad ampliandum fauorem uxoris, unde non debent operari contrarium effectum. per d. l. nulla. cum ibi not. & per l. legata inutiliter. de leg. i. cum quib. etiam tranſit Alex. ibi. Idem ergo dicendum eſt in propoſito. Vel poteſt rationabiliter dici, quod dictæ etiam undecim uillæ comprehendantur ſub uerbis dicti uerſiculi, Cætera aũt &c̃. in quo fit aſsignatio prædictis D. Venetis, Cum enim,

ut eſt

ut est dictum, ex prima parte dicti capituli, ad omnia alia loca possessa per dictos dominos Venetos, & à quibus non fuerunt excluſi, intelligerentur uocati, ſi non fuiſſet ulterius proceſſum ad dictum uerſiculum, Cætera autem loca &c̄. in dubio cenſentur includi expreſſe ſub dicto uerſiculo, ſi id fieri poteſt ſalua ratione recti ſermonis: quia non eſt præſumendum, quod ab eo quod fuit tacitè paulò ante conceſſum, dicatur ſtatim receſſum. l. nam ad ea. de cond. & demonſt. & quia ex præcedentibus declarantur ſequentia, & econtra. l. qui filiabus. in prin. & l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. i. Quod autem uerba dicti uerſiculi poſsint adaptari ad iſtas undecim uillas poſſeſſas per dños Venetos, & ſimpliciter non aſsignatas Cæſareæ Maieſt. in proxime præcedenti parte dicti capituli ſatis conſtat, ex illis uerbis uidelicet, cum alijs uillis, iuribus & pertinentijs ſuis hactenus à tempore treugarū & citra poſſeſsis per ipſos dominos Venetos, excluſa penitus Cæſarea Maieſt. &c̄. Nam ſi illa demonſtratio importata per illud uerbum, ſuis, nō referatur ad uerbum, uillis, ſed tantum ad proxima, certū eſt quod alię uillæ, quę etiam nō ſint de pertinentijs caſtrorū, de quibus proxime fuit facta mentio, includantur ſub dictis uerbis: & ſic erit ſenſus, quod non ſolum caſtra prædicta quæ ante bellum nō erant dñorū Venetorū, ſint & remaneāt in omnimoda iuriſditione præfatorū dñorum, ſed etiam aliæ uillæ penitus à dictis caſtris ſeparatæ, cū ſuis iurib. & pertinentijs ſuprà tam dictorū caſtrorū q̄ uillarū. Vnde in dubio capienda eſt talis interpretatio, per rationem ſuperius aſsignatam. Et q̄uis aliàs demonſtratio poſita in fine, debeat referri ad omnia poſita in eadem oratione, l. doli. §. i. & ibi not. Bar. de ſeruo corrupt. & per not. per Bart. in l. fi. de reb. dub. tamen in caſu noſtro non debet in dubio ad proxima tantum fieri relatio: quia non eſt fienda relatio ad omnia, quando ex tali relatione induceretur contrarietas in ipſa diſpoſitione, ſecundum Alex. conſil. xlviij. i. uolum. per not. in l. ſi idem cum eodem. de uerb. obli. & in l. talis ſcriptura. de leg. i. & prout iſto caſu induceretur, ſi ad omnia fieret relatio, ad inducendam tacitam excluſionem dñorum Venetorū, cum ex præcedentib. ad dictas uillas uocentur tacitè. & probatur ex not. per Bald. in pulchra quæſt. in l. i. in fi. C. de leg. hæred. dum concludit, quod ubi præcedentia ſunt aduerſatiua, quod clauſula ſequens ad illud refertur cui probabilius adaptatur: & ſi eſt dubium, reſpicit ultimo loco dictū. allegat d. l. ſi idem cum eodem. §. fin. & de quo per Alex. in d. conſil. Et etiam relatio fieri debet tantū ad proxima ex tacita mente. l. i. C. de lib. præter. etiam de qua conſtat tam ex prædictis quàm ex capitulo pacis ſubſequente, ubi conuenitur, quod excellentiſsimū dominiū Venetorum continuet & continuare debet, & ſecurè poſsidere omnes uillas. Nam ex prædicto capitulo dictæ pacis manifeſte declaratur, quod prę libati dñi Veneti tenere debeant & poſsidere omnia & ſingula quę tunc

5 6 7 8 9

tenebant & poſsidebant,& inter quæ reperiebant dictæ uillæ uel pars earum. Et ſic conſtat ex hoc, de mente partium eſſe, quod nedum loca quæ ante bellum erant dñorum Venetorũ expreſſa generaliter,& alia quædam quæ tunc non erant illorum, ſpecificata nominatim in dicto capitulo & uerſu cõuentionis factæ in ciuitate Vuormaciæ, ſpectarent & pertinerent ad prædictos dominos Venetos, ſed & omnia & quæcunq; alia quæ tempore dictæ pacis tenebant & poſsidebãt,& per conſequens quod etiam dictæ undecim uillæ,ſi tunc poſſidebant, per illos retineri poſſent: quia generalitas dictorũ uerborũ illas etiam includit, & præſertim uerbum illud uniuerſale,omnes,ſcilicet uillas: quia qui omne dicit,totum excludit.l.librorum appellatione.in prin.de leg. iĵ.c. ſolitæ.de maior.& obed.& xix.diſt.c.ſi Romanorũ.Et hoc præſertim procedit,quando tale uerbum profertur ab homine: quia tunc non recipit aliquam reſtrictionem,ſecundũ Bar.in l.generali.§.uxori. de leg. iĵ. Vnde ex dicto capitulo pacis,ſub quò,ut dixi,ex generalitate uerborum comprehenduntur & comprehendi poſſunt dictæ undecim uillę, declarationem & interpretationem etiam recipit capitulatio ciuitatis Vuormacieñ.in uerſ. præallegato: quod ſolum ampliatur & augetur in hoc,ut ſcilicet conſignatio facta ex illo,quæ erat temporalis & duratura tantum per tempus treugæ, efficeretur perpetua. Et in hoc duntaxat operatur dictum capitulum pacis,& in hoc ſolo extendit aliud præcedens capitulum: nõ autem uenit extenſiuè quo ad res, ut probatur ex illis uerbis dicti capituli ſecundi,uidelicet, continuet & continuare debeat &c̃.Ex quibus conſtat, quod nõ agitur ut dñi Veneti de nouo incipiant aliqua bona & loca poſsidere,ſed quod ſolũ retineant poſſeſſa. Et idem etiam probatur ex ſexto capitulo eiuſdem pacis,in quo cõtinetur,quod reſtitutio bonorum & locorum hinc inde fienda,uigore capitulationis Vuormacieñ. fieri debeat: per quod apparet,quod intentio partium non fuit recedere ab illa capitulatione Vuormacieñ. niſi quatenus reperiatur ab ea receſſum expreſſe. Nec obſtat ſi fortè dicatur, quod generalitas ſecundi capituli dictæ pacis reſtringitur per prędictũ ſextum capitulum,in quo etiam prædicti dñi Veneti promiſerunt reſtituere & reſtitui facere ex parte ſua,uigore dictę capitulationis reſtituenda &c̃.quia non apparet neq; conſtat,quod ex dicta capitulatione prædicti dñi eſſent obligati reſtituere dictas uillas: imò magis conſtat ex illa,quod illis fuerũt aſsignatę generaliter,etiam cũ quibuſdam alĵs locis & caſtris,ut dictum eſt & probatum in præcedentibus.Nec illud ſextum capitulum pacis refertur, nec poteſt referri ad quartũ capitulum Vuormacieñ.in quo cõſignatio fuit facta Cæſareæ Maieſt. & illuſtriſſimo dñio Veneto: quia nullo modo continet tacite uel expreſſe,quod Maieſt. Cęſarea reſtituere debeat aliquid excellentiſsimo dominio Veneto, uel ſuis ſubditis, prout de reſtitutione illis fienda conuentum eſt

in dicto

in dicto ſexto capitulo pacis. Sicut ergo ad illud non poteſt intelligi facta relatio reſpectu Cæſaris, ita nec etiam quo ad dños Venetos, l. iam hoc iure. de uulg. & pup. Intelligitur ergo dicta relatio facta ad ſextum capitulum Vuormacien. cui poteſt conuenire. Ex omnibus itaq; præmiſsis apparet, quod dictę uillæ continentur ſub dicto quarto capitulo Vuormacien. ad fauorem prædictorū dominorū Venetorū, ac etiam ſub dicto ſecundo capitulo pacis, eatenus quatenus tunc poſsiderentur ab illis. & ubi etiam non dicerentur includi in uerbis dicti quarti capituli, nō tamen per illud intelliguntur dicti domini Veneti à dictis uillis excluſi: quia ubi dicatur, quod ex hoc quod ſolum uocantur ad bona quę erant eorū ante bellum, & ad quædā alia quę tunc nō erant ſua &c. quaſi quod ex incluſione illorum locorū dicantur ab alijs non ſuis excludi: ex aduerſo etiam dicitur, quod ex quo excluduntur ſolum à certis locis & uillis nominatim cōſignatis Cæſareæ Maieſt. quod propter hoc dicūtur incluſi, & uocati quo ad omnia alia loca quæ nō erant ſua. Et propterea nō urgeat magis ratio excluſionis cōtra eos, quàm pro eis ratio incluſionis. Saltem iſte caſus dicitur omiſſus, & haberi debet pro omiſſo. l. ſi extraneus. de cōd. ob cauſ. & l. cōmodiſsime. de lib. & poſt hum. Ex quo ſequitur, quod licet dictas uillas non poſsint domini Veneti retinere uirtute dicti quarti capituli Vuormacien. quod ad illos debent pertinere uirtute ſecundi capituli pacis, quatenus illas tunc poſsiderent: quia ex illo generaliter illis aſsignātur omnes uillæ tunc per eos poſſeſſæ, & ſub qua modalitate cōprehenduntur etiam iſtæ. & quod capitulum pacis in hoc modificatur per ſextū capitulum, quod, ut dixi, nō poteſt referri ad dictum quartum capitulum, & præſertim reſpectu ipſius caſus in eo omiſsi: quia ſi haberetur pro omiſſo, dici non poteſt quod domini Veneti teneantur ex illo reſtitutionem dictarum uillarū.

Concludendum igitur puto, quod hactenus quatenus poſsideret dictas uillas illuſtriſsimū dominiū Venetū tempore pacis, quod ad illud ſpectent & pertineant, & ſic in totum, ſi illas in totum poſsidebant, uel pro parte pro qua inueniebantur tunc poſsidere.

Vt ſuprà concluſum eſt, iuris eſſe arbitror ego Carolus Ruinus Rhegyenſis V. I. Doctor, ac iura ciuilia legens Bononiæ, ſaniori conſilio ſemper ſaluo.

Summaria Conſilij decimiquinti.

1 Conſuetudo facit inſtrumentum authenticum, quod aliàs non erat: item uirtute conſuetudinis priuata ſcriptura quæ aliàs non probaret, de iure ualidam facit probationem.

2 Propter difficultatem probandi, ſeu quando res aliter probari non poteſt, admittuntur probationes quæ aliàs admitti non deberent.

3 Vbi materia de ſui natura difficilis eſt probationis, lex contenta eſt ea probatione quæ fieri poteſt.

4 Vtrum hæredes uaſalli poſsint præſcribere ipſum feudũ,ſeu libertatem & ipſius feudi dominium directum, non recognoſcendo dominũ longiſsimo ſpatio.
5. 7 Contra ſereniſs. Rom. regem nulla currit præſcriptio.
6 Quę in arbitrio cõſiſtunt,uel mera alicuius facultate,nullo tempore pręſcribunt.
8. 13. 17. 19 Contra dominum feudi,maxime quo ad directum dominium,nulla currit præſcriptio,etiamſi longiſsima ſit.
9. 14 Vbi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.
10 Quod ab initio temporis non ualuit,tractu temporis confirmari non poteſt.
11. 56 In feudo alienatio eſt prohibita.
12 Quod quis ab alio fieri pati non debet,multo minus eidem id facere licet.
15 Quare contra dominum feudi, quantũ ad dominium directum, non procedat alienatio & præſcriptio.
16 Cum in feudis præſcriptio decem uel uiginti annorum, quæ fauorabilis dicitur, ſublata ſit,multò magis præſcriptionem quadraginta annorum, quæ odioſa eſt,ſublatam eſſe conſtat.
18. 29 Exceptio præſcriptionis dicitur præſidium iniquiſsimũ,ideo, ne quis cum iactura aliena locupletetur.
20. 27. 31. Dictio, nulla,& nullius temporis, quum uniuerſales de ſui natura ſint,totum excludunt.
21 Actionis appellatione etiam iudicis officium uenit.
22 Quotieſcunq; in aliqua diſpoſitione promittitur uel ordinatur aliquid perpetuò ualere debere, nõ currit cõtra illã diſpoſitionem præſcriptio etiã longiſsima.
23 Præſcriptio eſt alienatio.
24 Vbi maius periculum,ibi cautius eſt agendum.
25 Vbicunq; à lege cõmuni uel municipali prohibetur alienatio alicuius rei, etiam intelligitur prohibita eiuſdem præſcriptio.
26 Lex extenditur & extendi poteſt à paritate rationis, etiam ad caſum ubi non militat tam efficax ratio.
28 Lex quantumcunq; correctoria debet extendi,& non reſtringi.
30 Ea quæ fieri à lege prohibentur,nõ ſolum inutilia,ſed etiam pro infectis habẽtur.
32 Dictio,hactenus,indubitanter in ſe comprehendit tempus quadraginta annorũ & ultra.
33 Vnius incluſio,eſt alterius excluſio,& econtra.
34 Contra legata ad pias cauſas, tantummodo ſpatio quadraginta annorum præſcribitur.
35 Vaſallus in tempore non recognoſcens feudum,priuatus eſt feudo ipſo iure.
36 Contra actiones perſonales non præſcribitur niſi ſpatio triginta annorum.
37 Hęc duo ſimul ſtare nõ poſſunt,ſcilicet,ut aliquis dominus ſit priuatus dominio, & actionem perſonalem habeat,per quam ſibi conſeruetur dominium.
38 Vbi per legem prouiſum eſt ne currat præſcriptio,non ſufficit curſus quadraginta annorum.
39 Cauſæ feudorum non regulantur ſecundum cõmunes regulas iuris communis, maxime quando habetur textus decidens in libris feudorum.
40 Is qui ignorat ius ſibi competere,ſeu rem eſſe ſuam, & alium poſsidere, non poteſt dici ſegnis.
41 Ille qui inquirit,non dicitur negligere.
42 A forma uerborum ſine certa ſententia non eſt recedendum.
43 Quando à gloſsis & communi opinione recedendum ſit.
44. 54 Contra Imperatorẽ,ſeu cõtra habentem uel gerentem liberè iura Imperatoris,et facientem in dominio ſuo omnia,ſicut Imperator in ſuo imperio, non currit præſcriptio minor centum annis.

Quæ

45. 46 Quæ solis principibus competant.
47. 50 A principe appellare fas non est, dum ipse sit qui prouocatur.
48. 49. Reges, duces, comites & similes, habentes dominium temporale & perpetuum,
52 in terris suis habentur loco principis.
51 Omnis rex in suo regno est monarcha.
53. 55 Donatio à principibus facta, filio existente in potestate, ualebit ac si facta esset ab Imperatore.
57 Vasallus qui feudum recognouit, nõ potest aliquam præscriptionem inchoare, obstante mala fide, seu scientia rei alienæ.
58. 60 Mala fides defuncti concomitatur hæredem uniuersalem, ita, ut ubi non potuit defunctus præscribere, sic nec successor uniuersalis.
59 Vtrum is qui in alterius ius succedit, semper iustam ignorantiæ causam habere censeatur.
61 Licet hæres agens aliquid ignoranter contra promissionem defuncti, incidat in pœnam conuentionalem, tamen restituitur ex clausula generali.
62 Propter instrumenta de nouo reperta, datur restitutio in integrum aduersus sententiam, ex capite iustæ ignorantiæ.
63 Sententia procuratoris uel officialium non nocet domino, quia dominus habet probabilem causam ignorandi factum procuratoris.
64 In claris non est opus coniecturis.
65 Pluribus agentibus possessorio adipiscendæ, possessione uacante, melius & potentius ius alleganti & probanti erit adiudicanda possessio.

CONSILIVM XV.

IN CAVSA uertente inter inuictissimũ atq; sereniss. Romanorum regem diuum N. tanquam illustrissimũ principem archiducem laudatissimę domus Austrię, seu eiusdem Cameræ procuratorem fiscalem ex una, & generosos uiros dominos Henricum Comitem ex O. & Ioannem Comitem de I. & eorum uxorum nomine: & nobilem ac strenuum militem dñm Ludouicum de T. partium diuersarũ ex altera, causa & occasione castri ac dominij Niderse, & aliorum bonorũ relictorũ per quandam generosam dominam Catharinam de X. prætenditur dominã Catharinã & eius patrem & maiores, prædictũ castrum habuisse & tenuisse & possedisse uti allodium bonum seu liberũ, & sic proprio iure, & non feudi. Modo inter partes suprascriptas agit̃ possessorio adipiscendæ, sed diuerso iure. Nam procurator Cameræ agit dicto possessorio, tanc̃ tale castrum cum pertinentijs, propter nõ petitam seu præstitam recognitionem dicti castri intra tempus à iure statutũ, tum etiam propter defectũ masculinæ prolis illorũ de Niderse, ad illustrissimã domum Austriæ, & sic sereniss. imũ Romanorũ regem, ut suprà, deuolutũ sit & apertum. Dicti uero Comites agunt ut proximiores hæredes, & ab intestato, præfatæ quondã dñę Catharinę. Dñs Ludouicus de T. agit iure testamẽti, necnõ & titulo donationis, ut in eorũ libellis & petitionibus continetur.

Opponitur à partibus prędictis contra procuratorẽ Cameræ, dictũ castrũ nõ esse feudum; & dato quod fuisset, tale ius feudi præscriptione

fore ſublatū. Procurator uero Cameræ ad probationē feudi produ cit & allegat librū feudorū ipſius prouinciæ Auſtriæ, in quo reperitur dictū caſtrū cum pertinētijs uti feudū & pro feudo prælibatæ illuſtriſſ. domus Auſtriæ eſſe inſcriptū, ut in articulis per eū in cauſa productis continet. Ex prædictis oriunt quinq; quæſtiones. Primo quærit, an iſto caſu feudum ſufficienter probet per libros feudales prælatorū illuſtriſſ. principum domus Auſtriæ, ſtante cōſuetudine prouinciæ, qua uaſalli in recognitione feudi nullas dant reuerſales literas. Secundo, præſuppoſito quod probet fuiſſe feudum, an potuerit præſcribi, maxime per hæredes uniuerſales ipſius uaſalli, ita ut efficiatur ſeu cenſeat allodium factum ſeu liberū, propter inueſtituras & recognitionem nō factas. Tertio, dato quod potuerit præſcribi feudum, an aduerſus præſcriptionem ſit cōcedenda reſtitutio in integrū. Quarto, an tempus petendi reſtitutionē in integrū à iure ſtatutū, incipiat currere immediate cōpleta præſcriptione, an uero à tempore ſententiæ. Quinto, quæ partiū præferenda ſit in poſſeſſorio adipiſcendæ, inter ſupraſcriptas partes attentato.

Chriſti, eiusq; glorioſiſs. uirginis matris auxilio prius inuocato, unà cum Pſalmiſta inquiēte, Dñe labia mea aperies, & ſpiritū rectū innoua in uiſceribus meis, & os meum annūciabit in his difficillimis quæſtionibus ueritatem & iuſtitiam, aggredior primū: circa quod arbitror ſuperfluum fore multa effundere, quia præſupponit in articulis dicti procuratoris Camerę, quod tales libri de cōſuetudine probant. Sed in iure clarū habemus, quod cōſuetudo facit inſtrumentū authenticū, quod aliàs nō erat: & uirtute cōſuetudinis priuata ſcriptura, quæ aliàs nō probaret, de iure ualidā facit probationē. per tex. cum gl. & cōmuniter ſcribentes in c. dilectus. de fid. inſtr. Secundo facit ad hoc tex. c. ad audientiam. de præſcrip. cum ibi not. per Abb. & alios, ubi liber feudi probat feudum eccleſiæ Romanæ, maxime quando liber cōſeruatur in Camera Papæ, ſeu ad id deputati. Ergo idem dicendum eſt in ſimili caſu, ut talis liber feudorū illuſtriſs. principū Auſtriæ pari ratione probet. Tertio, q̄d talis liber probat, ſic demonſtrat. Nam præſupponit in articulis dicti procuratoris Cameræ, uaſallos de cōſuetudine nō præſtare literas recognitionis, quę uulgariter reuerſales appellant: ſed ſolū per Cancellariū ſeu deputatos ab illuſtriſs. principib. Auſtriæ, fit memoria inueſtituræ feudi in prælatis libris feudorū: ergo ſequit quod de neceſsitate dicendū ſit, illis libris fore credendū, cū præfati principes alias probationes habere nō poſſint, & in iure noſtro habeamus, q̄d propter difficultatē probandi, ſeu quādo res aliter probari nō poteſt, admittunt probatiōes, quę aliàs admitti nō deberēt, ut notat per Abb. poſt gl. in c. tertio loco. de prob. et tex. & gl. cū ibi not. per Doct. in c. ueniēs. ij. de teſt. per tex. et gl. uerb. tres. in c. cū dilecti. de elect. ubi cōmiſſarius in cauſa electionis teſtificat de uocib. eligentiū, licet ex eo prætēdere poſſit laudē

uel

uel uituperiũ. ad hoc fa. q̃d uoluit Fed. de Senis cõſil. cxix. incipit, Nulli dubium. ubi dicit, q̃d iura ſecundũ diuerſas qualitates negociorũ, diuerſos modos probãdi induxerũt, et noluerũt angariare facultates probationũ. & alleg. d. c. tertio loco. de prob. ſed potius ampliare & habilitare uoluerũt facultatẽ probandi: ideo dicit & exemplificat in probatione paternitatis filiationis, copulę carnalis, cõſanguinitatis lõginquæ, & ſimiliũ: in quibus caſib. quia nõ recipiũt cõſuetas probationes, iura recipiũt & cõtentant̃ probationib. quę haberi poſſunt, ut d. c. tertio loco. et c. Michael. de filijs presbyt. c. licet ex quadã. de teſtib. probat̃ etiã per l.
10 ſi quando. C. unde ui. ubi admittit̃ probatio rerũ ablatarũ per uiolentiã 2
paſſos, propter difficultatẽ probãdi. hoc idẽ uoluit & ſeruat Lap. alleg. xciiij. incip. Quidã presbyter audiuit confeſsionẽ. ſub tit. de pœn. et re. ubi dicit, q̃d credit̃ ſacerdoti fide digno, ſi dicit morientẽ ſibi dediſſe licentiã de reuelanda cõfeſsione. Et ideo cõſequẽter prædictis rationib. inducit̃ una theorica cõmuniter approbata, ſcilicet, quod ubi materia de ſui natura difficilis eſt probationis, lex eſt cõtenta ea probatione quę 3
fieri poteſt. ita decîdit Bar. quem ſequit̃ Imol. in l. in illa. in fi. ff. de uerb. oblig. per text. l. nõ omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. captũ euaſiſſe, & nõ transfugiſſe, propter difficultatẽ probãdi. not. Bar. in l. ſi quis ex ar-
20 gentarijs. §. pen. ff. de eden. Bal. in Auth. quas actiones. C. de ſac. ſanct. eccleſ. col. fi. & l. fi. §. licentia. in not. ij. ubi alleg. c. ueniens. de teſtib. Et ſic ex prędictis apparet expreſſe, q̃d de neceſſitate libris feudorũ credendum ſit, & probant, cũ aliter feuda probari nõ poſsint in prouincia Auſtriæ, ſtante cõſuetudine, quod per uaſallos nõ dentur dñis literæ reuerſales, ſed ſolũ in libris inſcribant̃. Et ſic per hæc remanet ſublata & euidentiſsimè reſoluta prima quęſtio, ſcilicet q̃d feudũ ſufficienter probet̃ per libros feudorũ illuſtriſsimorũ principũ Auſtriæ. Circa ſecundũ quęſitũ uidet̃ prima facie dicendũ, quod hęredes uaſalli poſsint pręſcribere ipſum feudũ ſeu libertatẽ, & ipſius feudi dñium directũ, non reco-
30 gnoſcendo dñm lõgiſsimo ſpatio. per tex. l. omnes. C. de pręſcrip. xxx. annor. ubi ſpatio xxx. annorũ perimit̃ omnis actio. et in l. ſicut. in fi. eo. tit. ubi dum dicit tex. poſt hoc uero tẽpus definitũ nulli innouandi ulterius facultatẽ patêre cenſemus, etiã ſi ſe legis ignorãtia excuſare tentauerit. ad idem fa. tex. in tit. ſi de feu. contr. fue. §. ſi quis per xxx. ubi tex. dicit, quod ſpatio xxx. annorũ quis præſcribit feudũ, etiã ſi nunc̃ꝫ fuit inueſtitus. Tertio fa. tex. qual. pot. feud. olim alie. §. porrò. ubi cõtra dñm feudi ſiue ſcientem ſiue ignorantẽ, quo ad actionẽ redimẽdi feudũ alienatum, currit præſcriptio. Quarto uoluit gl. in tit. de cap. Corr. §. prętea. ubi tex. admittentẽ dñm et recuperationẽ feudi, nulla obſtante tem-
40 poris pręſcriptione, reſtringit, & declarat, procedere ſolũ in pręſcriptione decem uel uiginti annor. quę procedit cũ titulo & bona fide: nõ autẽ in pręſcriptione lõgiſſima, ſcilicet xl. annor. quę tollit omnẽ actionẽ. d.

l. ſicut. quia cõtra deſides & ſui iuris cõtemptores, introductę ſunt huiuſmodi præſcriptiones odioſæ. Item ea ratione, quia uigilantibus, nõ dormientibus, iura ſubueniũt. Item quia nõ eſt præſumendũ, Romanũ principẽ, qui iura tueť, per huiuſmodi uerba, ſcilicet, nulla præſcriptione, totam obſeruationem de præſcriptione longiſsimi temporis, multis uigilijs excogitatã, uelle tunc euerti. arg. l. ſi quãdo. C. de inoff. teſt. i. reſpõſ. Et cũ illa gl. tranſit Bal. Nicol. de Neapol. & Iacob. de Beluiſ. et Aluar. quia tali prędcriptione ſublata cenſetur omnis actio. d. l. ſicut. l. omnes. ſentit in c. ad audientiam. de prędcriptione. ſequiť Alex. cõſil. xxx. in uol. i. incipit: Quia omne datũ optimũ. col. vij. in reſpon. ad vi. arg. ſequitur Ioan. de Curte, conſil. lxxxij. Et ſic ex prædictis uidetur, quod ſpatio quadraginta annorũ cõtra dñm feudi etiam ignorantem, poſsit feudum præſcribi. Et ſic caſtrum de quo hic agitur, uidetur præſcriptum dicto tempore, cum intra illud, ut præſupponitur, nõ fuit recepta inueſtitura. Tamen prædictis non obſtantibus, puto iſto caſu alteram partem fore de iure ueriorem, & ſanioribus atq; melioribus rationib. innitentem, ſcilicet, quod cõtra ſereniſsimũ Romanorũ regem nulla incurrerit neque currat præſcriptio, multis reſpectibus. Primo, quia exigere à uaſallo iuramentũ fidelitatis, ſeu ut ſe recognoſcat, & ſic habere eum pro uaſallo, uel propter non recognitionem debito tempore ſuſceptam, conſiſtit in mera facultate ipſius domini, per ea quę habentur in c. i. quæ fuer. cauſ. benef. amitt. & c. i. de cap. Corr. & in tit. quo temp. mil. & apertè per Specul. in tit. de feud. §. qui. col. xxvi. dum dicit: Si infra certum tempus nõ prędſtet mihi fidelitatem, ſi mihi placet, feudum amittit. bene dico, ſi mihi placet: quia ſi non placeret, non amitteret feudum, imò ageretur contra ipſum ut me in dñm recognoſceret. Et ſic apparet, quod in facultate domini eſt, habere eũ illo caſu pro priuato, an non. Sed habeo unam regulam in iure ueriſsimã, quod ea quæ in arbitrio conſiſtunt, uel mera alicuius facultate, nullo tempore præſcribunť, ut uoluit gl. not. c. ut priuilegia. gl. pen. in fin. de priuileg. de qua facit ibi feſtum Dn. Ant. & illam ſequitur Calder. in tit. de præſcript. conſil. i. Ideo Ioan. And. et Ioan. de Lign. et Dominic. c. fi. de cõſuet. lib. vi. dicunt, contra canonicos non optantes, quibus de conſuetudine ius optandi competebat, non currere præſcriptionem, quia ille eſt actus conſiſtens in mera facultate ipſorum. Ergo &c̃. Nec obſtat ſi diceretur, quod per longum uel longiſsimum tempus non præſtitiſſent neque exhibuiſſent aliqua ſeruitia principibus Auſtriæ, uti uaſalli &c̃. quia reſpondendo dico, quod quando prędſtatio ſeruitiorũ nõ conſiſtit in aliqua annua præſtatione, non currit præſcriptio contra dominum, licet etiam non exegerit talia ſeruitia, etiam ſubexiſtente neceſsitate, utpote quia nõ uocauit ad bellum &c̃. cum forſan caſu ſuæ gentes ſufficiebant, uel aliàs ſibi non placuerit. ita decîdit in terminis Bal. in l.

male

male agitur. C. de præscript. xxx. annor. dum dicit, quod maiores nostri per l. hęc autem iura. cum l. seq. ff. de ser. urb. prę̄d. uoluerunt, quod etiam si per centum annos dñs uasallo non imposuisset seruitium, non esset uasallus liberatus tempore, quia nūquam habuit aliquam possessionem libertatis, ex quo non fuit requisitus ad præstationem homagij uel seruitij. ad hæc fa. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de præscript. col. mihi. ij. uers. an uasallus libertatem. ubi allegat Vbertum dicentem, uasallum non præscribere contra dñm, nisi interpellasset ius domini, dicendo eum nō suum dñm. Vel posse distingui, an deberet uasallus dare certas præstationes dño, puta tenere equum pro feudo, & tunc sit imputandum dño, quod illas non exegit. Sin autem erat feudum honorificum, tunc non esse quod domino possit imputari, qui nihil potuit exigere. Et hoc placuit Vberto, prout etiā eum refert Abb. in c. ad audientiam. de præscript. col. penult. Prædicta procedunt indubitanter, etiam si casus occurrisset in quo dominus uti potuisset seruitio uasalli, & tamen non fuisset usus, quia forsan non indiguit. ita Felin. decîdit d. c. ad audientiam. in iij. aliàs vi. in fi. col. in prin. & in c. cum accessissent. de constit. col. xi. sub limit. i. & ad hoc allegat Bart. in l. cum scimus. in prin. C. de agric. & censit. Lud. Rom. in rub. de arbit. col. xxi. uers. xij. & gl. pen. Cle. de for. comp. & alios, ut ibi per eum. Licet Abb. in d. c. ad audientiam. in fi. uideatur uelle contrarium. Secundo, quod isto casu nulla currat præscriptio, probatur per text. apertum in c. i. §. præterea. de cap. Corr. ubi dicit text. quod licet dominis omnes alienationes feudi factas, nulla obstante præscriptione, reuocare. & per tex. expressum in c. imperialem. de prohib. feu. alie. per Fed. ubi Federicus uolens pinguius prouidere circa prohibitionem alienationis feudorū, ipso Lothario, dicit: Imperator Lotharius tanc̄ in futurū præcauens ne fieret alienatio feudi, legem promulgauit. Nos autē ad pleniorē regni utilitatem prouidentes, nō solum in posterū, sed etiā huiusmodi alienationes illicitas hactenus impetratas, hac præsenti sanctione cassamus & in irritum deducimus, nullius tēporis prę̄scriptione impediēte. Et sic per illos tex. expresse apparet, cōtra dñm feudi, maxime quo ad directū dñium, nullam currere præscriptionē, etiā longissimā, cum illa iura indistincte loquunt. arg. c. solitæ. de maior. & obe. l. si seruitus. ff. de ser. urb. prę̄d. quia ubi lex nō distinguit, nec nos distinguere debemus. iuribus prę̄allegatis, cum cōcor. Et hanc cōclusionē uoluerūt per prędicta iura, Pyl. Iacob. Artizo. in summa, in tit. quib. mod. feu. acquir. sub rubricella fi. moti per l. imperialem, quæ reuocat omnes alienationes. Hoc idem sentit gl. in uerb. beneficio. in c. de prohib. feud. alie. per Loth. dum dicit, quod beneficium, id est, feudum, dñs recuperabit, nulla præscriptione obstante: quia quod ab initio temporis non ualuit, tractu temporis confirmari nō potest. per d. c. i. de cap. Corr. & d. constitutionem Federici

7 c. 1. § Præterea de Cap. Corr.

8

9

10

Imp. Ad idem fa. tex. iuncta gl. in tit. de inueſt. de re alie. fa. §. quid ergo. ubi uoluerunt, quod non præſcribatur ſeruitus impoſita rei feudali cõtra dñm, non ſolum per longa tempora, ſed nec etiam per longiſsima: ratione ſecundum gl. quia in feudo alienatio eſt prohibita, ideo nulla obſtabit prę̃ſcriptio. Et ſic ibi expreſſe gl. excludit præſcriptionẽ etiam longiſsimam. Idem uoluit And. de Iſer. legum feudalium euangeliſta, in d. §. prę̃terea. qui tenendo contra gl. ibi, dicit hanc partẽ eſſe ueram, ſcilicet quod etiã longiſsima præſcriptio excluditur. per d. §. præterea. Idem ſentit Card. Alex. in §. quid ergo. ubi per rationem gl. dicit, quod ſi uaſallus tradiderit rem feudalem tertio, & ille poſſederit lõgo uel longiſsimo tempore, non habebit locum præſcriptio, quia in feudo eſt alienatio prohibita, & prę̃ſcriptio eſt alienatio. l. alienationis uerbum. ff. de uerb. ſignif. Adducit ſimile: quia ubicunq; res eſt prohibita alienari, non habet locũ præſcriptio. l. cum lege. ff. de uſucap. & idem Præpoſ. in d. §. quid ergo. col. iij. uerſ. ex prædictis. Extende text. & gl. Nam loquuntur de præſcriptione ſeruitutis etiam in præſcriptione dominij, et à fortiori, cum in illo attendendo agatur de maiori præiudicio. arg. l. fi. cum ibi not. C. quę̃ res pignor. oblig. poſſ. & in Authen. multo magis. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. et ita uoluit Dn. Martinus ſecundum Card. ubi ſuprà. Idem ſentit Hoſtieñ. in ſumma, in tit. de feud. §. quid hodie. dum dicit, facta alienatione feudi, feudum reuertitur ad dñm, nulla obſtante præſcriptione motus. per d. c. i. §. præterea. de cap. Corr. & l. imperialem. præalleg. uoluit Soci. expreſſe conſil. lxxxvi. incipit, In cauſa communitatis caſtri. col. iij. uerſ. tertio & ultimo, hæc concluſio &c̃. ubi poſt And. de Iſer. & alios concludit contra gl. in d. §. prę̃terea. & Doct. eam ſequentes, tenendo quod per text. d. §. præterea. in feud. ſit excluſa etiam præſcriptio longiſsima. Secuti ſunt plures famoſiſsimi Doct. uidelicet Dn. Burgeſius & Dn. Petr. Laurentius de Luth, Seneñ. Vniuerſitatis Doctor & ſacri conſiſtorij aduocatus, & quidam alij, ut apparet ex eorum approbationibus & ſubſcriptionibus ad d. conſilium lxxxvi. factis. Si ergo facta alienatione feudi per uaſallum, non præſcribitur directum dñium contra dominũ, feudi præſcriptione etiam longiſsima, multo minus præſcribit̃ per ipſum uaſallũ ſeu hæredes uaſalli, cum illi ſint ſeu præſumãtur in mala fide: & quod quis ab alio fieri pati non debet, multo minus eidem id facere licet. arg. c. qualiter & quãdo. i. de accuſ. c. nonnulli. de reſcript. l. meminerint. C. unde ui. Idem in terminis uoluit Lud. Rom. conſil. cccl xxi. circa fi. Et ſic ex prædictis appa ret illam gl. nõ eſſe uerã in d. §. prę̃terea. & cõtra illam cõmuniter uiden tur tenere Doct. Et ſic remanet cõcluſio, quod cõtra dñm feudi, quantum ad directum dominiũ, non procedit præſcriptio, etiam longiſsimi temporis. per d. §. præterea. & per text. d. l. imperialem. Hæc concluſio multipliciter roboratur. Primo, quia iura prę̃allegata loquuntur indiſtin-

indiſtincte ibi in d.§. præterea. nulla præſcriptione obſtante &c. ergo indiſtincte intelligi debent, iuribus præalleg. neq; reſtringi debent ad præſcriptionẽ longi tẽporis tantũ, ut uoluit gl. d.§. præterea. q̃d aperte demonſtrat, attenta cauſa prohibitionis alienationis feudi, & alienationis facte reuocatione, de qua in tit. de prohib. feud. alie. per Loth. & in tit. de prohib. feu. alie. per Fed. quę fiũt propter publicã utilitatẽ Rom. regni, dum dicit tex. ut regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorũ ſtatus ſeruet illæſus, & ne debita ſeruitia amittantur, & honor Imperij & expeditio, ſcilicet ad Romanã curiam, minuat. Et in cõſtitutione Lotharij inhibet quodcunq; cõmerciũ circa feuda, per quæ minuat Imperij uel dñorũ utilitas. Et gl. ibi in uerb. utilitas. dicit, q̃d utilitatis diminutio ſit: quia alienatis & annihilitatis feudis, milites nõ irent amplius in expeditionẽ cum dñis eorũ, & dñi nõ poſſent amplius habere ab eis hoſtenditias, nec alia ſeruitia quę uaſalli dñis pręſtare tenent. Ideo uidetur dicendum, Imperatores uoluiſſe etiam longiſsimã præſcriptionem excludere, aliàs nõ eſſet ſatisfactum menti conſtituentium, maxime cum ratio prohibitionis æquè militet in pręſcriptione longiſſima, ſicut in decem uel uiginti annorũ. Quinimo potius militare debet in illa: quia ſi ſecundum gl. d.§. præterea. eſt ſublata præſcriptio decem uel uiginti annorum, quæ eſt fauorabilis, cum præſcribens illo caſu habeat titulum & bonam fidem, à fortiori debemus dicere ſublatam eſſe præſcriptionem quadraginta annorũ, cum illa ſit odioſa, iuxta not. l. fi. C. de ædil. edict. arg. eorum quæ uoluit Alex. conſil. cccxij. uol. ij. circa fi. uerſ. prę terea. dum ibi prædicta ratione uoluit, quod ſicut admittitur reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem uiginti annorũ, à fortiori debet admitti contra præſcriptionem quadraginta annorũ. Ad prædicta fa. quæ uoluit Dn. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in c. item cum pacto. de non alienando. col. vi. poſt Ioan. Rayner. in d. l. imperialem. dum dicit, quod dñs nõ habetur pro conſentiente, etiam ſi alienatio feudi ſit facta ipſo præſente: quia feuda ſunt prohibita alienari nõ ſolum in fauorem dñi, ſed etiam reipub. Secundo probatur iſta ratione, præſcriptionem etiam longiſsimam eſſe excluſam, & ita debere intelligi illa iura in feudo præſcriptionẽ excludentia: quia in præſcriptione locupletatur quis cum aliena iactura, ut in reg. locupletari. de reg. iur. lib. vi. Et ideo dicit tex. in Auth. ut eccleſ. Rom. quod exceptio pręſcriptionis dicitur eſſe pręſidium iniquiſſimũ, ideo, ne quis locupletet cum aliena iactura, item ne utilitati principis & reipub. præiudicetur, ſeu ne illa diminuat contra mentẽ Imperatoris. de qua in tit. de prohib. feud. alie. per Loth. & tit. de prohib. feud. alien. per Fed. Neceſſariò igitur dicendum, quod de mente Imperatorũ fuerit tollere omnem præſcriptionem, etiam longiſsimam. ad quæ fa. quæ uoluit Alex. conſil. lxxxiij. uol. i. incipit, In cauſa uertente inter Cameram, col. iij, uerſ. præterea. dum dicit, quod

15 16 17 18

nõ consueuerit esse de intentione principis, ut quis se tueatur titulo nõ
oneroso, sicut est titulus uasalli. Ideo dixit Soci. præalleg. consil. lxxxvi.
uol. i. col. v. uers. nec obstat. quod generalis titulus pro suo, nõ sufficit
ad prẽscriptionẽ de iure cõmuni. & alleg. not. per Bar. & alios in l. Cel
sus. ff. de usucap. & in l. i. ff. pro suo. Et sic per prædicta apparet, tex. d.
§. præterea. et l. imperialem. nõ fore restringendum prout restrinxit illa
gl. Et etiã ex prædictis habetur una solutio, quæ accõmodari potest ad
rationes & iura quibus d. gl. §. præterea. & sequaces mouentur, scilicet,
quod possent habere locũ in præscriptione cũ titulo oneroso, non aũt
in præscriptione cũ titulo nõ oneroso, sicut uidet titulus esse uasalli qui
feudũ habet ex gratia & liberalitate principis, ideoq; & beneficiũ appel
lari solet. Tertio, quod longissima præscriptio sit excluſa per prẽdicta
19 iura, demonstrat põderando dictionẽ uniuersalẽ, Nulla, de qua in d. §.
præterea. & dictionẽ, Nullius temporis, de qua in d. l. imperialem. quę
20 uniuersalis de sui natura totũ excludit, arg. not. per Abb. post Io. And.
in c. graue. de off. ord. dum ibi dicit, quod dictio uniuersalis, Nulla, po-
sita in tex. c. pastoralis. de off. ord. omnẽ iurisditionẽ excludat, media-
tam & immediatã, principalẽ & accessoriã. Et ita eos referendo sequit
Fel. in d. c. pastoralis. col. iiij. uers. circa nonã. Ergo ita uidetur dicendũ
in casu isto, ut illa dictio, Nulla, omnẽ prẽscriptionẽ excludat, sicut in d.
c. pastoralis. talis dictio, Nulla, omnẽ excludit iurisditionẽ. Ad hoc fa.
21 quod uoluit Fran. Cur. cõsil. lxxxij. col. iiij. ubi ipse per tex. c. ad aures.
de prẽscrip. ibi, dum in eo dicit, quadragenaria prẽscriptio omnẽ pror
sus actionẽ excludit, dicit per illam dictionẽ, Omnẽ, sic indefinitè & uni
21 uersaliter prolatã, etiã officiũ iudicis esse excluſum, cum appellatione a-
ctionis etiã ueniat iudicis officiũ. l. actionis uerbo. ff. de reg. iur. cum gl.
ibi. & l. actionis uerbũ. ff. de actio. & obli. l. pecuniæ uerbũ. ff. de uerb.
et rer. sig. l. quod si minor. §. fi. ff. de minor. Ergo infertur, q̃d illa dictio,
Nulla, debet cõprehendere præscriptionẽ longissimã. Prẽterea hoc cla
rius demonstrat per illa uerba, Nullius temporis, posita in d. l. imperia
lem. quæ uident excludere omnẽ præscriptionẽ cuiuscũq; temporis: er
go non solũ longam, sed & longissimã. & ita sentire uidet Iacob. de S.
Georg. in tract. feu. in suprascripto §. item cum pacto. licet cõcludat ibi
per illa uerba nõ tolli consuetudinẽ, cum multũ distet cõsuetudo à præ
scriptione. Quarto, quod per illam dictionẽ, Nulla, & nullius tẽporis,
censeat sublata etiã præscriptio longissima, ultra prẽdicta sic demõstra
tur. Nam Imp. in c. i. tit. de prohib. feu. alie. per Loth. uoluit talem con
stitutionẽ perpetuò ualere, ibi, dum dicit, Hac edictali lege in omne ẽuũ
ualitura. Et in tit. de prohib. feud. alie. per Fed. ibi, dum dicit text. Hac
edictali, deo propitio, perpetuò ualitura lege sancimus. Ex quibus uer-
bis apparet ut suprà, Impp. Loth. & Feder. uoluisse eorũ cõstitutiones
feudorũ alienationẽ prohibentes, omnẽcunq; præscriptionẽ tollentes,

perpe-

perpetuò ualere debere. Sed ego habeo unã regulam in iure, quod quo
tieſcunq; in aliqua diſpoſitione promittitur uel ordinatur aliquid per- 22 Perpetuo valer.
petuò ualere debere, non currit cõtra illam diſpoſitionem præſcriptio
etiam longiſsima. per not. per Ang. quem ſequitur Imol. in l. i. ff. de u-
ſucap. arg. tex. l. quod ſi nolit. §. ſi quis ita. ff. de ædil. edict. & uidet ſen-
tire Bald. in quodam conſil. incipit, Ius offerendi. Idem tenet Soci. con
ſil. lxxxvi. uol. i. dicens poſt prædictos, quãdo in cõtractu eſt promiſſa
perpetua obſeruantia, tunc nulla currit prę ſcriptio. Et ita illud affirmãt
& ſequuntur tres alij expertiſsimi Doct. Seneñ. ſcilicet dominus Bur-
geſius, Petrus & Laurentius de Luth, aduocati ſacri Conſiſtorij, ut ha
betur in ſubſcriptionib. eorum impreſsis poſt dictum conſiliũ lxxxvi.
Ideo cum præfati Doct. uelint ut in caſu illo nulla currat præſcriptio,
propter promiſsionem de perpetuò ſeruanda, à cõmunitate Senenſi fa
cta, quæ uices Imperatoris ſecundum eos in terris ſuis gerit: idem, & à
fortiori, in caſu noſtro dicendum eſt, ut ipſo Imperatore in conſtitutio-
ne cõſuetudinis præſcriptionem & feudorum alienationem prohiben
te, nulla currat præſcriptio, cum uoluerit talem conſtitutionem perpe-
tuò ualere. Et ſic per prædicta poteſt accommodari una alia ſolutio ad
d. gl. d. §. præterea. ſcilicet, quod dato quod eſſet uera, quod tamen ne-
gatã per prædicta, & per ea quæ inferius ſubiungam, poſſet habere lo-
cum quando lex ſimpliciter loqueretur, non utens uerbis denotantib.
perpetuitatem, ſicut in d. l. imperialem. & d. c. i. Et ſic etiam per conſe-
quens poſſet militare fundamentũ Bal. in d. §. prę terea. ubi ſequitur d.
gl. illa ratione, quia lex derogatoria debet reſtringi, & ſufficit quod in
uno caſu militare poſsit: quia poſſumus dicere ut ſuprà, ſcilicet, quod
procederet illa ratio in lege ſimpliciter prohibente, & nõ utente uerbis
denotantib. perpetuitatem, ſicut fit in caſu noſtro. Quinto, quod prę
ſcriptio longiſsima cenſeatur excluſa, ut ſuprà demonſtratur, aſſumen
do doctrinam Bald. in d. §. præterea. quam ſequi uidetur Abb. in c. fin.
de præſcrip. col. xi. uerſ. quæro quid ſi ſtatuto. dum uoluit, quod quan
do ſtatutum uel lex prohibens præſcriptionem in aliquo caſu, poteſt
habere locum in præſcriptione longa, ſcilicet, decem uel uiginti anno-
rum, illam tantũmodo excludit: ſed ſi non poſsit habere locum in illa,
tunc etiam excluderet præſcriptionem longiſsimam, etiam in actioni-
bus perſonalibus in rebus eccleſiæ, quæ non præſcribuntur niſi præ-
ſcriptione longiſsima, tunc ſtatutum in tali caſu prohibens prę ſcriptio
nem, ſimpliciter intelligitur excludere longiſsimam, quia aliàs nihil o-
peraretur, cum non niſi longiſsima curreret. In tali caſu, modo retento
prædicto fundamento, arguo ſic. Nam ante conſtitutionem Federici,
ſcilicet, ante l. imperialem. feudorũ alienatio erat prohibita, ut in conſti
tutionibus Lotharij, in tit. de prohib. feu. alie. per Loth. uolentis illam
legem perpetuò ualere: ergo per cõſequens etiam cenſeatur prohibita

23 præſcriptio, cũ prę̃ſcriptio ſit alienatio. l. alienationis uerbũ. ff. de uerb. ſig. gl. in uerb. per longa tempora. in tit. de inueſt. de re alie. fa. dum dicit, quod etiã tempore longiſsimo nõ præſcribit̃ cõtra dn̄m feudi, quia feudorũ alienatio ſit prohibita. & illam ſequitur And de Iſer. Quinimò etiam ante conſtit. Loth. nõ currebat præſcriptio xx. annor. cõtra dn̄m feudi, ut in §. i. de inueſt. de re alie. fa. imò & plus in prę̃ſcriptione ſolius dominĩ utilis, ſcilicet quãdo uaſallus cõtra uaſallũ & dn̄m præſcribat, dicendo ſe uaſallũ, & nõ aliter, requirebant̃ anni xxx. ut in §. ſi quis per xxx. ſi de feu. contr. fue. inter dom. et ag. uaſ. Ergo abſurdũ eſſet dicere, directũ dn̄m feudi minori tẽpore xxx. annorũ prę̃ſcribi poſſe, cũ ſit magis prę̃iudiciale prę̃ſcribere directũ, c̃ꝫ utile, ut dicit Card. in d. §. i. de in 10

24 ueſt. de re alie. fa. quia ubi maius periculũ, ibi cautius eſt agendũ. c. ubi periculũ. de elect. lib. vi. ltẽ et poſtea per Corradũ cautũ fuit expreſſe, ut nulla prę̃ſcriptio cõtra dn̄m currat. Deinde ultra prędictas cõſtitutiões Lotharĩ & Corradi, alienationẽ & prę̃ſcriptionẽ feudi prohibẽtes, ſub ſecuta fuit l. imperialem. pariter alienationẽ prohibens & feudi præſcri

25 ptionẽ. Habeo & aliã in iure regulã, quod ubi lex prohibet alienationẽ alicuius rei, etiã intelligit̃ prohibita eiuſdem prę̃ſcriptio. l. ubi. ff. de uſu cap. cũ ibi not. per gl. & Doct. maxime per Bar. & Abb. in c. cum nõ liceat. de præſcrip. & gl. l. alienationis uerbũ. ff. de uerb. ſig. & l. ĩ. C. de 20 uſucap. pro empt. & gl. l. nõ eſt incognitũ. C. quib. nõ ob. long. temp. prę̃ſcrip. Idem tenet Azo in Sũma, tit. de uſucap. pro empt. Ang. Imol. Bal. in d. l. ĩ. Bar. Iaco. de Aret. Bal. Ang. Raph. Fulg. et Paul. de Caſt. in l. fi. C. in quib. cauſis in integ. reſtit. nõ eſt neceſſ. ubi uolunt, q̃d res alienari prohibita, nõ poteſt prę̃ſcribi, maxime lõgi tẽporis prę̃ſcriptione. et illa eſt cõmunis opinio Doct. ſecundũ Philip. Cor. cõſil. ccxciiĩ. uol. iĩ. à qua dicit in deciſionib. nõ eſſe recedendũ. arg. c. ne innitaris. de cõſtit. c. prudentiã. de off. deleg. & per gl. l. oĩs diffinitio. ff. de reg. iur. & per Bar. in l. i. C. de pœn. iud. qui male iud. Idẽ uoluit Soc. cõſil. ccli. uol. iĩ. Stante prę̃miſſa cõcluſione, ut ſtat, arguo ſic: Ante cõſtit. 30 Loth. & Fed. feudũ alienari nõ poterat, præſcribi ſaltem prę̃ſcriptione longa, iurib. prę̃alleg. Ergo ex quo poſtea ſubſecuta eſt lex Corradi, & poſt Corradi Lotharĩ, expreſſe præſcriptionẽ & alienationẽ feudi prohibẽs: et poſtea ſubſecuta eſt ultimo loco l. imperialẽ. Federici Imp. qui uolẽs latius prouidere circa feuda c̃ꝫ per Loth. eſſet prouiſum, ſtatuit lege perpetuò ualitura, ut alienatiões feudorũ nõ fiãt, irritãdo etiã poteſtatem, nullius tẽporis prę̃ſcriptione impediẽte. Ergo ex quo per prę̃cedentes rationes & cõſtitutiones & iura præſcriptio lõga nõ currebat cõtra dn̄m feudi, quia prohibitũ alienari, ut per d. §. quid ergo. ſed ſolum præſcriptio xxx. ann. currere uidebat̃, ut ſuprà deductũ eſt per. d. §. ſi quis 40 per xxx. neceſſariò dicendũ eſt, per leges & cõſtitutiões poſtea promulgatas, maxime per l. imperialem. ſublatã fuiſſe nõ ſolum præſcriptionẽ

longam,

longã, xx. ann. sed imò longissimã, xxx. & xl. ann. ad hoc ut talis lex ultimo promulgata aliquid operet ultra alias, & ne uideat illa l. imperialẽ. ipsius Fed. & etiã Loth. & Corradi frustratorie promulgata: qd cõtinget, si iuxta opinionẽ gl. d. §. pręterea. diceremus, per illam l. imperialẽ. tantũ excluſam pręscriptionẽ xx. annor. cũ prius esset excluſa, ut suprà. Et ideo iuxta prædictã theoricã Bal. & Abb. cum per d. l. imperialẽ. nõ possit habere locũ d. præscriptio xx. ann. dicemus necessariò excluſam esse pręscriptionẽ longissimã. Et per cõsequens ista ratione apparet, d. gl. d. §. pręterea. nõ esse motã bona ratiõe ad sic restringendũ dicta iura §. pręterea. et l. imperial. pręalleg. Sexto prędicta corroborant per ea quæ uoluit Philip. Cor. cõsil. lxxxij. uol. iij. col. iij. in litera H. & cõsil. cxcviij. col. iij. uers. quinimò. uol. iij. post gl. in l. i. C. de his qui ante aper. tab. & Ant. & Imol. in Cle. i. de elect. & gl. ibid. in quib. locis habet qd lex extẽdi potest à paritate rationis etiã ad casum ubi nõ militat tam efficax ratio: et maxime fit talis extẽsio duob. cõcurrentibus: primo, qd ratio sit expressa in l. correctiua, & casus ad quẽ trahit ex ratiõe identitatis cõprehendi possit sub uerbis legis, licet ex lata significatione. per gl. d. Cle. de elect. in uerb. eligat. quę propter rationẽ positã in tex. d. Cle. extendit cõstitutionem illam iuris antiqui correctoriã, simpliciter prohibentem religiosum eligi ad prælaturã alterius religionis uel habitus, etiã ad prouisionẽ, licet prouisio & electio propriè sumendo sint diuersa. Idem uoluit Imol. ibid. & in l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. Igit idem dicendũ est in casu nostro, scilicet, præscriptionẽ longissimã comprehendi sub illis uerbis, Nulla, & nullius tẽporis pręscriptione obstante, propter identitatẽ rationis in d. iurib. expressæ, quę fuit utilitas publica tam dñorũ feudi, cꝫ Romani Imperij, quę pariter militat in longissima sicut in longa pręscriptione. Tum etiã ex quo casus ad quẽ fit extensio, scilicet, pręscriptio lõgissima, cõprehendit sub illis uerbis, Nulla præscriptiõe, nõ solũ ex lata significatione, sed etiã ex propria, nõ solũ illius uerbi, præscriptiõe, sed etiã ex natura illius dictiõis uniuersalis, Nulla, quæ totũ excludit de sui natura, ut suprà dictũ est. Et sic ex prędictis apparet illã gl. d. §. præterea. male loquutam fuisse, d. text. §. præterea. & l. imperialẽ. restringendo ad præscriptionẽ longã tantũ, nõ attenta ratione expressa in l. ij. & casu ad quem fit extensio. Ipsa lex quantũcunq; correctoria debet extendi, et nõ restringi. d. gl. Cle. i. & per alios de quibus suprà. Et sic ex prædictis etiã infero aliã solutionẽ ad d. gl. & theoricã Bal. in d. §. præterea. scilicet ut procedãt ubi ratio nõ esset expressa in lege, et uerba legis nõ cõprehẽderẽt casum ex propria significatione, quia tum possemus forsan dicere, in materia correctoria uerba l. restringenda, & nõ ampliãda. Secus aũt est quãdo ratio identitatis l. expresse pariter militat in casu extenso, ut in casu nostro, qd tunc uerba nõ sunt restringẽda, nec est incõueniens qd una lex aliã corrigat, causa expressa

26 27 28

ut hic, & extendatur, cum per talem extenſionem tollatur præſcriptio
29 ſolum, quæ in iure dicitur iniquiſsimū præſidium, cum in præſcriptione quis locupletetur cum aliena iactura, & alter damnū patiatur, ut in reg. locupletari. de reg. iur. lib. vi. Ideo fauorabilius eſt dicere, præſcriptionem omnem excluſam, quàm ad longam tantum reſtringere. & ita fuit mens Imperatoris, quæ ſatis elicitur ex cauſa conſtitutionis, per d. gl. d. Clem. i. & etiam ex uerbo, perpetuò ualituram, in d. conſtitutione expreſſo, quod tollit cōmunem prę ſcriptionem, ut ſuprà deductum eſt in uerſ. incipiente, Quarto, quod per illam &c̄. Septimo, quod longiſsima præſcriptio excludatur per l. imperialem. probatur ſic. Nam Lotharius tertius Imp. legem ſuam alienationem feudorum prohibentem promulgauit anno domini M. C. XXXVI. & Federicus Imperator longiſsimo tempore pòſt, alienationes feudorum, dictam legem Imperialem, condendo, etiam prohibuit, retractando hactenus factas, nullius temporis præſcriptione obſtante: & in hoc proteſtatur ipſe Federicus, quod uelit pinguius prouidere quàm ipſe Lotharius, qui ſolum futuras alienationes poſt conſtitutionem ſuam irritauit. Ex quibus uerbis expreſſe infertur, Federicum irritaſſe alienationes etiam factas ante prohibitionem Lotharij. quod ſic demōſtratur. Quia ſi ſolum intelligeremus eum irritaſſe alienationes factas poſt prohibitionē Lotharij, talis lex prohibens & irritans eſſet fruſtratoria, cum aliàs de iure eſſent nullæ, per d. conſtitutionem Lotharij, etiam quia factæ lege prohibente, per tex. l. non dubium. C. de ll. dum dicit text. ea quæ fieri
30 à lege prohibentur, nō ſolum inutilia, ſed etiam pro infectis habentur, et omnia quę exinde uel ob id ſunt ſubſecuta &c̄. Et ſi aliter diceremus, non diceretur ipſe Federicus in aliquo ſupplere defectum Lotharij. Et ſic cum ipſa conſtitutio Lotharij per longiſsima tempora præceſſerit d. conſtitutionem imperialem Federici, & ipſe Federicus uoluit irritare etiam alienationes factas ante Lotharium, ſequit̄ neceſſariò, quod ipſe
31 Federicus per illa uerba, Nullius temporis præſcriptione obſtante, uoluerit tollere prę ſcriptionem longiſsimam, quod aliter ſaltem quàm ad irritationem præteritarū alienationū, ipſa l. imperialem. Federici nihil operaretur, & fruſtratoriè illa uerba fuiſſent expreſſa: quod eſſet abſurdum dicere: neq; credendum eſt Imperatorem illius fuiſſe intentionis, fruſtratoriè legem promulgare. Et ſic prædicta ratione infertur, dictā gl. d. §. præterea. male interpretatam fuiſſe, maxime tex. illius l. imperialem. Et per conſequens etiam apparet ſublatam eſſe, ratione eiuſdem gl. dicentis, non eſſe credendum Imperatorem uoluiſſe tollere huiuſmodi uerbo totam obſeruationem dicta prę ſcriptione inductam &c̄. quia ex prædictis contrarium apparet, ſcilicet, Imperatorem uoluiſſe tollere omnē præſcriptionem. Octauo, quod prædictis uerbis, Nulla præſcriptione obſtante, cenſeatur etiam excluſa longiſsima, demonſtratur

ponde-

ponderando dictionem, Hactenus, posità in tex. & l. imperialem. dum
Federicus omnes alienationes hactenus factas irritauit. Sed per dictio-
nem, Hactenus, indubitanter cõprehendi uidetur tempus xl. annor. et 32
ultra, ut habet per tex. c. uenerabilis. cum ibi not. per Doct. ibid. & in c.
cum ex officij. de præscript. per Maria. Soc. in tract. uisitationũ. & per
Felin. illum referendo in d. c. cum ex officij. col. v. uers. limita quarto.
dum dubitatur ibidem, an per illam dictionem, Hactenus, sublata cen
seatur præscriptio centũ annorũ. Ergo infertur, quod quadragenaria
sit sublata: quia unius exclusio, est alterius inclusio, & econtra. c. nónne. 33
de præscript. cum concor. Ideo cõcluditur, per illam dictionem, Hacte-
nus, positam in d. l. imperialem. exclusam esse præscriptionẽ quadrage
nariam, & sic longissimã. Nono probatur ponderando tex. d. l. im-
perialem. dum prohibet uasallũ feudi pro anima iudicare, & sic legare,
talem alienationẽ reuocando, nullius tẽporis præscriptione obstante.
& sic per illa uerba uidet tollere præscriptionẽ circa legata ad piam cau
sam, sicut sunt legata causa animæ facta, ut per Abb. in c. nihil. in v. col.
de præscrip. in prin. dum dicit: Certũ est quod donũ quod relinquitur
pro anima, qualitercũq; dicitur relictũ ad pias causas. allegando de l. si
quis Titio. ff. de leg. ij. cum ibi not. per gl. & Bar. Sed contra legata ad
pias causas tantũmodo spatio xl. annor. præscribitur, ut in Authen. de 34
eccles. tit. §. pro temporalibus. coll. ix. & per Abb. in d. c. nihil. in v. col.
idem Abb. in d. c. de quarta. in ult. not. de præscript. Ergo necessariò
est dicendum, d. l. imperialem. per illa uerba, Nullius temporis præscri
ptione, uoluisse excludere præscriptionem longissimam, cum prius mi
nor maxime in tali casu non cucurrisset, aliàs lex ipsa de nouo promul-
gata nihil operaretur, quod nequaquã est dicendum, iuxta theoricam
Baldi, quam refert & sequitur in d. c. fin. de præscript. Decimo
probatur sic. Nam ubi uasallus in tempore non recognoscit feudum, 35
priuatus est feudo ipso iure, ut habetur & notatur per text. & gl. in l.
fin. in fin. C. de iure emphyt. in uerb. cadat. & Doct. in l. ij. ff. si ager
uectig. uel emphyt. Et hoc uerum est domino uolente, ut dicit Bal. in l.
fin. in fin. C. de reuo. do. & sequitur Dn. Iacob. in tract. feud. in §. in-
cipiente, Qui quidem inuestiti. in fin. coll. xi. & habetur & notatur in
c. i. quæ fuer. caus. benef. amitt. & c. i. tit. de cap. Corra. Vnde dicit
Spec. tit. de feud. §. qui. col. xxvi. quod dñs contra uasallũ recognosce-
re nolentem agere potest, ut eum in dominũ recognoscat. Quę actio in
dubitanter dicit personalis, cum dicat personam obligatam recogno-
scere &c. ut Instit. de actio. in princ. Et de natura feudi est præstatio
auxiliorum personalium, ut uoluit Bald. in extrauagant. de pac. Con-
stant. in uerb. libellorum. & Socin. consil. cclxxxvij. uol. ij. Sed in iure
habemus, quod contra actiones personales nõ præscribitur nisi spatio 36
triginta annorũ, ut in l. sicut. & in l. fin. C. de præscript. triginta uel xl.

annorum. & in l. ij. cum gl. in uerb. triginta. ff. de constit. pec. Abb. in c. fin. de præscript. in col. xi. Specul. tit. primo & secundo decret. §. v. col. xiij. uers. sed nunquid. Si ergo actio personalis solo cursu xxx. annorũ de iure ciuili præscribitur, ut dominis feudi contra uasallũ non recognoscentem intra tempus debitum competat actio personalis ad compellendũ eum ut recognoscat, ut suprà, quomodo ergo possumus dicere, spatio decem uel uiginti annorũ præscribi posse cõtra dñm per non recognitionem? Certe nequaquã: quia illa nõ possunt stare simul,
37 scilicet, quod dñs sit priuatus dominio, & actionẽ personalem habeat per quam sibi conseruetur dominiũ. arg. c. solicitudinẽ. de appell. cum concord. in gl. fin. & arg. c. inter dilectos. de fide instr. Item ex prædictis infertur, præscriptionem longissimam dictis uerbis, Nulla præscriptione, esse sublatam, cum aliàs minor contra dñm non cucurrisset, uolentem intentare actionem personalem per prædicta: aliàs dicta constitutio nihil operaretur, quod esset absurdum, iuxta theoricam Baldi & Abb. præalleg. Et sic ex prędictis omnibus fundatur & concluditur, per illa uerba, Nulla præscriptiõe obstante, d. §. prętera. de cap. Corr. & per illa uerba, Nullius temporis prędscriptione impediente, excluſam fuisse, & ita Impp. excludere uoluisse omnẽ præscriptionẽ, etiã longissimam, multiplici fundamẽto. Primo, propter dictionẽ uniuersalẽ, Nulla. Secũdo, propter uerbũ, perpetuò ualitura. Tertio, propter dictionẽ hactenus. Quarto, propter retractationẽ alienatiõis etiã ad piascausas, per illa uerba, Pro anima iudicare. Quinto, propter rationẽ identitatis, quæ ita militat in præscriptione longissima excludenda, sicut in longa. Sexto, propter rationẽ personalẽ dño cõtra uasallũ cõpetentẽ. Septimo quia aliter dicendo, illæ constitutiones, maxime d. l. imperial. nihil operarẽtur. Octauo, propter illud uerbum, Nullius temporis. Vltimo, propter iura indistincte omnem præscriptionẽ excludentia, quæ secundũ ueriorem sententiam tam gl. quàm Doct. suprà allegat. circa prin. indistincte, & sic etiam de præscriptione longissima intelligi debet. Nec prædicta conclusio obstat superius adductis pro parte cõtraria, quibus in præscriptis fundamentis & rationib. sufficienter est responsum. Sed tamen clarius respondendo, nõ obstat primũ quod dicitur, omnẽ actionem excludi spatio triginta annorũ uel quadraginta, iuribus suprà allegatis: quia respondendo secundum Bal. in l. i. C. ne rei do. dico dictas ll. scilicet l. omnes. l. sicut & similes, de præscriptione xxx. uel xl. annorum nõ habere locum, ubi præscriptio specialiter est inhibita, & extenduntur solum ad illos casus qui non uidebantur includi sub generalitate d. l. sicut. & quibus per ius antiquum nõ erat præfixa meta. Sed in casibus in quibus est specialiter prouisum, quod nulla prędscriptio obstet, dicit illos casus sub generalitate l. omnes. nullo modo cõprehendi, sed tantũ centum annorũ præscriptio obstabit, ergo nõ militant in feudo,

in quo

in quo ſpecialiter prouiſum eſt ne præſcriptio obſtet. Secundo non obſtant prædictæ ll. ſcilicet l. omnes. & l. ſicut. quia non habent locum in lege poſt illas condita, ſecundum Bal. in l. omnes. & in l. cum notiſsimi. C. eod. tit. ſubiungens regulam, quod ubi per legem prouiſum ne currat prę̃ſcriptio, non ſufficit curſus quadraginta annorũ. Ad hoc fa. quod uoluit Alex. in §. præterea. l. imperialem. dum in ſimili dicit, l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. quę conſeruat minores illæſos ipſo iure aduerſus curſum temporis &c̃. ſolum tollere præſcriptionem per ueteres leges & ante illam inductam, nõ autem tollit præſcriptionem inductam poſt ipſam legem, per leges uel conſtitutiones nouas. alleg. Imol. in c. conſtitutus. de reſtit. in integ. Sed conſtitutio l. imperialem. & c. i. de cap. Corr. ſunt conditæ poſt prædictas leges, ergo &c̃. Tertio poſſumus dicere, illas leges militare poſſe in alijs caſibus, non autem in cauſa feudi: cum in iure clarum ſit, quod cauſę feudorũ non regulantur ſecundum cõmunes regulas iuris cõmunis, maxime quando habetur textus decîdens in libris feudorũ, ut per Bald. & Aluar. in c. i. in princ. de ſucceſſ. feud. & Andr. de Iſern. in c. i. §. is uero. de præd. ſucceſſ. & per Socin. conſil. cclij. incipit, Viſis inſtrumentis. uol. ij. uerſ. uidemus idem. circa medium. & per eundem conſil. clxvij. incipit, Non inutilis. uerſ. aliquando & tertio. ibi, igitur iura prohibentia. Et ſic ex prædictis iurib. & ſolutionib. remanet ſublatum primũ fundamentũ pro parte contraria deductum. Nec obſtat text. §. porrò. alleg. in ſecundo fundamento pro parte contraria, qui eſt modici præiudicij: quia loquitur in præſcriptione facultatis redimendi feudum alienatum in aliũ gerentem ſe pro uaſallo, cui præſcribitur cõtra dñm ſpatio triginta annorũ: & ſic non loquitur in prę̃ſcriptione recti dominij, de cuius prę̃ſcriptione dubitatur in caſu noſtro. Item non obſtat gl. d. §. præterea. in c. i. de cap. Corr. adducta pro parte cõtraria, in iij. oppoſitione ſeu fundamento, mota rationibus de quibus in d. §. quia reſpondendo dicitur illam gl. non eſſe ueram, & male loquutam, neq; motam bonis rationib. ad reſtringendũ dicta iura ad præſcriptionem ſolum decem uel uiginti annorũ, rationib. & fundamentis fortiſsimis à me ſuperius inductis ultra opiniones Doct. & gl. quibus demonſtraui illa iura non fore reſtringenda, ſed imò extendenda, ut ſuprà. Et non obſtat ratio ipſius gl. dum per l. ſicut. dicit, ſpatio triginta annorũ omnẽ actionem excluſam, cum talis præſcriptio contra deſides & ſui iuris contemptores introducta eſſe uideatur, iuribus in ea allegatis: quia illa l. ſicut. & aliæ rationes non militant in iſto caſu, per ea quæ deducta ſunt ſuprà in prima & ſecũda & tertia ſolutionibus. Præterea illæ rationes gl. dum loquuntur de præſcriptione, contra deſides & negligentes poſſunt habere locum: contra ſcientes rem ad ſe ſpectare, uel eſſe ſuam, & non ignorantes rem ſuam poſsideri à præſcribente. Secus autem eſt, ſi quis ignora-

38 39

ret ius sibi competere, seu rem esse suam, & alium possidere: quia cõtrà
40 illum non militabit dispositio d.l. sicut. quia talis nõ potest dici segnis,
ut notanter uoluit Pet. de Perus. tract. Canon. epis. c. ij. ad fin. dicens,
quod allegantes l. fin. C. de præscript. triginta annorũ. non intelligunt
41 eam &c. nam ille qui inquirit, non dicitur negligere, ut dicit gl. c. quam
sit. de elect. lib. vi. in uerb. distulerit. Ideo contra ignorantem non mili-
tant iura punientia negligentem. Sed in casu nostro adest probabilis
ignorantia ex parte illustrissimorũ principum Austriæ, ut infrà latius
demonstrabo: ideo non militabit dispositio contra negligentes intro-
ducta. Nec obstat secunda ratio, super qua se fundat d. gl. & eius se- 10
quaces, ad restringendum d. text. ad præscriptionem longam tantum,
dicentes, non esse credendum, Imperatorem totam obseruationem de
præscriptione longissima, uno uerbo uoluisse euertere: quia respõden
do dico apertissime cõtrariũ apparere, scilicet, principem hoc uoluisse,
nempe omnem præscriptionẽ etiam longissimã excludere: quod mul-
tipliciter sic demõstratur. Nam cum agitur de declaratione uoluntatis
seu mentis disponentis, satis est de illius mente apparere per indicia uel
coniecturas, per tex. cum ibi not. per Doct. in l. hæredes palàm. §. sed si
notam. ff. de testa. & in l. cum proponeretur. ff. de leg. ij. & per Philip.
Cor. consil. ccxxxix. incipit, Videtur. in litera D. Quod ergo fuerit illa 20
mens principis, apparet primo per illam dictionẽ uniuersalem, Nulla,
quæ de sui natura totũ excludit, ut suprà dictum est. Et si Imp. uoluisset
excludere præscriptionẽ longam, ubi dicit Nulla, dixisset Longa. arg.
text. c. ad audientiam. de deci. ibi, dum text. dicit: Si intelligeremus tan
tum de noualibus, ubi ponimus de laboribus, de nouàlib. poneremus.
Et per Doct. Anto. & alios in c. sanè. de foro compet. Ideo dicit gl. ibi,
42 quod à forma uerborũ sine certa sententia non est recedendum. l. non
aliter. ff. de leg. iij. Secundo apparet ex ratione qua moti fuerunt
Imperatores ad prohibendã & tollendam præscriptionem in feudis,
quæ militat ita in præscriptione longissima, sicut in longa, ideo milita- 30
bit eadem iuris dispositio. c. inter corporalia. de translat. prel. c. transla
ti. cum concor. de constit. & gl. Ad hoc facit quod in simili ponit Alex.
consil. lxxv. incip. Videtur in præsenti. col. v. in fin. v. uol. ubi propter
identitatem rationis illo casu extendit concessionẽ principis disponen
tis de frumento Casparini, ad frumenta Iudæi, licet in ipsa concessione
de frumento Iudæi non fuisset facta mentio: & sic propter identitatem
rationis elicit mentem principis. Ergo attenta paritate rationis & cau-
sæ d. l. imperialem. dicendum est, mentẽ principis fuisse excludere etiã
præscriptionem longissimã. Tertio, quod fuerit mens principis de-
monstratur ex eo: quia si non excluisset prescriptionem longissimam, 40
fuisset frustratoria & ludibrio ipsa lex facta. quod expresse uoluit Bal.
in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. post Cyn. & Dyn. ibi. & gl. in
Authen.

Authen. diaconiſſam. C. de epiſc. & cler. ſequitur Philip. conſil. cclxv. uol. iiij. dum dicit, quod ex mente ſtatuentis inducit legum correctio, ne noua diſpoſitio fiat ludibrio. Et ſic per hanc rationem remanet ſublatum fundamentũ Bal. in d. §. prẽterea. dum ſequendo gl. ibi, dixit, legem tollentem prẽſcriptionem fore reſtringendam &c. ne induceretur legum totalis correctio: quia per prædicta illud non obſtat, quando lex noua nihil aliàs operaretur. Quarto elicitur mens Imperatoris per illud uerbum, Hactenus: item ex illis uerbis, Perpetuò ualitura: item ex irritatione alienationis factæ pro anima: ex quibus apparet, mentẽ principis uoluiſſe excludere præſcriptionem longiſsimam, per ea quæ dededucta ſunt ſuprà in uerſ. iiij. viij. & ix. Quinto non obſtat d. gl. d. §. præterea. quia illa gl. uariat in intellectibus, & nõ firmat pedes, ſed loquitur per uerbum, puto. Et ſic ex prædictis omnibus remanent ſublata motiua inducta pro parte contraria: & mentem Imperatoris fuiſſe in d. §. præterea. & l. imperialem. excludere præſcriptionẽ longiſsimã. & ſic etiam per cõſequens remanet reprobata opinio illius gl. & ſequacium, maxime cum pro concluſione noſtra habemus non ſolum text. expreſſos, non impropriando uerba eorum, ſed etiam gl. in d. §. i. de in ueſt. de re alie. fa. quam & plures notabiliſsimi Doct. ſequuntur. Ideo non curandum eſt de opinionibus Doct. pro parte contraria d. gl. ſequentium: quia eorum rationes quibus ipſi, maxime Franc. Curt. conſil. lxxxij. mouentur ad dicendum, gl. d. §. fore adhærendum, ſicut ille qui neſcit equitare, debet adhærere arzone ſellæ. alleg. Salic. & Bal. in l. ij. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. procederent, quando gl. firmaret pedes, ſecundũ Iacob. But. in l. i. C. qui pro ſua iuriſd. Item quando illa gl. & eius ſequaces meliorib. inniterẽtur rationibus: ſecus aũt ubi opinio ipſius gl. eſſet falſa, uel poſſet cõuinci probabilib. rationibus: quia tunc nõ ſolum gl. nõ eſt ſequenda, ſed imò ab ea & à cõmuni opinione 43
eſt recedendum, ſecundum Abb. poſt Ioan. Andr. c. i. de conſtit. col. iiij. alleg. text. dicit, quod ex multitudine autorũ iudicandũ: quia unius autoritas in aliqua parte eſt utilior, & ſæpe reconditũ reuelat per uulg. quod abſconditur à ſapientibus. Et ad hoc fa. not. per Abb. c. capellanus. de feriis. col. ij. dum per illum text. dicit, quod inter plures opiniones illa ſequenda eſt, quæ nititur meliori & ſubtiliori ratione. Ideo dicit bene eſſe notandum, quod non debet haberi reſpectus ad qualitatem perſonæ, illam opinionem fouentis, ſed ad rationem. & dicit illud eſſe notandum contra illos, qui in diſceptatione opinionum dicunt ſequendam eſſe ſemper opinionem gl. Sic etiam dicit non conſiderandam eſſe multitudinem ſequentium unam opinionem: quia ut ſuprà dictum eſt ſecundum Ioan. And. in c. i. de cõſtit. à cõmuni opinione recedendum eſt quando rationabiliter conuinci poteſt. Ideo illa gl. d. §. præterea. non eſt aduertenda nec in ſcribendo nec conſulendo aut iu-

dicando, licet plures eam ſequant. Primo, quia dubitanter loquitur per uerbū, puto. Secūdo, quia conuincit probabiliorib. rationib. Tertio, quia opinio cōtraria, ſcilicet, quod cōtra dñm feudi nulla currat prę ſcriptio, nō ſolū meliorib. eſt fundata rationibus, ſed & potiori autoritate fulcita tam tex. cꝫ gl. & Doct. eandem tenentiū, etiā numero pluriū, uidelicet Pyl. Iacobus Artizone, And. de Iſer. & Dn. Mart. Alexādrinus in d. §. quid ergo. Hoſt. in Summa, Socinus, Burgeſius, Petrus Laurentius, & quidā alius famoſiſsimus, ut habetur in ſubſcriptione ad d. conſil. Socin. facta, de quibus ſuprà in prin. deductum eſt, & Lud. Roma. conſil. cclxxi. circa fin. Prædicta, præterea noſtrā concluſionē ultra fundata & rationes prę alleg. cōfirmando, corroboro iſta ratione. Nam in iure habemus, quod cōtra Imperatorē, ſeu cōtra habentē ſeu gerentē
44 liberè iura Imperatoris, & facientem in dñio ſuo omnia ſicut Imperator in ſuo Imperio, non currit præſcriptio minor centum annis, ut in l. fin. de ſacroſanct. eccleſ. Authent. quas actiones. eod. tit. cum ibi not. per Doct. & Alex. conſil. lxxxiiij. uol. i. col. ij. uerſ. ſecundo dicimus. & per Soc. conſil. lxxxvi. col. pen. in fin. qui loquitur de ciuitate Senarū, aſſerit contra eam non præſcribi minori ſpatio centum annorum, quia habet regalia & fiſcum non recognoſcens ſuperiorem. Modo retenta prædicta cōcluſione, dico, cōtra illuſtriſs. principes ac dños Archiduces Auſtrię prę ſcriptionē minorū centū annis currere nō poſſe, attento quod in terris ſuis exercere poſſunt omnimodam iuriſditionē & poteſtatē, ſicut Imperator in Imperio, & alij principes Imperatorē non recognoſcentes: & ſic in eorū ſubditos exercuerūt & exercēt iura Imperatoris cum plenitudine poteſtatis. Itaq; quod quantū ad ſubditos ſupremi principes appellant & appellari poſſunt, ideo tanc̄ principes Auſtriæ
45 quo ad ſubditorū cauſas poſſunt renouare cognitionē cauſę appellationis per negligentiā appellātis deſertę: quę poteſtas niſi principi cōpetit, ſecundum Bal. cōſil. incip. Quod uos uelitis. Ideo idem Bal. conſil. ccc xxxij. incipiente, Quemadmodum Imperator. cōcludit, quod conceſſio facta à duce Mediolani, habeat eadē priuilegia quæ habet conceſſio facta ab Imperatore. Idem illuſtriſsimi principes pro tempore laudatiſsimæ domus Auſtriæ, maximè ſereniſsimus & inuictiſsimus Romanorū rex, utendo plenitudine poteſtatis quam habent circa ſubdi-
46 tos, cōmittunt & cōmittere poſſunt cauſas de ſui natura plenarias, ut ſummariè expediantur, quod etiā ſoli principi cōpetit, ut per gl. c. fi. de hęret. cum ibi not. per eam & Doct. Item ab eorū ſententijs nō appellatur, neq; appellari poteſt ad Imperatorē, ſeu eiuſdem iudicij Cameram, ipſis principibus inuitis & non conſentientibus: quod etiam niſi principi competit, per tex. l. i. & ij. ff. à quib. appell. nō li. ibi dum tex. dicit,
47 à principe appellare fas nō eſt, dum ipſe ſit qui prouocat. Item prędicti principes cōmittūt & cōmittere poſſunt, appellatione remota, cauſas:

quod

quod idipſum niſi principi conuenit, ut per tex. d. l. in fin. ibi, dum tex. dicit, Interdū Imperator ita ſolet iudicem dare, ut non liceat ab eo prouocare: ſed alteri non licet. Ad prædicta faciunt quæ uoluit Paul. de Caſt. conſil. ccxxvij. incipit, Super primo dubio. col. iij. in princ. dum dicit, quod reges, duces, Comites, & ſimiles habentes dominiū temporale & perpetuum in terris ſuis, habentur loco principis, ideo ſtatuunt, 48
contra ius diſpenſant cōmune, reſtituūt famæ, legitimāt baſthardos & ſpurios, licet hæc Imperatori cōueniant, ut in Authent. quib. mod. nat. effic. leg. §. ſi quis ergo nō habens. Sed ſic eſt, talia principibus Auſtriæ cōpetunt, ergo &c. Præterea Archiducatus Auſtriæ tranſmittitur de hærede in hæredem, ideo tales principes cenſentur habere tantam poteſtatem in ſuo Ducatu cōtentam, quantam Imperator in ſuo habet imperio, quod imperiū ad hæredes non tranſmittitur. ita And. de Iſer. c. i. col. iij. in tit. de uaſall. decrep. ætat. refert & ſequitur Fran. Cur. conſil. lxv. col. iij. uerſ. ſed præmiſsis. Ita ad prędicta facit una cōmunis ſententia omniū Doct. quod principes & reſpub. ſuperiorē nō recognoſcētes, 49
de iure uel de facto tenent locum ſupremi principis in ſuo principatu, & omnia poſſunt quæ poteſt Imperator in toto orbe. Bar. & Imol. in l. infamem. ff. de pub. iud. Bar. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. & in l. ambitioſa. ff. de decre. ab. or. fa. & in l. iij. in prin. ff. de minor. idem Bart. & Bald. in l. i. §. de qua. ff. de poſtulando. Salic. in l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. dat. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de inſtr. ædit. §. porrò. Ant. & Imol. & Panor. in c. cum te. de re iud. Alexan. conſil. xv. col. ij. uol. v. idem Alex. in l. centurio. col. x. ff. de uulg. & pup. Ideo dixit Oldra. conſil. lij. quod à ſententia regis non appellatur, quia error 50
ſuus non emendat, quod ſuperiorem non habet: quia omnis rex in ſuo 51
regno eſt monarcha, & unum continens. Bal. in c. cum ueniſſent. col. ij. de eo qui mit. in poſſ. Ideo dixit Bald. in l. exemplo. in fin. C. de probat. & in l. precibus. col. xi. uerſ. tertio oppono. C. de impub. & aliįs ſubſtit. & in l. ſancimus. C. de donat. quod quilibet rex & princeps in 52
ſuis territoriįs dicuntur Imperatores: ideo infertur, quod donatio ab eis facta filio in poteſtate, ualebit ac ſi facta eſſet ab Imperatore. ita Old. 53
conſil. ccxxxi. incipiente, Vt eius de quo quęritur. Et ſic etiam infertur, quod tex. in l. penult. C. de donat. inter uir. & uxor. loquens præciſe de Imperatore, habet locum etiam in iſtis principibus inferioribus, ut ſuprà, ita quod in eorum donationibus non requiritur inſinuatio. Illam doctrinam Oldr. ſequitur Bald. in c. i. §. item ſacrata. in tit. de pace. iur. fir. Lud. Rom. in Auth. ex teſtamento. C. de collat. Ioan. And. ad Spec. tit. de inſtr. edit. §. porrò. in ult. addit. in repet. c. cum contingat. in charta penul. de iureiur. Alex. in l. quanquam. C. de teſta. mili. Si ergo principes inferiores habentes in eorum dominįs plenitudinem poteſtatis, ut ſuprà, ſicut ſunt illuſtriſs. principes Auſtriæ, ita quod eorū actus re-

gulantur,& eandem uim obtinent, quantum ad eorum ſubditos, ſicut actus Imperatoris,& hoc nõ ſolum priuilegio quàm conſuetudine etiã antiquiſsima: ſequitur quod etiam ipſi principes, quantũ ad iura dñiorum ipſorũ,gaudeant & gaudere debeãt priuilegio Imperatoris, quantum ad eorũ ſubditos, ſicut gaudent alij principes & reſpublicæ plenitudine poteſtatis in eorum dominijs de facto utentes,ut ſuprà deductũ eſt. Et hoc probatur etiam iſta ratione. Nam donationes factæ à præfatis principibus Auſtriæ, excedentes etiam ſummã octingentorũ florenorum,ſine inſinuatione ualent,tanquam factæ à principe,ut ſuprà alleg. Ergo pariter dicere debemus,eoſdem principes etiam principes reputari,dum contra eos præſcribit,ut ſcilicet nõ minori tempore quàm
54 à centum annis, ſicut cõtra principem, contra eos præſcribat. arg. reg. qui ſentit. de reg. iur. libr. vi. quia qui onus ſentit, debet & cõmodum. Quia ſi in donando, & ſic in diminutione ſuorum iudicantur ut principes, ergo & in damnum uitando iudicabuntur ut principes. Et ſic ex prædictis remanet concluſio, quod contra illuſtriſsimos principes laudatiſsimæ domus Auſtriæ non præſcribitur minori ſpatio, quàm ſpacio centum annorũ, quæ ſola currit cõtra principem, attento quod ipſi in eorũ terris omnimodam poteſtatis plenitudinem, quantum ad ſubditos ſuos, habent & exercent, ſicut Imperator in Imperio. Et ex prædicta concluſione infertur ad aliam, ſcilicet, quod dato quod eſſemus in caſu in quo currere poſſet præſcriptio, quantum ad caſtrum dominij Niderſe, quod tamen in caſu iſto non præiudicaretur præfato ſereniſsimo Romanorũ regi, maxime cum nõ ſit decurſa præſcriptio centenaria. Nec obſtat ſi diceretur, hic præſcribitur contra ſereniſsimũ Ro. regem diuum N. tanq; illuſtriſs. principem Auſtriæ, recognoſcentem Imperatorem, & non tanquam regem Romanorũ: ſed iura præalleg. ſuperius loquuntur de præſcriptione cõtra Imperatorem, uel nõ recognoſcentem Imperatorem. Quia ad hoc multipliciter reſpõdetur: quod licet illuſtriſs. principes Auſtriæ pro tempore obedientiam præſtent Imperatori, nõ tamen per hoc ſequitur uel tollitur quo minus ipſi principes Auſtriæ tam priuilegijs quàm præſcriptione tanti temporis, cuius initij nõ eſt memoria hominũ, in contrariũ poſsint ſtatuere contra ius cõmune, diſpenſare, reſtituere famæ, & omnia in terris ſuis agere quæ poteſt Imperator in Imperio ſuo: neq; per talem obedientiã appellatur ab eorum ſententijs, neq; appellari poteſt ad Imperatorem uel eius Cameram, contra eorum uoluntatem: neq; per illam obedientiam ipſe Imperator prohibet, neq; inhibet, quo minus ipſi in terris ſuis utantur libera poteſtate, ſicut nec impediuntur alij principes de facto non recognoſcentes Imperatorem. Si ergo ipſi principes Auſtriæ etiam obedientiã præſtando Imperatori, tantam habent poteſtatem in terris ſuis quantam habent alij de facto non recognoſcentes, quare non debent

gaudere

gaudere ijſdem priuilegijs, maximè in præſcriptionibus, ſicut & ipſi reges & principes de facto non obedientes? Certe abſurdum eſſet contrarium dicere, & aliàs ſequeretur unum inconueniens in iure damnatū, ſcilicet, quod inobedientia plus conferat & tribuat inobedientibus, q̄ obedientia obedientibus, per iura uulg. Secundo non obſtat illa obedientiæ præſtatio, quia etiam recognoſcentes ſuperiorē, habent & habere poſſunt iura principis in terris ſuis, ſicut eſt uidere in principib. & regibus tenentibus feuda ab ipſa eccleſia Romana, ita quod eorum actus, ut ſunt donationes quantūcunq; non inſinuatæ, regulantur ac ſi 55
10 eſſent factæ ab Imperatore. ita cōſuluit Pontanus conſil. lx. incipiente, Ad diſcutiendā uoluntatē. loquēs de donatione facta à Pandolpho de Maleteſtis uaſallo Papæ. ad quod fa. quod Bald. uoluit in procœmio fforū. col. iij. ſubdens, quod etiam rex habet in ſuo regno plenitudinem poteſtatis, etiam ſi regnum habeat ab alio rege in feudum: & ſic loquitur etiam in recognoſcente in ſuperiorem aliū. Idem ſentit Ioan. And. in addit. Specul. tit. de inſtr. edit. §. porrò. in add. mag. dum dicit, quod cum hodie reges in regnis ſuis de facto uicem Imperatoris obtineant, eorū actus regulantur ut actus Imperatoris, & eo amplius in his qui nō recognoſcunt ſuperiorē, ſicut ex his ultimis uerbis expreſſe liquet: Idem
20 dicendum de recognoſcentibus, ſicut de non recognoſcentibus. Et ſic ea quæ dicuntur de regibus, militant etiam de alijs principibus & ducibus quibus conceduntur regalia per Imperatorem, ſeu regalibus utentibus, ſpatio tanti temporis, cuius initiū non extat memoria in contrarium, quo tempore acquiruntur regalia. c. ſuper quibuſdam. de uerb. ſignif. Ad prædicta etiam faciunt quæ uoluit Ang. conſil. ccxvij. incip. In cauſa accuſationis. col. ij. dicens, quod Comes in terris ſuis princeps eſt, quia quicquid uult, lex eſt. l. i. ff. de conſtit. prin. Et ſic ex prædictis remanet concluſio, quod obedientia quæ per præfatos illuſtriſs. principes Auſtriæ Imperatori præſtatur, non impedit neq; nocet ipſis
30 principibus, quo minus ſaltem quantū ad præſcriptionem gauderent priuilegio principis ſeu Imperatoris, ſicut & alij principes Imperatorē nō recognoſcentes. Prēterea dato, ſed nō conceſſo, quod dici poſſet, principes Auſtriæ non gaudere priuilegio principis, quod tamen per prædicta negatur: tamen iſto caſu contra eos non curreret præſcriptio neq; currere poteſt, etiam quadragenaria, iſta ratione. Nam alienatio feudi prohibita eſt, propter utilitatem Imperij conſeruandam, ut in d. 56
l. imperialem. & illa conſiſtit in multitudine & auxilio prēſtando à principib. & alijs, ipſi ſereniſs. Romanorū regi, in ingreſſu ad curiam pro coronatione, & in expeditione cōtra hoſtes, quæ eo maior & minor eſt,
40 quanto maior uel minor eſt numerus concomitantiū Rom. regem, iuxta gl. uerbi, utilitas. in c. i. de prohib. feud. alie. per Loth. Ideo cum uaſalli dominorum teneantur concomitare dños ſuos, uel eiſdem hoſten-

ditias uel medietatem fructuum unius anni dño dare, ut in d. l. imperia
lem. & in d. gl. Et eorum domini cõcomitantur regem, ideo ipſi uaſalli
auxiliantes dominis, dicuntur auxilium præſtare ipſi Romanorũ regi,
licet non immediatè, ſaltem mediatè. Ideo ſi præſcriberetur contra do-
minos ſpatio triginta annorum, tunc etiam prę̃ſcriberent & ipſi eodem
tempore cõtra Romanorũ regem ſaltem mediatè, ut ſuprà: quia iuxta
gl. præallegatam illi præſcribentes non ibunt, neq; ſolita ſeruitia præ-
ſtabunt, quia non reputant ſe uaſallos. Primi etiam non ibunt, neq; ſer-
uient, quia feudo carent: & ſic attenuabuntur uires Imperij, ut in d. gl.
uerbi, utilitas. Sed nomen Imperij, uel iura Imperij, minori ſpatio non
præſcribuntur quàm centum annorũ, iuribus aliàs ſuperius allegatis.
Ergo iſto caſu contra principes Auſtriæ non præſcribitur feudum mi-
nori ſpatio, cum ipſi Romanorũ regi auxilium prę̃ſtare ſolent pro coro
natione: quia ſic per indirectũ præſcriberet contra Romanorũ regem,
per rationem d. gl. Et in ſimili conſuluit Soci. & quidã alij eum ſequen-
tes, conſil. lxxxvi. uol. i. dum dicũt, quod cõmunitas montis Latronis
non potuit præſcribere præſcriptione longiſsima, paſcua exiſtentia in
diſtrictu montis Nigri: quia per hoc dicerentur præſcribere contra cõ-
munitatem Senarum, cum exiſtentia in diſtrictu montis Nigri, tenean
tur ad deganam cõmunitati Senarum, contra quam non præſcribitur
minori ſpatio centũ annorũ, cum iura principis habeat. Ergo cum iſto
caſu non poſsit allegari præſcriptio contra principes Auſtrię, quin etiã
allegetur contra utilitatem Imperij, ut ſuprà deductum eſt, dicendum
eſt, præſcriptione centum annorũ opus fore, ut per Soc. & alios præal-
leg. conſil. lxxxvi. Præterea ultra omnia ſuprà adducta, quibus ſuffi-
cienter demonſtratum eſt, iſto caſu contra ſereniſs. Romanorũ regem,
præſcriptionem maxime longiſsimam currere non potuiſſe, nihilomi-
nus hoc idem ex ſubſequenti inconuincibili fundamento tanquam ſu-
per lapide angulari poſito, ſole clarius demonſtrabo, etiam ſi eſſemus
in materia præſcriptibili. Nam clarum eſt, dñm caſtri Niderſe, ſem-
per per hæredes uniuerſales illorum de Niderſe habitũ, tentum & poſ-
57 ſeſſum. Et in iure clarum eſt & indubitatum, quod uaſallus qui feudum
recognouit, nõ poteſt aliquam inchoare præſcriptionem, obſtante ma
la fide ſeu ſcientia rei alienæ, ut in reg. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vi. ita uo
luit Alex. conſil. lxxxiij. uol. i. Succeſſor uero eius uniuerſalis, maxime
filius, pariter præſcribere non poteſt, neq; præſcriptionem à ſe inchoa-
58 re, propter illam firmiſsimã regulam, qua dicitur, quod mala fides de-
functi concomitatur hæredem uniuerſalem, ita, ut ubi nõ potuit defun
ctus præſcribere, ſic nec ſucceſſor uniuerſalis. per l. cum hæres. ff. de di
uerſ. & temp. præſcript. gl. c. in primis. ij. q. i. in uerb. qui leuioris. alle-
gando l. uitia. C. de acquir. poſſ. & l. an uitium. C. de diuerſ. & temp.
prę̃ſcript. ita decîdit Abb. in c. nihil. de prę̃ſcript. col. iij. & c. ad audien
tiam.

tiam. in terminis noſtris. de præſcrip. col. iij. Alex. conſil. lxxxiij. Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de prę̃ſcript. §. fi. in addit. mag. Ant. de But. Ioan. de Imol. & Abb. in c. ſi diligenti. de præſcript. Imol. in c. fin. in repet. eod. tit. Rom. in l. Põponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſ. Paul. de Caſtr. in l. ſequitur. §. hæres. ff. de uſucap. Et in l. iij. tenentur ad id quod defunctus tenebatur, ut notatur in c. parrochia. de ſepult. & c. in literis. de rapto. ad hoc fa. gl. uerbi, omnes. in §. omnes. ſi de feud. contro. ſit inter dom. & ag. quæ dicit, quod obligatio non minuatur ex perſona ſucceſſoris. Et prædictam concluſionem uoluerunt, ſcilicet, quod mala fides concomitet̃ hę̃redem, Butrius in c. Curia. col. iiij. de iur. pat. Bal. in l. Põponius. §. cũ quis. ff. de acquir. poſſ. & in Auth. ad hæc. col. vij. uerſ. ſed quid dicemus de hærede. C. de uſur. Lud. conſil. cxlix. & cci. col. ij. Abb. conſil. xix. incipit, Quidam hactenus. uolum. ij. & conſil. iij. incipit, Nitar in præſenti. col. xxiij. uerſ. decimaquarta quæſtio. Alex. in l. Põponius. §. i. ff. de acquir. poſſ. col. xij. Non obſtat quod uoluit Dynus in regul. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vi. & alij Doct. eum ſequentes, & gl. c. cum quis. eod. tit. & lib. dum uolunt, quod ſucceſſor poſsit inchoare præſcriptionem ab ipſo, licet non ualeat: ſeu poſsit inchoatam à defuncto continuare, ea ratione, quia qui in ius alterius ſuc- 59
cedit, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſet̃ habere, ut reg. cum quis in ius. de reg. iur. lib. vi. & in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. quia ſic cenſetur habere bonam fidem &c̃. Quia breuiter reſpondendo, dico eorũ opinionem cõmuniter reprobatam, quantũ ad ſucceſſorem uniuerſalem cauſantem ius à defuncto. Secus aũt eſſet in ſucceſſore ſingulari ſeu uniuerſali, nõ cauſante ius à defuncto, ſed ab alio ſuperiore, ut ſunt ſucceſſores in beneficijs & ſimilibus, quo caſu poſſet procedere opinio Dyni & ſequaciũ. Concluſio aũt noſtra in hę̃rede procedet cauſante ius ſuũ à defuncto, ut in caſu noſtro, ſicut ſunt filius & deſcendẽtes. ita limitat Imol. in repet. d. c. fi. de prę̃ſcript. col. iij. & Ant. de But. d. c. ſi diligenti. & ex
preſſe Panor. in d. c. nihil. de prę̃ſcrip. Alex. expreſſe in d. cõſil. lxxxiij. col. ij. uerſ. nec obſtat. idem Alex. conſil. ccxxxi. uol. ij. cõtinuando numerũ uoluminis, aliàs cõſil. xcix. in ordine d. uol. ij. col. iij. uerſ. & dico. idem Alex. cõſil. lxiij. col. iij. in meis. uerſ. hoc præſuppoſito. idẽ Alex. in vi. uol. cõſil. iij. ad fi. dum dicit, quod ſecundũ magis ueras cõcluſiones mala fides defuncti nocet hæredi uniuerſali. Et Ang. in l. ſi ego. §. ſi partus. ff. de publi. dicit opinionẽ Dyni procedere in terris eccleſiæ, nõ aũt in terris Imperij. ſequit̃ Fel. in d. c. ſi diligẽti. col. v. uerſ. pauci tamẽ ſunt. Deinde dicit, quod pauci ſunt qui recedunt ab opinione prima contra Dynũ, quia illa cõmunior eſt q̃ꝫ opinio Dyni. Et ſic ſecundũ
uerã ſeu cõmuniorẽ ſententiã gl. & Doct. cõcludo, quod mala fides defuncti nocet ſucceſſori maxime immediatè, ita q̃d nõ poteſt præſcribere ubi defunctus nõ potuit. Et per cõſequens infert̃, quod cum clarũ ſit

quod caſtrum Niderſe poſt obitum ipſius N. qui feudum recognouerat, ſeu de eo inueſtitus fuerat, tranſiuerit ad hæredes uniuerſales, quod ipſe hæres uniuerſalis non potuit p præſcribere dominiū dicti caſtri contra illuſtriſsimos principes domus Auſtriæ, per prædicta. Et ſic in omnem euentum adhuc ius ſereniſsimi Romanorū regis, quantum ad dominiū dicti caſtri, uidetur ſaluum, neq; uiolatum aliqua præſcriptione.

Ad tertium quæſitum, quod arduum eſt, & in iure difficile, propter opinionū uarietatem gl. & Doct. Omiſſa igitur opinionū recitatione gl. & Doct. partem cōtrariam tenentiū, amplectemur & imitabimur opinionem uerioré & cōmuniorem atq; æquiorem, à qua & in iudicando & conſulendo non eſt recedendum, per infrà dicenda. Concluſiuè igitur loquendo, dico reſtitutionem in integrū ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa uidebitur, in iſto fore concedendam ſereniſs. Romanorū regi aduerſus præſcriptionē etiam longiſsimā, præſuppoſita, ſed non conceſſa, præſcriptione in caſu præſenti, iuxta not. per Bar. in l. i. §. ſi quis autem. de itin. actuq; pri. Abb. in d. c. uigilanti. & in c. i. de præſcript. & gl. in Authen. de eccleſ. tit. per Innoc. Papam doctorē ſubtiliſsimū in c. i. de in integ. reſtit. & Card. ibi. Hoſtieñ. in Summa. eod. tit. §. iij. gl. in l. Pantonius. in uerb. obijſſet. ff. de acquir. hæred. Abb. cōſil. xxxiij. uol. i. incipit, Quidam iam defunctus. Plures, & ingenio excellentiores, hanc partem tenuere. Felin. in c. uigilanti. de præſcript. dicit opinionem Bart. in d. §. ſi quis autem. eſſe cōmunem. pro qua fa. gl. l. ſi partem. §. i. in uerb. non utendo. ff. quemad. ſer. amitt. & gl. pen. in fi. l. ſi ſic. ff. eo. tit. ſequit Ang. in l. annus. ff. de calum. & in l. fi. C. qui teſta. fac. poſſ. & in l. fi. C. de prę ſcript. long. temp. Imol. & Paul. de Caſt. in d. l. Pantonius. Lud. Ro. in l. qui uniuerſas. §. fi. ff. de acquir. poſſ. & in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. mat. in fallen. i. ſecundum Soci. & Abb. in c. ſi de terra. de priuil. in fi. Spec. in tit. de præſcript. §. i. uerſ. pone colonus. Bald. nouellus in tract. decimarū. fol. clxij. col. iij. Abb. in c. cum non liceat. de præſcript. uerſ. quintus & ultimus caſus. Ang. in d. l. i. §. fin. quis autem. Practicus Papienſis in forma libelli de reſtit. in integ. in uerb. uendidit & tradidit. Paul. in d. l. ſi ſic. Bart. in l. Ariſto. §. fin. ff. de dona. Rayner. in l. fi. C. de prę ſcript. & in l. fi. ff. ſi quis. teſta. lib. eſſe iuſſ. fue. & abunde per Alex. cōſil. cxvi. uol. v. fa. gl. in l. cum filius. §. in
61 hac. ff. de uerb. obli. dicens, quod licet hæres agens aliquid ignoranter cōtra promiſsionē defuncti, incidat in pœnā conuentionalē, tamē reſtituit ex clauſula generali. fa. d. l. Pantonius. ff. de acquir. hęred. ubi licet tempus petendi bonorū poſſeſsionē currat hæredi probabiliter ignoranti, tamen in iure cōmuni reſtituit, ut in text. ibi, iūcta gl. fa. l. ij. C. de iur. emphyt. dicens, quod licet hæres emphyteutæ nō ſoluens canonē, incidat in cōmiſſum, tamē reſtituit ex capite iuſtæ ignorātiæ. Io. And. & Specul. tit. de locat. §. alia. uerſ. xvij. Et hanc opinionē, ſcilicet, quod

detur

detur restitutio &c̃. secutus fuit Fulgosius in not. in l. iuris ignorantia. ff. de iur. & fact. ignor. & in l. senatus. ff. de off. præs. Paul. de Cast. in l. Attilicinus. ff. de seruit. rust. præd. per illum text. ubi impedito currit tempus, scilicet restitutionis. ita consuluerunt Butr. consil. lxxij. incip. Visis allegationibus. Lud. Rom. consil. ccxxiiij. & clxvi. col. pen. Paul. consil. clxij. incipit, Circa id quod quæritur. in fin. Soci. consil. lxxxvi. uers. sexto & ultimo. Alex. consil. lxxi. uol. i. incipit, Quidam qui iure feudi. & consil. ccxxxi. incipit, Viso puncto & instrumentis. col. iij. in fi. item Alex. consil. cccxij. incipit, Viso themate suprascripto. col. iiij. & v. & ibi dicit hanc esse communem opinionem, & respondet ad motiua tenentiũ partem contrariam. idem Alex. consil. lxxxiiij. incipit, In causa uertente inter Cameram. col. ij. & penult. uol. i. & consil. cxlvi. incipit, Videret̃ inspectis his quæ in themate. col. xi. in princ. item Alex. consil. iij. in fi. uol. v. dicens hanc esse magis cõmunem opinionẽ, à qua in iudicando non sit recedendũ. Et sic per prædicta apparet expresisi mè, conclusionem nostram fore ueram, licet dato quod isto casu incurrisset præscriptio, tamen propter iustam & probabilem ignorantiã concedenda est restitutio in integrum, cum ista sit uera & cõmunior Doct. & gl. sententia, ut suprà secundum Alex. præalleg. cõsil. iij. dicentem illam magis cõmunẽ. & consil. cccxij. similiter dicit esse cõmunem. Idem dicit Feli. in d. c. uigilanti. Alex. d. consil. cxvi. dicens istam esse cõmunem conclusionem, à qua in iudicando non sit recedendum, quicquid dixerit Bal. in l. i. oppos. xxiiij. C. qui admitt. ad poss. bo. cuius opinionem dicit non esse cõmuniter receptam. Ideo non est curandum de ulteriori responsione danda motiuis tenentiũ partem contrariam, cum eorum opinio non sit cõmuniter recepta, ut suprà, & nihilominus fundamentis ipsorũ satis responsum est per Doct. maxime per Alex. cõsil. de quibus suprà. Ideo dicit Fel. in d. c. uigilanti. opinionem Bar. de qua in d. §. si quis autem. tanquam cõmunem fore tenendam & practicandam. Et prædicta conclusio procedit etiam aduersus præscriptionem longissimam. ita expresse deciditur per Feli. in d. c. uigilanti. & Imol. in d. c. fi. de præscript. qui loquũtur etiam de præscriptione quadraginta annorũ, ut contra illam detur restitutio in integrum, ut suprà. & ita tenuit Alex. in d. consil. xxxij. dicens istam esse cõmunem opinionem. & residet ita & sequitur Felinus ubi suprà. Idem tenet Alex. in d. consil. cxvi. dicens istam esse magis cõmunem opinionem, à qua in iudicando non sit recedendum. Licet Bal. contrarium uoluerit in d. l. i. in oppos. xxiiij. Ideo non est curandum quod Alex. contrarium tenuerit consil. ccciij. quem etiam sequitur Franc. Curt. cum eorum opinio non sit cõmunis, ut ipsemet Alex. fatetur ubi suprà, & nihilominus fundamentis quibus ipsi mouentur ad tenendum, quod non detur restitutio in integrum aduersus præscriptionem quadraginta annorũ, satis responsum

est per Doct. in locis & consilijs de quibus suprà. Et maxime nõ obstat ille tex. in l. fi. C. de fundis patr. lib. x. ibi, dũ tex. sentit, quod tutus præscriptione sit sine molestia aliqua &c̃. Sed in iudicio etiam dicitur quis molestari iuris allegationib. per Alex. in d. consil. ccciij. & Franc. Curt. consil. lxxxij. quia respondendo secundum Felin. ubi suprà, dico quod illorum opinio non est firmanda, propter cõmunem opinionem in cõtrarium. Secundo non obstat ille tex. secundum eum, quia d. l. ponit casum specialem, sicut & in casu c. ij. de præscript. lib. vi. in quo non datur restitutio in integrum, quia est casus specialis. Et ita dicit eadem ratione dicendum de d. l. fi. Idem uidetur sentire Soc. consil. lxxxvi. in fi. ibi, dum dicit, quod per d. l. fin. C. de fun. pat. nulla currat præscriptio contra ciuitatem Senarũ in pascuis & prædijs saltuarijs, quicquid sit in alijs rationibus &c̃. Ad alias rationes eorum Alex. in d. consil. cccxij. et Abb. d. consil. xxx. sufficienter & clarè respondent. Et sic per Doct. in locis de quibus suprà, secundũ magis cõmunem opinionem datur restitutio in integrũ, etiã aduersus præscriptionem quadraginta annorũ, propter iustam & probabilem ignorantiæ causam. Nec obstat si diceretur, lapsum quadriennĩ, quod indulgetur de iure ad restitutionem petendam, post completam prescriptionem, de quo in d. Clem. i. de restit. in integ. & l. fi. C. de temp. in integ. restit. pet. & c. i. eod. tit. lib. vi. quia secundum cõmunem opinionem Doct. de quib. suprà in consil. præalleg. tale tempus quadriennij est utile à principio, & nõ incipit currere nisi à tempore sententiæ, ut per Alex. & alios in d. consil. de quibus suprà, & sic non currit durante ignorantia, prout uoluerunt ultra prædictos Ioan. de Lig. Clem. i. eod. tit. & Card. in quæst. xxv. Panor. c. i. de præscript. Bald. consil. lv. incipit, Bartholinus legauit. ubi dicitur, quod restitutio quæ conceditur propter ignorantiam, non incipit currere ignoranti, ut idem uoluit in l. falsam. C. si ex fal. instr. adeò, quod si quis staret per centum annos in iusta ignorantia sui iuris, quod posset petere restitutionem in integrũ. Et sic remanet cõclusio, quod tempus quadriennij indultum à iure ad petendam restitutionem in integrum, à principio est utile, ita quod non incipit currere durante ignorantia.

Quod autem sereniss. Romanorũ rex isto casu probabilem habuerit ignorantiam feudi ipsius castri, euidentissime apparet pluribus respectibus. Primo propter amissionem librorũ feudalium nunc nouiter repertorũ, prout in articulis procuratoris Cameræ cõtinetur, ut uoluit Soci. d. consil. lxxxvi. uol. i. ubi dicit, quod ex instrumentis deperditis oritur probabilis ignorantia. Idem sentit Alex. d. consil. lxxxiiij. uol. i. col. iij. uers. præterea. dum dicit, quod propter instrumenta de nouo reperta, datur restitutio in integrum aduersus sententiam, ex capite ignorantiæ. Secundo apparet, quod regia Maiestas & alij principes Austriæ, per seipsos sua nõ regant, sed per suos officiales. Et sententia procura-

curatoris uel officialium non nocet dño, quia dñs habet probabilem
causam ignorandi factum procuratoris, per ea quæ habentur & nomi 63
nantur per gl. & Doct. in c. cum ad sedem. in uerb. interdictã. de restit.
spol. & l. quod uulgo. ff. pro empt. notatur per gl. & Doct. in l. certam.
§. sed an ipsos. ff. de confess. Et factum procuratoris æquiparatur facto
alieno, quantum ad scientiam uel ignorantiam dñi, ut tradit Bart. in l.
nõ fatetur. ff. de cõfess. Et maxime hoc procedit cum agitur de damno
uitando. ita uoluit Soc. consil. cclxiij. col. vij. uol. ij. uers. secunda spina.
& Alex. cõsil. lxxxiiij. uol. i. col. iij. uers. nec prędictis. Quinimò, q̃d plus
eſt, isto casu non præsumũtur officiales habuisse scientiam feudi ipsius
castri, quia non præsumitur quis habere scientiã omniũ quę continen-
tur in codicib. librorũ, ubi continentur multa negocia implicita, secun-
dum Alex. in d. consil. lxxxiij. uers. quinimò non constat. & ad hoc al-
legat Bar. in l. non fatetur. & l. penult. ff. de confess. Ideo isto casu etiam
sereniss. Rom. rex &c. necnon & sui officiales præsumuntur habuisse
iustam ignorantiam dicti feudi, maxime propter multitudinem feudo
rum, principatuũ & dominiorũ ipsorũ illustriss. principum Austriæ.
Tertio propter occupationem præfati sereniss. Romanorum regis, ac
quondã diui Cæsaris Federici, circa curam & regimen totius Imperij:
item propter absentiam ab ipsa prouincia Austriæ: quæ indubitanter
iustam præbent ignorantiæ causam, ut habetur & notatur in l. Panto-
nius. ff. de acquir. hæred. Item quia in ius alterius succesit, regul. cum
quis. de reg. iur. lib. vi. qui in ius alterius. ff. eo. Et sic ex prędictis & alijs
per dominos iudices considerandum & ponderandum apparet, illu-
striss. principes Austriæ habuisse probabilem & iustam ignorantię cau
sam prædicti feudi dicti castri. Quo ad ultimũ quæsitũ, quia in cla-
ris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. 64
concluſiuè loquendo dico, quod pluribus agentibus possessorio adipi-
scendæ, possessione uacante, melius & potentius ius alleganti & pro- 65
banti, erit adiudicanda possessio. per Doct. maxime Paul. de Cast. l. ij.
C. de edict. diui Adr. toll. Sed clarum est quod allegans & probans pro
prium dñium uel quasi, potentius ius allegare & probare dicit, hærede
allegante possessionẽ defuncti solum & titulum hæreditariũ. Ideo pro
bans propriũ dñium in possessione, prefertur tali hæredi ex testato uel
ab intestato, ut per Paul. de Cast. in l. ij. præalleg. Sed sic est quod pro-
curator Camerę probando ius dicti feudi dicti castri, dicitur allegare et
probare ius propriį dominį inclytæ domus Austriæ, & per cõsequẽs
dicitur ius potẽtius probare iuribus aliarũ partium aduersarũ, siue ue-
niant ex testato, siue ab intestato, siue titulo singulari, scilicet donatio-
nis, cum per illa uel altera illorum non possint dicere se probare domi-
nium propriũ. Ideo probato feudo, erit de iure sereniss. Rom. rex, siue
eius Cameræ procurator in possessione d. castri adipiscenda per præ-

dicta præferendus. Et sic ex prædictis omnibus remanent enucleatę & elucidatæ omnes quæstiones in hac materia: & per consequens remanet conclusio, quod partes magnificorũ dnorũ in hac causa cognoscere & iudicare habentiũ, sunt et esse debent de iure, ad pronunciandũ in fauorem prælibati sereniss. atq; inuictiss. Rom. regis diui N. uti illustrissimi Archiducis laudatissimæ domus Austriæ, seu eius Cameræ procuratoris, iuxta eorum petita.

Et ita ut suprà allegatũ & conclusum est, iuris esse & pronunciandũ fore, dico & consulo ego Ioannes Angelus de Bisutio Mediolanẽ. I. V. Doctor, & in florida Vniuersitate Friburgensi in iure pontificio ordinarius, saluo tamen semper meliori consilio.

Summaria Consilij decimi sexti.

1 Historiæ non reprobatæ in factis antiquis, fidem faciunt.
2 Quid sit dominium, & quomodo probari possit.
3. 46 Ciuitates sunt in possessione & proprietate uillarum & castrorum, à quibus percipiunt collectionem.
4 Quid sit minera.
5 Ad dominos pertinet rebus uti & frui pro arbitrio.
6 Minera est de regalibus.
7 Princeps in suo principatu uel ducatu tantum potest, quantum Imperator in Imperio.
8. 57 Ex præscriptione specierum, resultat præscriptio generis.
9. 58 Si quis utitur aliquo actu in specie, & intentione utendi suo iure, quo ad uniuersalem iurisditiouem, ei acquiritur quasi possessio uniuersalis iurisditionis, si nemo alius possideat.
10 Creditur adserenti in dependentibus ab animo.
11 Quomodo intelligenda sit l. deprecatio. ad l. Rhod. de iactu. quæ dicit, Cæsarem dominum mundi esse.
12 Vtrum regalia, aliaq; principi Romano reseruata, præscribi possint.
13 Præscriptio memoriam hominum excedens, pro ueritate habetur.
14 Priuilegium & uetustissima consuetudo, paribus passibus ambulant.
15. 70 Consuetudo ipsa præscriptione potentior est.
16. 72 Non licet aliquem turbare in sua pacifica possessione.
17 Geminatio confessionis momentum & pondus habet.
18 Confessio in iudicio præsente parte facta, & in actis conscripta, atq; per hoc notoria geminataq;, instar iudicati operabitur, & uelut uim sententiæ habebit.
19 Curia Imperialis certos & præscriptos habet ab imperio Romano fines & terminos, in quibus sua iurisditione utatur.
20 Limites cõmuni reputatione uicinorum circumcolentium probari possunt.
21 Fama cõmunisq; opinio in antiquis rebus, plenam fidem facit.
22 Quibus signis loca territoriorum discernantur.
23 Res quæ in alio continetur, cum omnibus suis contentis contineri censetur.
24 Ex moribus & conditione regionis, usus monetæ distinguitur & discernitur.
25 Vsus monetæ non potest reprobari, nisi per superiorem.
26 Quo iure circumuicini & attingentes loci sunt, eo iure esse præsumitur locus qui attingitur.
27 Vna res duplicis iuris censeri non debet.
28 Ratione partis, de toto iudicamus.

Ratione

29 Ratione maioris partis bonorum in loco certo existentium, in cætera bona præ sumptio in dubio insurgit.
30 Non constat de ullo nominis errore, nisi probetur: quia error non præsumitur.
31 Imperatori Romano narranti fides adhibetur.
32 Quando Imperatori non credatur.
33 Venditori fines enarranti creditur, quod eos de nouo poterat constituere.
34 Instrumentum cõfectum ab Imperatore, facit plenam fidem in his in quibus po terat disponere.
35 Quemadmodũ naturalis obligatio si geminata sit, efficacem parit actionem, ita etiam geminata confessio firmitatem arguit.
36 An cõmunis opinio & fama semper plenam fidem faciat.
37 Antiqua instrumenta quæ de confinibus mentionem faciunt, si plura sint, probant, etiamsi ab Imperatore non emanassent, sed à priuato.
38 Duo non possunt eiusdem rei in uniuersum esse domini.
39. 41 An nudis uerbis alicuius credendum sit.
40 Inciuile & impiũ esset, assertione priuati, atq; priuata scriptura, fidem fieri in his quæ grauis sunt præiudicij.
42 Ex nomine qualitas dinoscitur.
43 Nihil magis contrarium certitudini quàm uariatio.
44 Contraria uolens probare, non auditur.
45 Quid sit territorium.
47 Territorium dupliciter accipitur.
48 Dominium à territorio separatur.
49. 65 Dominus rem suam propriam factam, præscribere non potest.
50 Ex primordio tituli posterior formatur euentus.
51 Vbi titulus est iniquus & initiũ ruinosum, cessat omnis præscriptio, etiamsi per mille annos durasset.
52 Ad præscribendam iurisditionem requiritur bona fides.
53 Dubitans de suis iuribus, non præscribit.
54. 56 Præscriptio quum strictissimi iuris sit, non extenditur ad non possessa, iuxta illud quod uulgò dicitur, tantum præscriptum quantum possessum.
55 Sine possessione præscriptio etiam uetustissima non procedit.
59 Quod possessio non abstulit, cur auferret præscriptio?
60 Inter species separatas, non datur extensio in præscriptione.
61 Vtrum Imperator concessa iurisditione, intelligatur concessisse merum & mixtũ imperium.
62 Beneficia principis latissimè sunt interpretanda.
63 Præscripta institutione, præscribitur etiam custodia ecclesiæ uacantis, tanquam pars sub suo toto.
64 Appellatione regalium quid ueniat.
65 Limitata causa, limitatum parit effectum.
67 Actus qui ad certam qualitatem respiciunt, à te fieri possunt tanq; ab alio.
68 Propter auaritiam non debet haberi fisci ratio.
69 An aliqua pars ex priuatis prædijs Imperatori debeatur.
71 Consuetudo & præscriptio in quibus differant.
73 Iniusta possessio contra uerum dominum nihil proficit.
74 Tenor compromissi strictissimè seruandus est.
75 Libellus penes conclusionem attenditur, ut aptus uel ineptus iudicari possit.

ORTA nuper dissensione inter inuictiss. & illustriss. dñm et principem nostrum, dñm N. quondam dum uiueret Rom. Imp. archiducem Austriæ, ex una, & illustrem dñm Albertum ducem L. ex alia parte, occasione mineræ quam idem Dux in ualle Leuontina superioribus annis inuenisse & aperuisse dicitur, & quam utraq; pars ad sese spectare prætendit. Cæsar ideo, quod dicta uallis in monte Voseco ea parte contineatur, qua decliuia montis ex delapsu liquentium niuium in Rhenum uergunt. Iugum enim dicti montis limitem esse quo Alsatia à Ducatu L. disterminetur, ut ea pars montis quæ ad Rhenum declinat, ad Alsatiam, atq; adeò ad Romanũ Imperium pertineat: altera uero ulterior montis pars ad Mosam fluuium tendens, cedat Ducatui L. E diuerso Dux L. totum montem Vosecũ in Ducatu suo includi, seq; dñm eiusdem montis & uallis esse contendit, limites à Cæsare nostro designatos pernegando. In hac controuersia ego infrascriptus Doctor, nomine Cæsareæ Maiest. ut ad iustitiam ei consulam requisitus, scilicet quod sua Maiestas iustitiæ præscriptis stare desideret: quo nomine tametsi omnia nostra clementissimo dño & principi nostro debeamus, in hac tamen tam honesta & Cæsare digna requisitione, parêre sumus paratissimi. Veritatẽ enim & iustitiam fouere, licet ad omnes etiã pertineat, iuris tamen Doctores hoc quammaxime decet, quorum id unum & præcipuum munus est, colere iustitiam, æqui & boni notitiam profiteri, æquum separare ab iniquo, licitum ab illicito discernere. l. i. ff. de iust. & iur. & fa. c. extenore. de for. compet. Vt ergo distinctius procedatur, quippe quòd ordinis series, inuestigandæ ueritati, quæ, teste Democrito, in profundo demersa iacet, quãmaximè cõmodet, tria in toto nostro consilio capitula tractabimus. Primo fundamenta Ducis Alberti recitabimus. Deinde Cæsareæ Maiest. causam fundabimus. Et tandem fundamentis dicti ducis Alberti respondebimus, decidentes id, quod de iure possumus, Cæsaris causam esse meliorem.

Redeundo ad primũ, dominus Dux in eo maxime nititur quod dicta uallis Leuontina sita sit in Ducatu L. unde ipse tanquam Dux eiusdem Ducatus, inuestitus ab Imperio, argentifodinas habere possit. Quod autem uallis præfata in dicto Ducatu contineatur, primo ex eo patêre putat, quod totus mons Vosecus in quo dicta uallis sita sit, ad eundem Ducatum pertineat. Et hoc ex eo constare asserit, quod ex historijs Plinij, Cæsaris, & aliorũ constet, Rhenum esse limitem Romani Imperij & regni Austrasiæ, ipsamq; Austrasiam diuisam esse in partes aliquas, quarũ una sit Ducatus L. in qua & Vosecus includatur, sicuti idipsum pro parte eiusdem Ducis in actis latius deducitur &c̃. Et uide
1 tur hoc fundamentũ operari: historiæ enim non reprobatæ, in factis antiquis fidem faciunt. gl. c. placuit. xvi. dist. quę sextam synodũ longo tempo-

tempore poſt Seuerinum fuiſſe, ex Chronicis apparere ſcribit. Sic gl. xxvij. diſt. c. diaconus. allegat Hug. qui in ſua Chronica falſum eſſe dixerat, quod Martinus Papa Gregorium præceſſerit. fa. gl. in procem. ff. forum. §. hæc autem tria. in uerb. urbibus. laſ. poſt Bart. & Doct. in l. i. in v. not. ſi cert. pet. ubi adducit concord. Secundo uideri dictam uallem ad Ducatum pertinere, ex eo quod dictus dominus Dux & ſui maiores, per tempora memoriam hominũ excedentia, in dicta ualle omnes propè ſuperioritatis & eminentiæ actus exercere conſueuerunt, nempe gratias concedere, cognoſcere ſuper appellationib. hominũ dictæ uallis, remiſſiones, abolitiones, aliasq; iuris prouiſiones indulgere. Item & nobiles in dicta ualle feuda habentes, ea à Ducibus recognoſcant. Porrò & ſtatuta eo loci condere, Ducum ſit. Præterea & confiſcationes bonorũ uacantiũ ad eos pertineant. Item homines dictæ uallis ut ſubditos ſuos, bellorũ tẽpore à uetuſtis annis in arma expedierint, & ſub uexillo Ducatus in bellum duxerint: collectas indixerint: & in ſumma, quicquid eminentiæ, ſuperioritatis, obuentionũ, utilitatũ dñi terræ exercere & percipere poſsint, ea Duces in d. ualle à uetuſto tempore exercuerint & perceperint, exerceãt & percipiant: qui certe actus dominiũ probãt. Eſt enim dominiũ in ſe quiddam intellectuale, quod nõ 2
niſi per actus facti probari poſsit. Innoc. c. cum cauſam. de teſt. Bald. l. proprietatis. ad fin. C. de probat. idem in l. ſolam. C. de teſt. & in rubr. C. ſi ex falſ. fa. l. litibus. C. de agr. & cenſ. lib. xi. gl. in l. pen. ff. de cond. inſtit. Ang. l. iij. in fin. C. de nat. lib. l. Titia. ibi Bar. de ſolut. cum ſimil. Et quod per actus huiuſmodi probeť dictam uallem de territorio Ducatus L. eſſe, ſatis cõſtat ex §. ſi quis igitur. in Auth. quib. mod. nat. eff. ſui. ubi uicus uel uilla ei ciuitati ſubijcitur, cui tributa perſoluit. per quẽ tex. Bal. cõſil. lxi. col. iij. ij. par. docet, ciuitates eſſe in poſſeſsione & pro 3
prietate uillarũ & caſtrorũ à quib. percipiũt collectionẽ. alleg. l. forma. §. ſi uero. ff. de cenſ. & dicit Bal. in c. cũ cauſam. de probat. per exercitiũ iuriſditionis, & reddituſ antiquos, nauigia, pedagia, & ſimilia, fines antiquos probari, eorũq; poſſeſsionẽ. alleg. c. ſi. de off. archid. & c. licet. de proba. Cum itaq; tot actus ſuperioritatis & alios multos, prout tẽporis opportunitas obtulerat, Dux in dicta ualle, ut dñs terrę exercuerit, conſequens eſſe putat, etiam minerę fodiendæ ſibi facultatem eſſe, maxime quod minera ſit fructus terræ. l. diuortio. §. ſi uir. ſol. mat. l. iij. §. 4
ſi. cũ l. ſeq. de reb. eorũ. Ad dños aũt pertineat rebus frui pro arbitrio. 5
l. in re mandata. C. mand. l. nemo. C. de Iudæ. cum ſim. Et licet minera 6
ſit de regalib. c. i. ſecundũ cõmunẽ opinionẽ, in uerb. argentarię. in tit. quę ſint reg. in uſib. feu. ipſe tamẽ ut Dux regalib. uti poſſit, eo quod de
Ducatu L. ſit inueſtitus: & conſtet principẽ in ſuo Ducatu tantũ poſſe, 7
quantũ Imp. in Imperio. Bald. in l. ſancimus. C. de don. & in l. ij. i. not. ff. de orig. iur. Philip. Cor. cõſil. cc. i. part. cũ multis ſim. Alio quoq;

principali fundamẽto dux L. nititur. Dato enim quod mons Voſecus iugo ſuo diſterminaret Alſatiã ab L. ita quod uallis Leuontina nõ eſſet in Ducatu L. ipſe tamẽ Dux & ſui maiores, à tẽpore hominũ memoriã excedente, actus ſuperioritatis & eminẽtiæ ſuprà memoratos, & alios in actis deductos, in d. ualle prę̃ſcripſerint: quo caſu, quia prę̃ſcriptio ad
8 ſimilia extendat̃, & quia ex prę̃ſcriptiõe ſpecierum reſultat præſcriptio generis, Bald. in diſputatione ſua incip. Appulus caſtris. pen. col. qui al legat l. ſi chorus. de leg. iĩ. unde ius mineræ ei competat. Species enim ſub genere poſitę, habent caudas colligatas. gl. in c. accuſatus. §. eũ qui. uerb. iudicari. de hæret. lib. vi. Et dicit Inno. c. dilectus. de capell. mon. 10
9 q̃d ſi quis utat̃ aliquo actu in ſpecie & intentione utẽdi iure ſuo quo ad uniuerſalem iuriſditionẽ, ei acquiri quaſi poſſeſsionẽ uniuerſalis iuriſditiõis, ſi nemo alius poſſideat. Idẽ Innoc. c. dilecto. de off. archid. qui al leg. c. i. de relig. dom. & ſequit̃ Abb. in c. cum olim. uerſ. ultimo ex his. de præſcrip. Io. And. c. auditis. eo. tit. & Rot. deciſio. ĩj. de prę̃ſcrip. Et
10 credit̃ aſſerẽti in depẽdentib. ab animo. gl. §. aliæ. Inſtit. de act. l. i. C. ad l. Corn. de ſicar. lxxxiĩj. diſt. propoſuiſti. cum ſim. Nunc dñs Dux & ſui maiores actus ſuperioritatis & eminentiæ ſeu regaliũ eo animo & propoſito exercuerũt, ut iure ſuo uterent̃ uniuerſaliter quo ad omnem 20
ſuperioritatẽ & iuriſditionẽ: unde & minerã ſaltem in habitu, & prout in terra per eos poſſeſſa latebat, prę̃ſcripſiſſe intelligunt̃, maxime q̃d ne mo, nec Cæſar nec ullus alius d. uallem per tot tempora poſſediſſet, ut
11 ſic doctrina Inno. d. c. dilectus. fortiter locũ hic habeat. Licet em̃ Cę̃ſar ſit dñs mũdi, l. deprecatio. ad l. Rhod. de iact. hoc tamẽ ad poſſeſsionẽ rerũ nihil facit, cum nihil cõmune habeat poſſeſsio cum dñio. l. natura liter. §. nihil cõmune. de acquir. poſſ. Et quamuis apud ueteres dubita-
12 tum ſit, an regalia aliaq; principi Romano reſeruata præſcribi poſsint, cõmuni tamen opinione ad eam diſtinctionẽ deuentũ eſt, quod ea quę̃ ſunt reſeruata principi, in ſignũ ſingularis & prærogatæ eminentiæ, ut præſtare cenſum ſeu tributum, obedientia quæ ei debetur, plenitudo 30
poteſtatis, præſcribi contra Cæſarem non poſſe. Cætera autem reſer-uata in ſignum uniuerſalis dominĩ, poſſe præſcribi, ut ſunt merum & mixtum imperium, & alia regalia. Ang. in l. bene à Zenone. C. de qua-dri. prę̃ſcript. fa. c. quod translationem. de off. leg. l. cõpetit. C. de præ-ſcript. xxx. annor. gl. c. cum nõ liceat. de præſcript. Et tangitur ea ma-teria per Ang. Ioan. de Imol. in l. ſi publicanus. §. in uectigalibus. de pu bli. Bal. l. cum proponas. C. de naut. fœ. Cyn. l. i. in fi. C. noua. uectig. Specul. de cauſ. poſſ. & propr. §. quia uero. uerſ. quid de colligentibus. But. c. cum contingat. de for. compet. & laſ. in l. imperiũ. viĩj. col. de iu riſd. om. iud. cum innumeris cõcord. Quapropter conſtat principem 40
L. huiuſmodi regalia præſcribere potuiſſe, nec requirebatur ſcientia principis Romani, cũ tanto & tam uetuſto tempore memoriã hominũ

exce-

excedente præſcripſerit, ut Doct. dictis locis, & Bal. c. i. quæ ſint regal. But. in c. peruenit. de cenſ. col. xxiiij. uerſ. per hoc apparet. Tanti enim tẽporis prę̃ſcriptio, pro ueritate habet. Bal. c. cum cauſam. uerſ. porrò. 13
de proba. gl. l. i. C. de ſeruit. & aq. cũ plurib. quę hic allegari poſſent. Et dato principis ſcientiã fuiſſe neceſſariã, in caſu tamẽ noſtro cõcurriſſe, facile probabit ex eo, q̃d in locis uicinis præſentes fuerint officiales Cæſaris. pro quo gl. in c. nulli. uerſ. ueriſimiliter. de elect. lib. vi. Item & tertio principali fundamento Dux nitit. Cum em̃ ſuprà memoratos & alios actus ſuperioritatis, eminentię, iuriſditionis & regaliũ, Dux & ſui maiores per tot uetuſta tẽpora memoriã hominũ lõge excedentia exercuerũt, nõ tam prę̃ſcriptio q̃ cõſuetudo quædã emerſerit uetuſtiſſima, qua ipſi Duces ſi etiã nullam ſuper Ducatu inueſtiturã haberent, cõſuetudine tamẽ uetuſtiſsima tanq̃ priuilegio muniti ſint. Priuilegiũ em̃ & 14
cõſuetudo tam uetuſta, ut dicit Oldr. cõſil. clxxij. paribus paſſib. ambulant, ut ita q̃d per priuilegiũ cõcedi poſsit, hoc & cõſuetudine introduci. alleg. l. i. §. fi. l. in ſumma. §. itẽ Varus. de aq. plu. arc. l. hoc iure. §. ductus. de aq. quot. & æſt. l. uſum aquę. C. de aquæduct. l. fi. C. de uſu rei pri. lib. x. c. nouit. ibi Inno. de iud. d. c. cũ cõtingat. de for. cõpet. Et idẽ Oldr. cõſil. cclxxiiij. ubi dicit, cõſuetudine prę̃ſcripta ius introduci, per q̃d uni tantundem quęrat contra quẽcunq̃, quantũ alij: & hoc eſſe pro priũ cõſuetudini, ut uniformiter omnib. quęrat prout fortuna dederit. Et pro hoc etiã Bal. cõſuluit cõſil. xlix. incipit, In facto Abbatis. iij. par. ubi dicit, ſtandũ eſſe tali cõſuetudini ſicut priuilegio, cũ utraq; dent & aſsignẽt iuriſditionẽ & territoriũ. uulg. c. ſuper quibuſdã. §. prę̃terea. de uerb. ſig. per l. uiros. C. de diuerſ. off. lib. xij. Et quia cõſuetudo poten- 15
tior ſit prę̃ſcriptiõe, ut uoluit Bal. cõſil. clxxxv. ante fi. uerſ. ex quo tex. i. par. & ad ę̃quiparata extendat. Soc. cõſil. cclij. col. viij. uerſ. quinimò. nihil igit dño Duci oberit, ſi minera nõ ſit tam uetuſto tempore uſus. Cum em̃ conſuetudine uetuſtiſſima obtinuerit alia regalia, huiuſmodi cõſuetudinẽ etiam ad minerã extendi. fa. gl. & Doct. in l. de quib. de ll. maxime quia regalia ſint eiuſdem cõditionis uel ſpeciei, ut ita quod de uno iudicat, & de alio iudicari. Et tandẽ cum prę̃fatus dñs Dux minerã præſentis quæſtionis ſaltem aliquot annos pacificè poſſederit, uidelicet ad xx. annos, ut ipſe in replica ſua putat, nõ licuerit Cæſari eum turbare in ſua pacifica poſſeſsione. arg. eorũ quæ not. in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & propr. in. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. lib. vi. cũ ſim. Et ſuper hac turbatione remouẽda, dictus dñs Dux in libello & reſponſionib. aliſq; ſuis productis cõcluſit. Hæc ſunt propemodum fundamẽta, quę pro parte dñi Ducis uel ſunt allegata, uel allegari poſſunt.
Sed his & aliſs quę nomine dicti Ducis in actis allegantur nõ obſtantibus, pro Cæſarea Maieſt. iuſtitiam indubitatam eſſe arbitramur. Veniendo igitur ad ſecundũ capitulum huius conſilij, ſuper ueritate iuris

Cæsareæ Maiestat. inuestiganda, præmittimus. Primo, quod tota Alsatia superior, feudum est archiducum Austriæ, quod habent ab Imperio Romano, id quod per literas feudales demonstrari potest: quo casu illustrissimus noster princeps N. intentionem habet fundatam, quo ad utile dominium omnium terrarum & locorum quæ in finibus Alsatiæ continent. l. i. §. cū urbem. de off. præf. urb. l. pupillus. §. territoriū. de uerb. sign. d. l. forma. §. si uero. de censib. cum similib. Secundo præmittenda est cōfessio iudicialis facta pro parte domini Ducis, qua procurator eius confitetur, nullum ad dictam uallem Leuontinam eidem Duci ius competere, si constiterit iuga montis Voseci esse limitem qui diuidat Ducatum L. ab Alsatia. Hoc enim expresse cōfessus est procurator domini Ducis in respōsionibus suis, in uers. Zum ersten etc. Talia autem uerba ponuntur: Vnd inn welchen Leuontinertal der Hertzog nit allein hohe vñ nidre oberkeit/sonder ouch Fürstliche recht vnd grechtigkeit/Regalien/als der ardt obrister Fürst vnd herr geübt vnd gebraucht etc. das er doch nit thůn möcht/so dasselbig Leuontinertal durch gedachten berg Vosecum vom Hertzogthum L. geschedē wer. Id est: Et in qua dicta ualle Leuontina Dux Albertus L. nō solum merum & mixtum imperium, sed etiam ius, iustitiam, & Regalia, tanq; eius loci supremus princeps ac dominus exercuit, ususq; est: quod facere non posset, si prędicta uallis Leuontina, per suprà nominatū montem Vosecum à Ducatu L. distincta foret. Quæ confessio diligenter aduertenda est, cuius etiā geminatio ex alijs quoq;, uers. So mag auch etc. satis colligitur: & item in replica, uers. Zům sechsten etc. intelligendo uerba ibidem ex intentione præsumpta, confitentis: quod fieri debere docet Bar. in l. is qui reus. ante fi. uers. sed quęro. de publ. iud. Quæ cōfessionis geminatio momentū & pondus habet. gl. in l. cū scimus. C. de agri. & cens. lib. xi. & Fel. c. si cautio. xiij. col. de fid. instr. Cum aūt ea cōfessio in iudicio præsente parte facta sit, sic in actis cōscripta, & per hoc notoria sit & geminata, instar iudicati operabitur, & uelut uim sententiæ habebit. l. i. C. de cōfess. l. post rem. de re iud. Doct. l. ij. de iureiur. cum uulg. Vnde, ut utamur seiunctione rhetorica, hoc unū in primis inuestigandū est, an iugum d. mōtis limes sit disterminans Ducatū L. ab Alsatia: hoc enim comperto, ius dñi Ducis cecidisse propria sua confessione compertum est. Videamus ergo, an aliquo modo cōstare possit, iugum dicti montis Voseci terminum esse, & limitem L. & Alsatiæ. Et certe in actis sunt complures coniecturę pro parte illustrissimi domini nostri principis adductæ, quæ si probarentur, nō modicum argumentum præstarent. Ne tamen pluribus quàm necesse sit effundamur, modicis fundamentis erimus contenti. Et primo non mediocris coniectura ex eo sumitur, quod iurisditio curiæ Imperialis in S. usq; ad iuga dicti montis porrigitur. Notorium enim esse dicitur, quod procuratores & executores dictæ curiæ, in dicto monte Voseco usq; ad iugum, citationes aliosq; iuris processus sunt executi, & solent exequi: quod euidens

dens est argumentum dictorū limitum, cum dicta curia certos & præ-
scriptos habeat ab Imperio Romano fines & terminos, in quib. sua iu- 19
risditione utatur. fa. l. fin. à contrario sensu. de iurisd. om. iud. d. l. i. §. cū
urbem. de off. prefect. urb. arg. l. obseruare. §. post hoc. l. si in aliquam.
§. fin. cum duab. ll. seq. de off. procons. fa. l. illicitas. §. qui uniuersas. de
off. præsid. d. l. pupillus. §. territoriū. ubi est tex. de uerb. sig. & est arg.
in l. cum unus. §. is qui. de bon. aut. iud. poss. Deniq; & secundo ex actis
nobis refertur, famā cōmunem & notoriā populi & uicinorū habere,
& palàm ita reputari, quod iugum dicti mōtis Alsatiam ab L. distermi-
net, in eamq; rem testes multi producti esse dicūtur. At iuris est manife-
sti, limites cōmuni reputatione uicinorū circūcolentiū probari posse, 20
tex. est not. in l. i. §. i. ff. de flum. ubi colligitur, estimationem circumco-
lentium multum attendi in rebus huiusmodi. Et dicit Bal. consil. cccl v.
incipit, Verba princip. iij. part. huiusmodi uicinos eo esse aptiores te-
stes in hac materia, quo sint simpliciores & rustici: quia non nisi de his
deponunt quæ subiecta sunt oculis ipsorum, tanquam super huiusmo
di locis semper adstantium. Et idem dicit Bal. consil. xlvi. i. parte, in hu
iusmodi factis uulgi circumcolentis opinionem haberi pro iure. alleg.
uulg. iura. l. cum de lanionis. §. asinam. de fund. instr. l. librorū. §. quod
tamē Cassius. de leg. iij. & d. l. i. §. i. ff. de flum. Et q̄d fama cōmunisq; 21
opinio in huiusmodi antiquis rebus plenam fidem faciat, Doct. passim
tradunt. Bald. Ang. Salic. in d. l. proprietatis. C. de probat. fa. text. in l.
si arbiter. de testi. Imol. in d. c. cum causam. de prob. Innoc. c. quid per
nouale. de uerb. sig. fa. l. ij. §. item Labeo. ubi est text. & ibi Bar. ad fi. de
aq. plu. arc. Bald. l. conuenticulam. C. de epis. & cle. But. in c. ueniens.
de testib. Et dicit Bald. in consil. ciij. uers. ad sciendum. ij. part. famam
in huiusmodi antiquis haberi pro ueritate. Et alibi consil. lxxv. incipit,
Somas. uers. tertio præmittendum. iij. parte. famam in huiusmodi an-
tiquis facere notoriū, & probare in uim notorij. per d. gl. in §. cum me
absente. fa. Archi. ij. q. vij. c. beati. Inno. c. cum causam. de iura. cal. So-
ci. eleganter & pulchrè in consil. lxxxvi. ij. col. quasi per totū, qui in no-
stram partem notabiliter differit. Alex. consil. xv. in princ. in v. part. &
alibi sæpe in alijs suis consilijs, qui ubiq; supradicta & alia iura ad copiā
allegat, & est in ea concors omniū iurisperitorū sententia, quos si in eo-
rum consilijs adducere pergamus, finem non facimus. Hæc igitur est
sola sufficiēs & manifesta probatio pro dictis limitibus, quod uicini &
circumcolentes dicta iuga montis Voseci, pro limitibus supradictis ab
antiquo semper habuerunt, tenuerunt, reputarunt & nominarunt, pa-
làm, publicè & manifeste. Et non obstat quod pro parte domini Ducis
prætenditur, non esse solitum limites designari mōtibus &c. quia hoc
non est uerum. et Bal. d. consil. cccl v. post prin. dicit, loca territoriorū
discerni solere aliquando per uias regales, aliquando per flumina, ali-

quando montibus uel uallibus &c̃. Et conſtat ex T. Liuio, quod Romani Antiocho regi fines conſtituerunt uſq; ad montem Taurum, quorum ſimilia ſępe in approbatis inuenias hiſtoriis. Deniq; & in actis pro parte Cæſaris noſtri deducit̃, alios etiã fines terrarũ, montib. eſſe diſterminatos. Conſtito ergo quod iugum montis Voſeci limes ſit Alſatiam à Ducatu L. diuidens (id quod eſt cõmuni & manifeſta omniũ opinione, reputatiõe, fama, iuriſditionis exercitio, notoriũ & manifeſtũ, nec de eo dubitari poteſt, maxime quod pro parte aduerſa nullus alius limes legitimè oſtendat̃. arg. l. fundus qui locatus. cum l. ſeq. de fund. inſtru. cũ ſim.) iam oſtendendũ eſt principem noſtrũ euidentẽ in hac cauſa fouere iuſtitiã. Et primo, cum uallis Leuontina, de qua præſens quæſtio uertit̃, ad fines d. mõtis Voſeci ſita ſit, ea parte qua decliuia eiuſdem mõtis, delapſusq; liquentiũ niuiũ, in Rhenũ uergunt: ſuprà aũt manifeſtè probatũ ſit, eam partẽ montis Voſeci cõtineri in Alſatia, relinquitur
23 quod & dicta uallis in Alſatia contineatur. Res enim quæ in alio continetur, cum omnibus ſuis contentis contineri cenſet̃. arg. l. liber homo. in prin. ff. de acquir. rer. dom. l. i. §. item acquirimus. de acquir. poſſ. l. placet. de acquir. hæred. & fa. quod uulgò dicitur, cauſam cauſæ eſſe cauſam cauſati. l. certi condictio. in prin. ſi cert. pet. Huic ſuccedit alia doctrina: quod cum illuſtriſsimus dominus & princeps noſter, ſuperiorem Alſatiam à Romano Imperio in feudum habeat, conſequens eſſe, quod ad eum iure ueri & uniuerſalis dominij, pertineant omnia intra fines eiuſdem Alſatiæ comprehenſa, id quod ſuprà in primo præmiſſo probauimus. fa. l. honor. §. uicorum. de mun. & hon. c. ad decimas. de reſtit. ſpol. lib. vi. c. cum olim. de præſcript. & eleganter tenet Laurent. Calcan. conſil. lxxxix. qui allegat l. patronus. §. Sempronio. de leg. iij. l. inter eos. de acquir. rer. dom. l. qui fundum. de euict. l. ſi fines. C. eo. l. quæro. l. Titius. de act. empt. cum ſimil. Idem eleganter tenet Socin. d. conſil. lxxxvi. iij. col. in iij. concluſ. qui multa allegat. Quę cum ita ſint, neceſſariò cõſequitur dictam uallem Leuontinã eſſe & contineri intra Alſatiam, atq; ita ad Romanũ Imperiũ, conſequentérque ad illuſtriſs. principem N. non ad Ducem L. pertinere. Proinde & princeps noſter illuſtriſsimus intentionem habet iure cõmuni fundatam. Quod autem dicta uallis Leuontina in finibus Alſatiæ, & non Ducatus L. contineatur, probari poteſt & alia coniectura. Nam moneta Alſatiæ eſt & fuit ab antiquo in dicta ualle uera & ordinaria moneta, ita quod eam recipere coguntur incolæ, id quod in actis per exempla latius deducitur, præſertim in replica principis noſtri. Et licet moneta Ducatus L. etiã illum locũ inuaſerit, non tamen aliter niſi iuxta ualorem monetæ Alſatiæ recipitur, nec ullus ex ſubditis monetã Ducatus L. inuitus accipere cogitur. Quæ ſi ita ſunt in facto uera, non modica ex hoc coniectura
24 ſumitur, dictam uallem ad Alſatiam pertinere. Ex morib. enim & conditione

ditione regionis, usus monetę distinguitur & discernitur. l. si seruus plu Moneta
rium. in fin. de leg. i. & l. numis. de leg. iij. l. uinū. si cert. pet. Et quia non
potest reprobari usus monetæ, nisi per superiorem, arg. l. eleganter. §. 25
qui reprobos. de pig. act. ubi etiam uideri circa monetam Alex. potest.
Sic & apud Matthæum cap. xxij. ex monetę characteribus ditio Cæ-
saris cognoscebatur. & libro primo Maccabæorū cap. xv. Antiochus
rex Simoni sacerdoti percussuram numismatis tanq; superior indulsit.
Accedat etymologiæ uocabulum: numus em̄ à nomos, quod legem si-
gnificat, deriuatur, quasi moneta legem ualoris à suo superiori accipiat,
10 teste Varrone. Deinde & ex alia coniectura Cæsaris intentio robo-
ratur. Nam certum est quod in eadem ualle Leuontina aliæ sunt uillæ
uel pagi, puta sancti Bonifacij, sancti Vuilhelmi, & quædam aliæ quæ
confines sunt loco præsentis quæstionis, & sine medio eundem locum
attingunt, ut etiam pars aduersa confitetur. At tales uillæ cum terra ea-
rum & omni iurisditione & superioritate, ad Romanū Imperium spe- Rotolfum.
ctant, & à principe nostro dominis de Rupe Spoletana in feudū con-
ceduntur. Vnde ex eis ualidum præstatur argumentum, quod etiam
locus præsentis quæstionis Cæsaris sit. Quo enim iure circumuicini & 26
attingentes loci sunt, eo iure esse præsumitur locus qui attingitur. gl. est
20 not. in c. sopitæ. c. super eo. de censib. Et quia omnia loca simul uno no
minantur nomine, scilicet uallis Leuontina, quo casu unius naturæ cen
sentur. arg. l. si idem. C. de codicill. c. ad audientiam. in fin. de decim.
Nec enim una res duplicis iuris censeri debet. l. eum qui. de usucap. c. 27
cum in tua. in fin. de decim. Bald. in l. humanitatis. C. de impub. & alijs
substit. cum sim. Et ratione partis de toto iudicamus. l. iij. in prin. ibi gl. 28
& doct. de acquir. poss. l. uulgaris. ad prin. de furt. Sic & ratione partis,
tota res feudalis esse præsumit. c. i. §. cum autem. ibi Aluar. & Doct. de
contro. inuest. c. i. ibi Aluar. in i. quæst. post gl. de content. int. me &
dom. de port. frat. & idem Aluar. c. i. in ij. not. de contro. int. mascul. et
30 fœm. de benef. ubi pro regula ponit, quod ratione maioris partis bono 29
rum in loco certo existentiū, in cætera bona prę sumptio in dubio insur
gat. At in proposito constat, quod non solum dictæ uillæ & pagi, sed
etiam maior pars bonorū in dicto monte Voseco contentorū, ad prin-
cipem nostrum atq; ad Imperiū Romanū pertineant: unde non potest
ulla iusta reddi ratio, cur dicta uallis Leuōtina ad eundem nostrū prin-
cipem nō spectet. Et non obstat quod pro parte domini Ducis hoc
loco prætenditur, uillas & pagos quæ ad dominos Rupis Spoletanæ
spectant, speciales esse ualles, & per errorem nominari nomine Leuon-
tina, dando exemplū impertinens de Arduenna &c̄. quia imò eisdem
40 montibus eædem uillæ & pagi concluduntur, quibus Leuontina, &
sunt sine medio attiguæ ad uallem Leuontinam, quod & aduersarij fa-
tentur, ut sic sint cōualles. Nec constat de ullo nominis errore, nisi pro- 30

betur: quia error non præsumitur. Bart. l. non fatetur. ad fi. de confes. & in l. an inutilis. de acceptil. cum simil. Quapropter non est quod negari possit, eiusdem esse dominij uallem Leuontinam, cuius est territorium quod confinat, nisi probetur contrarium. Iam uero ut aliquanto fortius agamus, ex actis refertur quædam extare instrumenta antiqua, uel literas uetustissimas, quib. à Carolo Magno ante septingentos annos monasterio M. in ualle Leuontina sito, priuilegia sunt data & cõcessa, in quibus is Carolus Magnus expresse enunciat dictum monasterium in pago Alsatico esse situm &c. cui adsertioni, licet uerba sint narratiua,
31 creditur: Imperatori enim Romano narranti fides adhibetur. Bar. in ex trauag. ad reprimend. uerb. figura. in fi. Sic & Papæ creditur. c. cum à nobis. de testib. in fin. Clem. i. de probat. Bal. d. c. cum à nobis. qui allegat l. i. §. his cunabulis. de off. præfe. prætor. Quæ maximè uera sunt, si talia uerba non sint nudæ & simplicis enunciationis, sed narrata propter se & pro suo facto: nam prętendebat, Imperiali liberalitate magna aliqua concedere dicto monasterio M. &c. Et hæc prærogatiua fidei, iure conceditur summæ potestati. d. Cle. i. de probat. & ibi gl. fa. Cle. pastoralis. de re iud. in uerb. asserente. ubi Imperator Robertũ regem citatum esse dicit, cui creditur, ut ibidem Paul. de Liazar. per d. Clem. i. de proba. & ibi Card. in uers. secũdo quęro. idem Card. cõsil. cxxviij. incipit, In quæstione quæ uertitur inter Andream &c. Cæterum si
32 princeps Romanus narraret aliquid legitimè esse factum, & ex circunstantijs appareret contrariũ, sicuti in d. Clem. pastoralis, dum Imperator asseruit Robertum legitimè citatum, cuius tamen contrariũ manifeste liquebat, illic fortasse Imperatori nõ crederetur. ita Card. in d. consil. & d. Clem. loco præallegato declarando gl. Ioan. And. super dicto uerb. asserente. allegat Steph. idem ita tenentem. Ex cuius doctrina satis apparet, Imperatori credi, si de contrario non uel constaret uel præsumeretur: licet Felin. in. d. c. cum à nobis. faciens mentionẽ dicti cõsil. dñi Card. aliqualiter dubitet. Sed intelligendus est eo fine dubitasse, quo narratiua principis dispositione iuris cõmunis non iuuarentur. Secus cum iuris cõmunis cõcurrit dispositio, sicut in proposito, quo Romanum Imperiũ nullis concluditur finibus, ut sic Imperatori fines narranti, quos statuere de nouo potuerat, facile credatur. Nam & uendito
33 ri fines enarranti creditur, quod eos de nouo poterat constituere. per tex. singularem iuxta uerum intellectum in l. eos terminos. ff. fi. regun. In eam partem notabiliter consuluit Soci. consil. clxxxvij. iij. col. uers.
34 confirmatur præmissa, ubi expresse tenet, instrumentum cõfectum ab Imperatore, facere plenã fidem in his in quibus poterat disponere. per gl. ord. d. c. si Papa. de priuileg. in vi. cũ simil. Et prædicta maxime procedũt, cum ea dispositio in qua uerba narratiua ponunt, fiat motu proprio, aut per uerba, statuimus uel ordinamus. arg. not. in l. i. de petit. bonor.

nor. ſublat. lib. x. Præſumit enim pro principe, iuſta eum cauſa moueri. l. reſcripta. C. de precib. Imp. off. But. Feli. & Doct. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Acceſſere etiam, ſicut nobis refertur, confirmationes Lotharij Imperatoris, item Henrici, ex quibus geminata reſultat aſſertio ſiue enunciatio, cui iure fides datur. per l. i. C. de plus petit. in fi. quã in eo Abb. extollit, in repetit. c. per tuos. de arbit. & in c. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. Curt. in tract. de gemina. col. i. Sic & in ſimili dicitur, naturalem obligationem, ſi geminata ſit, efficacem parere actionem. l. fin. C. ad l. Falcid. Sic & de geminata cõfeſsione, ut ſuprà allegauimus gl. in l. cum ſcimus. C. de agr. & cenſ. lib. xi. Fel. in c. ſi cautio. de fide inſtr. Et alibi dicitur, geminatione argui firmitatem. c. i. de treug. & pac. Et quia hæ literę plures ſunt, maiori fide nitũtur. Veriſimile enim eſt, procerũ nobiliũq; multorũ interuẽtu, qui cũ Cæſare uerſari conſueuerũt, l. omniũ. C. de teſta. & item cãcellariorũ tractatu, atq; per manus pluriũ perſonarũ honeſtarũ expeditas. arg. not. in c. ad audientiam. de reſcriptis. Ex quib. cõſequẽter apparet, de narratis huiuſmodi cõmunẽ fuiſſe & opinionem & famam, quæ plenam fidem ſuppeditant. Paul. in l. cũ aliquis. C. de iur. delib. 36

Addimus, quod antiqua inſtrumenta quę de confinibus mentionem faciunt, ſi plura ſint probant, etiamſi ab Imperatore nõ emanaſſent, ſed à priuato, ut eſt gl. not. in c. cũ olim. de cenſ. & tenent hoc Alber. Bald. Salic. in d. l. cum aliquis. licet gl. ibidem pro & cõtra arguat. idem tenet And. Barb. in addit. ad Bal. ibidem, qui ad hoc multas adducit concord. Franc. de Aret. Feli. in c. cum cauſam. de probat. cum ſimilib. Imò dicit Socin. in d. conſil. clxxxvij. col. vij. uerſ. non obmitto. in antiquis factis probandis meliorem eſſe probationem quæ per inſtrumenta antiqua fiat, quàm quæ per teſtes. allegat gl. ab omnibus approbatam in c. tertio loco. de probat. & d. c. cum cauſam. Lud. Rom. in l. ſciendum. de uerb. oblig. 37

Tandem cũ ex fundamentis ſupradictis conſtet illuſtriſs. dñm principem noſtrum eſſe dñm Alſatiæ, & conſequenter dictæ uallis in Alſatia ſitæ, ex neceſsitate infertur dñm Ducem L. eiuſdem uallis non eſſe dñm uerum uel uniuerſalem: duo enim nõ poſſunt eiuſdem rei in uniuerſum eſſe dñi. Hoc enim nec lex nec natura recipit, ut quod tu habes, ego habeam. l. iij. §. ex contrario. de acquir. poſſ. l. ſi ut certo. §. ſi duobus. ff. cõmod. Et cum conſtat rem eſſe meam, ſimul conſtabit tuam non eſſe. l. Pomponius. §. ſed & is. de procu. Ex quib. inferas primo, quod dñs Dux tanq; Dux L. nihil iuris, dominij, iuriſditionis, uel habuit uel habere potuerit ad uallẽ Leuontinam: unde ſi quæ iura ibidem exercuiſſet, non in ſuo, ſed alieno territorio uſurpaſſet. & in hac illatione ſtat cardo cauſæ. 38

Secundo inferas, quod cum conſtet iugum montis Voſeci limitem eſſe quo diuiditur Alſatia à Ducatu L. & uallem Leuontinam in ea parte montis ſitam quæ ſit Alſatiæ, iam propria cõfeſsione procuratoris dñi Ducis liquet,

eidem dño Duci in prædicta ualle nihil iuris competere. Hoc enim aperte confessus est dictus procurator, ut suprà in secũdo hoc capitulo, in secundo præmisso, patuit. Ista enim confessio pro iudicato est, ut ibi dem probauimus, & uoluit Bal. consil. cccIxvij. incipit, Casus talis est. uers. secundus casus. ut si nihil aliud dñm Ducem oppugnaret, ista tamen confessio eius intentionem euerteret, & pro omnibus suis fundamentis elidendis sufficeret. Verum operæprecium est huiusmodi sua fundamenta, sicuti suprà à prin. deducta sunt, ad speciem confutare.

Vnde ad tertium capitulum huius cõsilij procedentes, dum primo prætenditur totum Vosecum montem in Ducatu L. contineri &c. negatur simpliciter, eademq; facilitate (ut uerbis Hieronymi utamur) destruitur, qua adseritur. Nam & Dux eam in partem nihil probauit, nec
39 eius nudis uerbis credendum est. l. qui accusare. C. de eden. l. actor. C. de probat. cum uulg. Et insuper pro parte illustriss. principis nostri clarè probatum est, iugum dicti montis limitem esse inter Alsatiam & Ducatum L. Nec prodest domino Duci, quod pro eius parte quædam Chronicæ allegari dicuntur, quibus putat fidem dari oportere, per iura fortasse quæ nos ibidem pro eo allegauimus. Ea enim iura non obstant. Quia licet Chronicæ in factis antiquis probare suo fine possent simpliciter enunciando, concurrentibus tamen adminiculis, ut uoluit Ægid. Bellamer. decisione rotæ lxx. incipit, Adminicula ista. si tamen sub modo determinandi uel decidendi procederent, nõ facerẽt fidem: ut si scriberent, hos uel alios esse alicuius terræ fines, uel si disponerent, hanc rem hoc uel alio iure censeri &c. & hoc notabiliter uoluere Bart. Ang. d. l. i. si cert. pet. Vnde si uel Iulij Cæsaris, uel aliæ historiæ scribe
rent fluuiũ Rhenũ esse finẽ Romani Imperij, ei nõ crederet. Certi eñ iuris est, huiusmodi scriptores historiarũ uel Chronicarũ nõ habere uices censorũ, ut solent habere flumina publica in dando uel auferendo.
40 gl. §. insula. Instit. de rer. diuis. Et inciuile, imò impium esset, assertione priuati atq; priuata scriptura fidẽ fieri in his, quę grauis sunt pręiudicij, secundum Doct. in d. c. cum causam. de proba. Vnde dicit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de instr. edit. §. postquam. uers. sed nunquid scriptura. publicam scripturam ad assertionem unius factam, non probare. pro quo gl. in Authen. de tabell. §. nos autem. quam ad hoc allegat Bald. in rub. C. de fide instr. Minus ergo probabit talis scriptura priuata Chronicę, sua uoluntate confecta. Accedat quod Ioan. And. dicit in Mercurialib. c. sine possessione. de reg. iur. lib. vi. uers. mihi uidetur. si contra episcopum petentem quartam decimarũ allegetur præscriptio, nõ debere credi uerbali allegationi contra episcopum qui habet intentionem iure cõmuni fundatam. Ita & in proposito, cõtra principem no
41 strum soli Chronicæ scriptori, eiusq; nudis uerbis credi, esset iniquissimum. Si tamen cum Chronica concurreret cõmunis fama & opinio,

uel

uel si alijs adminiculis adiuuaretur, utpote quod ex archiuis sumeretur publicis, & longissimo tẽpore pro approbata & authentica fuisset reputata, tunc posset, cæteris paribus, fidem facere. Hosti. in d.c.cum causam. de proba. & Doct. post eum allegant c. cum ex literis. de restit. in integ. §. nos igitur. c. ad audientiam. de prẽscript. l. census. de proba. Authen. ad hæc. C. de fide instru. Milis in repert. in uerb. scriptura. §. ult. cũ simil. Non ergo poterit dñs Dux per Chronicas probare, quod uel mons Vosecus in Ducatu L. iaceat, uel Rhenus limes sit Imperij.

Quod ergo pro parte domini Ducis prætenditur, non præsumi mutatos fines antiquos, nisi probetur (de quo tangit Petr. de Anch. consil. lxij. incipit, Motiua iudicis &c̃.) impertinens huc est, postquam nõ est ulla fides facta Rhenum esse limitem Imperij. Deniq; certum est fines illos temporarios quotidie de facili mutari, uariari, diminui, augeri, aut præscriptione, aut potentia, aut occupatione, per fas & nefas, ut dicunt Doct. in d.c. fin. de off. archid. c. super eo. de parroch. Quæ facilis mutatio processu temporis emergens, impedit prẽsumptionem in quã se pars aduersa fundat. fa. in arg. quę tradũtur per Bar. in l. in cõfirmando. de confir. tut. Bal. l. iij. ad fi. C. quando prouoc. nõ est necesse.

Aduertendum porrò est, procuratorem domini Ducis, dum dicit montem Vosecum & uallem Leuontinam contineri in Ducatu L. ea in re sæpe uariasse. Nam in articulis libelli asserit, uallem in Ducatu comprehendi, quasi totum quiddam unis conclusum finibus. E diuerso in sua responsione, uers. Item anfangs/dicit, Das Leuõtinertal sey dem Hertzogen vnderworffen. & in seq. uers. Das Leuõtinertal gehör dem Hertzogen zũ etc. alibi, Es sey im ingeleibt. ut sic pugnantia deducat. Diuersa enim sunt & dissident, eiusdem Ducatus esse uallem, quia per hoc unum corpus ostendi tur, ut sic partes contentę, relatione facta ad totũ, habeantur pro extinctis. d.l. eum qui. de usucap. Aliud est subijci Ducatui, uel de pertinentijs esse, quia nihil sibi subijcitur. d.l. pen. de arbit. Et quæ pertinere dicuntur, sunt ad rem accessoria. Inno. c. cum ad sedem. de rest. spol. Item & in alijs articulis libelli procurator domini Ducis deducit uallem Leuontinam contineri im Voßgerland / im Hertzogthumb L. per quod is procurator intelligitur prouinciam quam nominat Voßgerland/ separatam esse à finibus Ducatus. Hæc enim nomina ad certas qualitates adstricta sunt. Nomen enim Ducatus, & nomen prouinciæ, diuersis censent̃ qualitatib. separatosq; fines importãt. fa. in arg. l. in nomine. uers. maxime. C. de off. præf. præt. Afri. Et ex nomine qualitas dinoscitur. l. i. C. de off. præf. urb. l. defensores. C. de defens. ciuit. & fa. not. in tit. quis dicatur March. dux. in usibus feud. ubi dicit Bal. res uel subiectum denominari ex accidente qualitate, intelligiq; res diuersas ex qualitatibus. gl. l. si quis in fundi. ibi Ang. de leg. i. fa. l. si idẽ. C. de codicill. c. cleros. xxi. dist. Si ergo Voßgerland prouincia est, ut putat procurator dñi ducis,

non poterat in Ducatu L. tanquam in uno corpore contineri. Licet errorem procuratoris hoc loco colligamus: mons enim Vosecus, qui in quæstione uertitur, non est prouincia quæ Voßgerland nominetur, sed continetur in prouincia Alsatia, saltem ea parte quæ Rhenum respicit. Sed ista ideo deduximus aliquanto prolixius, ut ex ista crebra uariatione procuratoris dñi Ducis, ex eiusq; dissidentia colligatur, nihil certi haberi quod pro parte domini Ducis, quo ad montem Vosecū & uallem Leuontinam, in iudicio deduci possit, cum nihil sit magis contrarium certitudini quàm uariatio. Card. Clem. i. de renunc. Et licet reus uti possit uarijs uel contrarijs allegationibus, iuxta gl. regulæ, nullus, lib. vi. non tamen auditur uolens probare contraria. Doct. c. imputari. de fide instr. Bald. l. scripturæ. ad fin. C. de fid. instru. Per prædicta docuimus primum fundamētum domini Ducis cecidisse, quod putat Vosecū montem (uel ut procurator suus erranter nominat Voßgerland) & item uallem Leuontinam, intra fines Ducatus L. contineri, cum non solum nihil eo loci pro Duce allegatum, sed & pro parte eiusdem Ducis incerta uariatione demutatum sit. Et insuper pro parte illustrissimi principis nostri, dictum mōtem limitem esse, eiusq; montis decliuia ad uersus Rhenum cum ualle Leuontina in Alsatia contineri, manifestis rationibus sit fundatū. Deinde quod pro parte dñi Ducis obiectum est in uers. secundo quod dicta uallis &c. quod cum ipse eiusq; maiores à tempore memoriam hominū excedente complures actus superioritatis in dicta ualle exercuerint, per quos probet eosdem dños Duces esse dños terræ, siquidem dominiū per facta probari &c. non obstat: quia cum manifeste constet, montem Vosecum ea parte qua Rhenum respicit, cum dicta ualle, in Alsatia, & in terra Imperij Romani contineri: id enim suprà per plura fundatum est: atq; ita illustrissimus princeps, tum ut Romanus Imperator, tum etiam ut feudatarius Imperij, uerus & uniuersalis sit eiusdem terræ dominus, non est possibile quod Dux L. ullam dominij causam eo loci prætendere possit, id quod suprà latius fundauimus. Vnde sit sanè quod Dux & sui maiores prædictos actus superioritatis uetusto tempore exercuerint, nō poterant tamen se facere dominos terrę, cuius dominiū uniuersale apud Imperium illustrissimosq; Duces Austriæ tanquam feudatarios fuerit & durauerit. Proinde ex necessitate inferendū est, Ducem L. quos actus in dicta ualle exercuit, in alieno, nempe Imperij & domus Austriæ exercuisse territorio. Territorium autem uniuersitatem agrorū intra fines dictæ uallis contentorum nominamus, ut est tex. in d. l. pupillus. §. territorium. de uerb. sig.

Et per prædicta non obstant ea quæ ulterius in dicta obiectione opponuntur de §. si quis igitur. in Authen. quib. mod. nat eff. sui. ubi uilla de eius ciuitatis terra dicitur, cui subiecta est, uel cui tributa soluit, cum alijs iurib. illic allegatis: quia huiusmodi iura procedunt, ubi de alterius

dñio

dominio uel iure non constat, & sic in casu dubio. Sed ubi alter est dominus, & de hoc euidenter constet, eo casu dicta iura non loquuntur, obstante perpetuò ea doctrina qua dicit, plures dominos uniuersales eiusdem rei & eodem respectu esse non posse. Et notissima consuetudine patet, incolas alicuius uillæ præstare tributa alicui ciuitati, monasterio, uel alteri, & tamen uillam esse de dominio alterius. Sed opponat pro Duce aliquis, quod cum territorium à iure terrendi, & sic à iurisditione nominetur. Fel. c. Rodolphus. col. xi. de rescriptis. Oldr. consil. clxxvi. incipit, Factum est tale. In uertice &c. unde cum dictus Dux ius terrendi & iurisditionem in dicta ualle habeat, satis posse dici, quod actus superioritatis in suo territorio exercuerit &c. Sed nō obstat: quia territorium dupliciter accipitur. Aliquando impropriè pro iure terrendi uel iurisditione, quo casu districtus & territoriū pro eodem capiuntur. Ioan. And. d. c. cum contingat. de for. comp. c. ij. in fin. de constit. lib. vi. Clem. ne Romani. §. sanè. ibi gl. & Card. iiij. quæstione. de elect. & tunc territoriū separatam causam habet à causa dominij, ut dicunt Oldr. d. consil. clxxvi. & Felin. d. c. Rodolphus. Alio modo territoriū pro uniuersitate agrorū intra fines alicuius loci constitutorū sumitur. d. l. pupillus. §. territoriū. de uerb. sig. & tunc territoriū pro terra sumitur, non pro iurisditione, aliàs frustra quæreretur qualiter iurisditio co hæreret territorio: & hoc casu territorium causam dominij recipit. Nunc in præsentia, si Dux intelligit territorium pro iure terrendi, tunc licet uerū esse possit, quod ipse dictos actus superioritatis in suo territorio exercuerit, tamē hoc cōtra eum maxime militat, quia eo casu dñium à territorio separatur, ut d. consil. Oldr. & Felin. d. c. Rodolphus. & ita etiam Bal. intelligitur c. i. §. è contrario. ad fi. de inuest. de alie. reb. fact. dum dicit, ius terrendi apud unum, mœnia castri apud alium posse consistere. & idem Bald. c. i. quid sit inuest. cum de duobus castrum habentibus loquitur, cum simil. Sin uero intelligat territoriū secundo modo, tunc certū est dictos actus superioritatis in alieno territorio, id est, terra cuius non est dominus, usurpari. Vnde alterutro casu Dux territorium intelligat, non probat causam dominij ad dictam uallem. Nos tamen territoriū pro terra hoc nostro consilio accipimus. 47 48

Nunc ad tertiū domini Ducis fundamentū. Cum enim is Dux suiq; procuratores seu consiliarij, ex actis & ex ueritate rei perpendere poterant, mōtem Vosecū in citeriori parte ad Rhenū uergentē, de qua præsens est quæstio, Alsatia cōtineri, nō in Ducatu L. ut sic cognoscerēt nihil sibi esse dominij in eadem parte Voseci: unde confugisse creduntur ad aliud subsidium, putantes dictos actus superioritatis & eminentiæ, iurisditionis, meri & mixti Imperij, aliorumq; regalium in ualle Leuontina, à uetusto tempore per Duces esse præscriptos, eáque occasione domino Duci ius esse ad mineram, quod & sub eodem nomine regaliū

contineatur &c. ſicut ſuprà in argumẽtis ducalib. latius eſt deductum. Hic antequam reſpondeamus, teſtatum eſſe relinquimus, quod dominus Dux eò quod allegat præſcriptionem, denotat ſe non eſſe dominũ
49 prædictæ uallis: nam dominus rem ſuam propriam factam præſcribere non poteſt. l. ſequitur. §. lana. de uſucap. Quo præmiſſo, ad argumentum prędictum primo reſpondemus. Dato enim quod reſpondemus, Duces L. actus iuriſditionis ſuprà memoratos ultra memoriam hominum exercuiſſe, quia tamen manifeſtum factum eſt montem Voſecum limitem eſſe qui diuidat Alſatiam à Ducatu L. eaq; pars quæ ad Rhenũ reſpicit, unà cum ualle prędentis quæſtionis in Alſatia ſit, relinquitur, dictam præſcriptionem malo & uitioſo initio eſſe cœptam. Dictus enim procurator Ducis aperte confeſſus eſt, ſi comperiatur montem Voſecum eſſe limitem, ut prædicitur, eidem Duci eo caſu nihil iuris in dicta ualle unquam competiſſe uel competere, id quod ſuprà in ſecundo capitulo, in princ. & ſecundo præmiſſo latius deduximus. Apparet ergo Ducem mala fide maloq; initio in dicta ualle prędcribere nihil potuiſſe:
50 nam ex primordio tituli poſterior formaẽ euentus. l. i. C. de impo. lucr. deſcrip. lib. x. arg. in l. iij. §. ſcio. de minorib. Et ſic non obſtat quod prętenditur dictã præſcriptionem eſſe uetuſtiſsimã, ut ſic non egeat titulo, ſed habeat uim pruilegij &c. quia hoc uerum eſſet, ſi de nullo titulo ſeu initio appareret. Sed quia in præſentia pro parte domini Ducis titulus
51 iniquus, & initium ruinoſum in actis deducitur, ceſſat omnis præſcriptio, etiamſi per mille millia annorum duraſſet. & hoc eleganter tenet Laur. Calca. conſil. vi. pen. col. uerſ. ſed qui. Eum loquendi modũ didicit ex gl. fin. in l. qui luminib. de ſeruit. urb. præd. quem loquendi modum Ang. ibidem dicit ſe non legiſſe alibi. & prædicto conſil. ſubſcripſit Dorland. de Curte, & allegant c. fin. de præſcript. & pro hoc conſuluit etiam Soci. conſil. clxxxvij. xi. col. uerſ. tertio ratione deficientis.
52 qui dicit, ad prędcribendam iuriſditionem requiri bonã fidem. per Bal. in l. imperium. de iuriſd. om. iud. quę ſi deficiant, & de hoc conſtet, non præſcribi in æternũ. d. c. fin. Vnde in propoſito, cum Dux L. ultro fateatur ſibi eo caſu quem ſuprà deduximus, nullum unquam ius in dicta ualle cõpetiſſe, conſtat de uitioſa, iniqua & morbida radice, quæ nullo unquam tempore ſanari potuit, mala fide ſemper reclamante. d. c. fin.

Accedat, quod cũ pro parte dñi Ducis in actis de ſuo iure ſæpe uariatum ſit, quia nunc mons Voſecus nominatur prouincia Voßgerland/ nũc dicitur uallis Leuontina in Ducatu includi, alibi autẽ deducitur uallem Ducatui ſubiici, alibi ad Ducatum perrinere &c. id quod ſuprà attigimus: unde conſtat Ducem ſuper iure dictæ uallis & montis fuiſſe in
53 certum. Sed dubitans de ſuis iuribus, non præſcribit, ſecundum Bart. l. naturaliter. de uſucap. Cõcluditur ergo breuib. rationib. actus ſuprà memoratos per Ducem prędcribi non potuiſſe. Sed demus per impoſ-

ſibile,

sibile, quod dictus dominus Dux & sui maiores in ualle Leuontina actus iurisditionis & regalium, quos procurator suus in libello memorauit, uetustissimo tempore præscripsisset, ista tamen præscriptio ei non prodest, nec porriget effectum ad ius mineræ prædictæ in alieno territorio fodiendæ. Nam iuris est receptissimi, quod præscriptio tanq̃ iniquum prę̃sidiũ (in Auth. ut ecclesia Romana.) strictissimi iuris sit, & nõ extendatur ad non possessa. Vulgò enim dicitur, tantum præscriptum 54
quantum possessum. c. auditis. ibi Innoc. Doct. c. cum olim. Innoc. c. ad audientiam. de præscript. & fa. regula, sine possessione. de reg. iur.
10 in vi. Vnde dicit Bar. in l. i. §. si quis hoc interdicto. de itin. actúque pri. si quis præscripsit ius pedagij in rebus certis, non posse pedagia exigere in rebus alijs. & Ioan. And. in d. c. auditis. si prælatus in loco aliquo ius uisitandi præscripserit, petere procuratorem uigore eiusdem præscriptionis non poterit, si nõ fuerat procuratus. Et Card. Clem. i. de renunc. præscribens institutionem, nõ habere ui eiusdem præscriptionis potestatem destituendi eundem. & ibi Paul. de Liaz. qui allegat l. fi. C. de annal. except. c. uigilanti. de præscript. Et dicit Card. Cle. i. viij. col. de suppl. negl. prælat. rectorẽ ecclesiæ qui ius instituendi præsentatum prę̃scripserat, data prę̃sentationis negligẽtia, quia nõ prę̃sentarat intra
20 legitimũ tempus, nõ posse eidem, beneficio, ut eiusdem prę̃scriptionis, prouidere. allegat Innoc. d. c. fin. de off. archid. in gl. mag. Porrò & episcopus qui præscripserit ius instituendi in aliqua ecclesia alterius diœcesis, non poterit ex hoc iure prę̃scripto recipere resignationem illius instituti. Dominicus de S. Gemi. in c. quod in dubijs. de renunc. Ioan. de Ana. c. cum ex iniuncto. in gl. fin. de hæret. quæ iura non solum cõmuni præscriptione, sed & in ea procedunt quæ ultra memoriam hominũ 55
porrigat̃, cum & ipsa sine possessione non procedat. d. regula. sine possessione. quæ loquitur generaliter, ut ita sit generaliter intelligi. l. i. §. generaliter. de leg. præstan. Ad prædicta addimus Soc. consil. cclxxv.
30 col. iiij. uers. præterea etiam dicendum. qui allegat Domin. in c. episcopus. de suppl. negl. prę̃lat. lib. vi. Innoc. c. in tua. de deci. Abb. c. cũ contingat. eod. tit. & fa. quæ traduntur per Anton. de Butr. c. fin. de consuet. cum similib. Et prædicta maxime procedunt in præsenti casu quo Dux L. præscribens, contra se habet dispositionem iuris cõmunis in alieno territorio præscribendi, in quo Cæsar cõtra quem præscribit habet intentionem iure cõmuni fundatam. Et hoc in præscriptionib. cõsiderari docuit pulchra gl. in c. i. de præscript. lib. vi. Nam si extendere 56
tur præscriptio, ius cõmune tanto plus uiolaretur. Vnde dicit Panor. c. fin. ut lite pend. si monachi decimas in ecclesia parrochiali præscri-
40 psissent, id ius nõ extendi ad nouales, quę de iure cõmuni ad parrochiã spectant. d. c. cum cõtingat. de decim. In proposito ergo, sit sanè quod Duces L. præscripserint aliqua regalia seu iurisditiones & superiorita-

tes in ualle Leuontina, ea tamen præſcriptio ad mineram manus non porrigit, ne ius Cæſaris, quod per præfatos actus occupatos, læſum et uiolatum eſt, iſta extenſione plus uioletur. Et licet Dux Albertus de huiuſmodi regalib. minerę ſe cœperit intromittere, occupãdo poſſeſsionẽ uel quaſi eiuſdem iuris, per quam ius Cæſaris cœpit inuadere, hæ tamẽ mineræ legitimo tempore non ſunt poſſeſſæ, ergo nec præſcriptæ. d. regula, ſine poſſeſsione: adeoq; quod poſſeſsio nõ abſtulit, cur auferret præſcriptio? l. nec utilem. ff. quibus ex cauſis maio. Quod autem in
57 argumento ſuprà deducto obiicitur, ex præſcriptione ſpecierum reſultare præſcriptionem generis, ut ita qui regalia in ſpeciebus certis præſcripſit, etiam in aliis cenſeri præſcripſiſſe, per Bald. in diſputatione ſua Appulus &c̃. maxime quod regalia omnia, ſicut procurator Ducis in actis deduxit, eiuſdem naturæ, conditionis & qualitatis: nec ſpeciebus illæ eatenus differunt, quod aliter de una quàm de alia ſit iudicandum &c̃. Denique ex doctrina Innoc. in d. c. dilectus. de capell. monach. fun
58 dari uidetur pars aduerſa, qua uult, poſſeſsione unius actus acquiri ius uniuerſale, dummodo poſsidentis intentio ſit utendi iure ſuo, quo ad uniuerſalem iuriſditionem: adeoq; in caſu noſtro, uſu aliquorum regalium ius uniuerſale ad omnia ſit acquiſitum &c̃. ſicuti ſuperius hæc omnia in tertio argumento ſunt latius deducta. Sed certe nõ obſtant: & eſt aduertendum, quod genus uariè ſub ſe ſpecies habet, ſecundũ quod Iuriſtæ de hoc loquuntur. Eſt enim genus generaliſsimũ, quod ſub ſe ſpecies habet diuerſæ naturæ & ſeparatas, ut animal ſub ſe habet hominem & equum: quæ ſpecies etiam efficiuntur genera, & dicuntur ſubalterna. Sedenim quodlibet ſub ſe corpora habet ſeu indiuidua, ut homo plures homines, equus plures equos. l. Meuio. ubi eſt eleg. text. §. duorum. de leg. ij. Nunc cum dicitur, ex præſcriptione reſultare præſcriptionem generis, uerũ eſt de genere ſubalterno, quod ſub ſe corpora ſeu iura habet eiuſdem ſpeciei: non autem procedit de genere generaliſsimo: quia hoc diuerſas & ſeparatas ſpecies habet, ubi ex occupatione unius, non fit extenſio ad aliam ſeparatam ſpeciem. Et ad hoc uidetur poſſe applicari, prout iura intelligũt illud Porphyrij in Iſagoge, diuerſorũ generum nõ ſubalternatim poſitorũ, diuerſas eſſe ſpecies. Nam ſpecies genera ſubalterna in iure noſtro dicuntur, licet ſub ſe non habeant niſi indiuidua. Vnde ea quæ numero differunt, ſed eiuſdem ſunt ſpeciei, uti ſunt indiuidua, faciũt in iure noſtro genus ſubalternũ: ea uero quæ ſpecie differunt, genus generaliſsimũ. Exemplo poteſt res fieri manifeſta. Regalia ſunt genus generaliſsimum, ſicut nos in iure utimur, quia continent ſub ſe flumina, uectigalia, bona uacantia, mulctarum compendia, argentarias &c̃. iſtæ ſunt ſpecies reſpectu generis generaliſsimi, ſcilicet regalium, ſeparatę tamen, & ſunt genera ſubalterna reſpectu indiuiduorũ. Nam quodlibet regale ſub ſe habet indiuidua,

ut ſub

ut ſub uectigalib. ſunt illa uel hæc uectigalia, huius uel alterius mercis, ſunt tamen omnia eiuſdē ſpeciei, item eiuſdē generis ſubalterni. Nunc ſi unum uel plura ex his regalibus præſcribantur, certe per hoc non fit extenſio ad alias ſpecies uel genera ſubalterna, id eſt, ad alia regalia. Quapropter qui merum imperiū, qui bona uacantia, qui uectigalia prę ſcripſit, non dicitur propterea prę ſcripſiſſe mineras, flumina, uel alia regalia tanquam diuerſæ ſpeciei. & ita intelligi cōueniet quod ſuprà ſcripſimus & fundauimus, præſcriptionem non extendi, ſcilicet ad ſpecies ſeparatas. Sin uero quis bona uacantia præſcripſiſſet, is, qualitercunq; bona uacarent, præſcriptione iuuaret, ſiquidem omnia eiuſdem eſſent ſpeciei. Sic qui mineras prę ſcripſit, is auri, argenti, ferri &c. mineras colligeret, quod omnia eiuſdem forēt ſpeciei, nempe metalla: & item quocunq; loco ſuæ ditionis minerę enaſcerent, ad eū pertinerent. Dari etiā exemplū de iuriſditiōe poteſt, prout generaliter ſumit: ea em̄ eſt genus generaliſsimū, quia ſub ſe habet merū & mixtū imperiū, & ſimplicē iuriſditionem, quæ ſunt ſpecies ſeparatæ. Certe qui iuriſditionem præſcripſit, ea præſcriptio nō extenditur ad diuerſam ſpeciem meri uel mixti imperij, ſed ad omnes actus extenditur qui ſunt eiuſdem ſpeciei, uel generis, ſcilicet iuriſditionis. Ea enim iura numero differūt, non ſpecie. Et eo modo eſt intelligendus Inno. in d. c. cum dilectus. ubi uoluit, uno actu omnem iuriſditionem acquiri, ſi toto ſit propoſitum poſsidentis. Intelligi enim oportet omnem iuriſditionem eiuſdem ſpeciei, nō diuerſæ uel ſeparatæ. & ita eum declarat Cyn. in l. i. ad fi. C. de emancip. lib. cum dicit, eum qui exercuit iuriſditionem contra certas perſonas uniuerſaliter & tanquam iudex uniuerſalis animo exercendi contra quoſcunq;, cum caſus occurrerit, licet de facto contra certos exercuerit, acquiri tamen contra omnes qui ſub tali iuriſditione poſſunt comprehendi. allegat l. peculium. l. grege. de leg. ij. quod & ibidem Salic. ad fin. ſequitur: cui addimus conſil. iij. pen. col. uerſ. ſolum ergo. qui prædicta pulchre declarat. Cauſæ pecuniariæ cū prę ſcribunt, iam ſecundum eos ius in omnib. pecuniarijs acquiſitū eſt, nō autē in criminalib. quæ ſunt meri imperij. Quamuis Inno. caſu, quo in aliquo loco nō eſſet alius poſſeſſor, putet ex præſcriptione cauſarū ciuiliū, etiā ius ad criminales acquiri: ſed hoc non eſt tutū, & nos ſuprà contrariū docuimus: quia inter ſpecies ſeparatas nō dat extenſio in prę ſcriptione: quæ eſt ipſa ueritas. 60
& ita tenuere Cyn. Sali. Soc. locis ſuprà allegatis. Eſt tamen uerū quod inter Doct. diſceptat, an Imperator conceſſa iuriſditione, intelligat conceſſiſſe merū & mixtū Imperiū: quo loco Oldr. cōſil. cclij. Ioan. And. in addit. ad Spec. de iuriſd. om. iud. prout eos alleg. Laſ. in d. l. imperiū. ij. col. uerſ. ex hoc. ultra alios tenuere, merū et mixtū imperiū cōceſſum intelligi, q̄d beneficia principis ſint latiſſime interpretāda. E diuerſo Bal. in c. quanto. pen. col. de iud. negat uenire merū & mixtū imperiū, etiāſi 61 62

Imperator omnẽ inriſditionẽ conceſſerit: nam nõ includunt ea quę ſpecie differũt, ſicuti laſ. latius loco prędicto tractat. Sed hæc nihil ad præſentia faciũt. Dato em̃ quod uera ſit ſuperior opinio (licet laſ. Baldũ ſequat) tamẽ ibidem de cõceſsione Imperiali tractat, quę recipit latiſſimã extenſionẽ. Hic autẽ de prędſcriptione loquimur, quæ, ut odioſa, ad diuerſas ſpecies nõ extendit. Prędictã doctrinã, qua diximus prędſcriptionem ad ſeparata nõ extendi, aliꝫ aliter declarãt. Nam cõſiderandũ eſſe uolunt, quãdoq; plures actus particulares unã habere originẽ, ſiue unã cauſam: & ſic ſi unus actus exerceat, quæri poſſeſsionẽ totius iuris, quę ſit origo particulariũ actuũ, ut ſuprà patuit exemplũ de prędſcriptiõe iuriſditionis in cauſis pecuniarijs. Illos em̃ actus in origine ſiue cauſa habere cõnexam ſimilitudinẽ, & ſeſe quadã indiuiduitate contingere. Dicit em̃ Panor. in c. dilecti. de arbit. conſuetudinẽ circa unũ actũ, ad alium extendi qui includat in origine, tanq̃ pars ſub toto. allegat Cyn. in l. ſi. C. quæ ſit long. conſuet. Ioan. And. in c. tua. de decim. Qui enim in agro decimas præſcripſit dum ſeminaretur triticũ, ſi poſt ſeminetur milium, decimas leuabit. Et dicit Panor. in c. cum ueniſſet. de inſtit. uerſ. notabis tamen. quod præſcripta inſtitutione, præſcribi cuſtodiam eccleſiæ uacantis tanquã partem ſub ſuo toto. pro quo fa. elegans doctrina Bart. in d. l. imperium. circa tertium & ultimũ punctum, quod abſoluere & condemnare ſint eiuſdem originis & ſpeciei, ut ſic præſcripta facultate condemnandi, & abſoluendi præſcribatur. Eam enim iuriſdicendi facultatem præſcribi per actus eiuſdem ſpeciei, etiam ſi non ſint uniformes, quod natura præſcriptionis nõ ex uniformitate actuũ, ſed ex originis identitate cenſeatur: quapropter condemnare & abſoluere, non differre penes ſpeciem, ſed penes formam pronũciandi. Secus autem eſt quando actus in ſua origine ſeu cauſa ſunt ſeparati, in quib. nõ datur uel concurrit niſi uaga quædam & uelut umbra generalis ſimilitudinis, quod ſuprà nominauimus genus generaliſsimũ: non autẽ concurrit connexitas in ſpecie originis. Iſto enim caſu procedit quod ſuprà ab initio diximus, poſſeſſum ſeu præſcriptum in uno, non extendi ad aliud non poſſeſſum. pro quo facit illud quod eleganter uult Feder. de Sen. conſil. cxxx. incipit, Factum tale eſt: quędam domus. Epiſcopus enim in hoſpitali leproſorum, qui erat locus prophanus, non eccleſiaſticus, nec ei ſubiectus, præſcripſerat iure exigendi tum derelictis eidem loco, & ſic ius epiſcopale præſcripſit: certe non poterat propterea in dicto loco alijs uti iuribus epiſcopalibus, quibus utebatur in hoſpitalib. ſibi ratione dicœceſis ſubiectis. Nec enim propter hunc ſeparatũ actum præſcriptum, debebat dictum hoſpitale ei in alijs ſubeſſe iure cõmuni. fa. Ioan. And. poſt Hoſtien. c. iiij. de relig. dom. & Paul. de Liaza. Cle. literas. de præbend. Nõ enim erat in originali cauſa cõnexitas nec identitas, cũ alijs iurib. epiſcopalib. ſed erant ſpecies ſeparatæ, licet remota

63

10 20 30 40

ſimili-

similitudo nominis generalis, nēpe iuris episcopalis, in eis dareť. Separatas aũt esse species huiusmodi iuriũ episcopaliũ, in hoc patet, quod aliqua procedũt à lege diœcesana, aliqua à lege iurisditionis, ut per Doct. in c. dilectus. de off. ord. Et proinde ius episcopale genus est generalissimũ, multas & diuersas sub se habens species. gl. d. c. dilectus. de capell. monach. in quib. de uno ad alterã, nõ ex recepta extẽsio. Et licet Panor. in sua quęst. incip. Duo clerici ordine insigniti &c. iiij. articulo. pen. col. putet sufficere cõtiguitatẽ in genere, ita quod possessio unius articuli extendať ad aliũ eiusdẽ generis, per gl. Inno. in d. c. dilectus. intelligendus tamẽ est sensisse de his quę sunt eiusdẽ generis subalterni: hoc ẽm idem est ac si diceret eiusdẽ speciei. Ea ẽm quæ huiusmodi generi subalterno uel speciei subsunt, sunt indiuidua, eandẽ speciẽ referentia. quod, nisi sic intelligať, suũ dictũ tanq̃ absurdũ & à cõmuni Doct. doctrina alienũ, nõ procederet. Nunc in proposito regalia (quorũ appellatiõe omnia 64
reseruata principi ueniũt. Bal. c. iij. de off. leg.) licet uno nomine generali appellenť, habet tamen unũquodq̃ regale diuersam originẽ & causam ab uno, q̃d ex actib. regaliũ clare perspiciť, qui nõ omnes ad unam causam seu speciẽ respiciũt, sed origine, causa & specie separanť. Imò & regalia in ipso genere à diuerso fonte procedunt: quia aliqua à suprema principis potestate procedũt, ut creare tabelliões, et legitimare spurios, minerę &c. quæ Paris de Puteo. in tract. de syndicatu, in rub. de excess. Baro. nominat mere regalia. Alia procedũt ab uniuersali dñio Imperatoris, ut flumina, uię publicę, uectigalia &c. pro quo And. de Iser. põderat §. sed q̃d principi. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. Quę cum ita sint, et regalia in ipsa origine, item in specierũ diuersitate separenť, nemo iustẽ dicet Ducem L. si quædã regalia præscripsit, etiã minerã præscripsisse.

Supradicta aliquãto prolixius tractauimus, ut per hoc error procuratoris ducis euidẽter cõuinceret, qui putauit omnia regalia unius esse speciei, & de uno iudicari sicuti de alio: quæ assertio, prætercq̃ quod nullo iure probať, sensui tamẽ & rationi, nedũ iuris ueritati repugnat, ut per supradicta latissimè est tractatũ. Quod autẽ pro parte Ducis in actis prætendit, eum uti regalib. ut Ducem L. posse, uigore inuestituræ &c. non obstat: quia inuestitura, si quam habet, comprehendit Ducem L. non terras Imperij, & sic ad uallem Leuontinam porrigi non potest: quia limitata causa, limitatũ parit effectũ. l. iij. C. de transact. Et quam- 65
uis aliqua Dux in eo territorio uallis regalia usurpauerit, non tamen ut Dux L. quasi ea terra in Ducatu L. cõprehenderet usurpauit, aliàs frustra prę scriptionẽ allegaret, utpote quod nemo rem suã propriã prę scri- 66
bere potuisset. d. l. sequit. §. lanã. de usucap. Proinde dictus Dux quicquid in alieno illo territorio præscripsit, tanq̃ quilibet alius, & non ut Dux L. præscripsit. Nec enim nouum est, quod actus qui ad certã qualitatem respiciunt, à te fieri possunt tanquã ab alio. l. item eorũ. in prin.

ff. quod cuiusq; uniuersit. no. l. debitor. §. fin. ff. ad Trebell. l. iij. §. sed et si quidem. ff. iud. sol. l. si paterfa. §. qui duos. de adopt. cum simil. Et hoc est quod bene & fundate in actis in replica pro parte principis nostri illustrissimi deductū est, in uers. Vff den artickel. etc. ubi dicitur, Wol lasst mañ ihn ein landsessen sein wie andre im Leuontinerral/vnnd gebrauchen was von alter sich gebraucht hatt etc. quod perinde est ac si diceretur, in actibus regalium seu alijs iuribus præscriptis relinquitur Duci tanquam cuilibet alij capaci, utile dominiū particulare, nempe in iuribus occupatis: sed quod ut uniuersalis dñs terræ, seu ut Dux L. (id est, ratione Ducatus L.) quicq; iuris in dicta ualle habeat, hoc negat, scilicet quod nihil pro Duce probatum sit, & præscriptio eum in minera iuuare non possit, & manifeste appareat quis sit eius uallis uerus & uniuersalis dominus. Et putamus dictam replicam in omnib. diligenter esse attendendam. Et per prædicta etiam non obstat quod suprà obiectum fuit, mineram esse fructū terræ, eaq; ratione ad Ducem pertinere &c. quia iam sæpe declaratum est, Duci in dicta ualle tanquam in alieno territorio nihil aliud competere, quàm quod per eum suosq; maiores præscriptum est. Quo autem iure minera censeatur, Doct. tractant in tit. quæ sint regal. Nam si minera nascitur in locis seu prædijs Imperatoris, ad eum pertinet, habetq; Imperator in eis ius fundatum. Et hoc in proposito locum maxime habet. Vallis enim Leuontina cum in Alsatia sita sit, ad Imperiū pertinet, & sic ad feudum domus Austriæ, ut adeò intentio Cæsaris (quod sæpe repetimus) iure cōmuni sit fundata. Sin uero minera in prædijs priuatorum enasceretur, ad dños prædiorū pertineret. & ita tenet Andr. de Iser. d. tit. quæ sint regal. in uerb. argentarię. & sequitur Iacob. Alua. Iacobin. de S. Georg. in tract. feud. in gl. super uerbo, cum argentifodinis. & allegat Dn. Flor. de S. Petr. in l. sed si inter duos. aliàs l. æquissimū. §. inde quæsitū est. ff. de usufru. & Mart. Laud. Non enim debent ll. corrigi, quæ priuato ius in suis prædijs cōcedunt. Deniq; & propter
68 auaritiam non debet fisci haberi ratio. l. si quis in suo. C. de inoff. testa. Instit. quibus modis test. infirm. §. fin. quæ doctrina rationem habet, quicquid contrà sentiat Paul. de Cast. in d. l. diuortio. §. si uir. sol. mat. Dicunt tamen Iacob. Aluar. & Præpos. Alex. in d. c. i. in uerb. argenta
69 tariæ, aliquam partem etiam ex priuatis prædijs deberi Imperatori, si esset consuetudo. allegant l. i. l. cuncti. C. de metall. lib. xi. quam portionem in signum supremæ potestatis percipi, non est improbabile. d. l. i. & fa. d. l. inter publica. in fin. de uerb. sig. Per supradicta etiam alia motiua Ducis tolluntur, quibus putat, contra Romanū Imperatorem regalia tam uetusto tempore, etiam sine eius scientia, prescribi potuisse &c. Sit sanè hoc uerū, nihil tamen Duci suffragatur; quippe quod præscriptio certorum regalium, ad alia quę sunt diuersæ & separatę speciei non extendatur, ut suprà probatum est.

Tan-

Tandem ad quartum Ducis fundamentū uenientes, aduertendum eſt, procuratores Ducis perpendere potuiſſe, quod Dux præſcriptione non iuuaretur: unde ab eo refugio pro eius parte receditur, & adducitur conſuetudo &c̄. Putat enim procurator Ducis, quod cum ipſe ſuiq; maiores à uetuſtiſsimis temporib. memoriā hominū longe excedentibus, uſi ſint regalib. alijsq; actibus eminentię in dicta ualle, conſuetudinē eſſe introductam, qua Duces L. etiamſi nullam haberent inueſtiturā, muniti ſint: quæ cum ſit potentior præſcriptione, ut ex Oldradi, Baldi, & Socini conſilijs ſuprà allegatis conſtat, facile ad mineram extendatur &c̄. Sed certe quicquid eam in partem obiectum eſt, nihil obſtat. Nec enim Dux ulla contra Cęſarem conſuetudine defendi poteſt: quod facile euincitur, ſi ad differentias quæ ſunt inter præſcriptionem & conſuetudinem reſpexeris. Nam præter alias hæc præcipua eſt, quod ea quæ præſcripta ſunt reſpectu uniuerſorum, nō reſpectu certæ perſonæ, illa dicuntur conſuetudine introduci. Bald. in Authent. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. & uidetur de mente Innoc. c. fin. de off. archid. in gl. mag. uerſ. ſi opponas. Ioan. And. in c. non eſt. de conſuet. lib. vi. Sed quando uſus de certa perſona in aliam certam perſonam determinatur, ita quod perſona quæ acquirit, & ea cōtra quam ius acquiritur, certa ſit, tunc eſt prę̄ſcriptio. Ioan. And. Ant. de But. Panor. c. fin. de conſuet. & ſa. Bart. conſil. ccxxvij. incipit, Capitaneus patrimonij. Bald. in rub. C. quæ ſit long. conſuet. Fran. de Aret. cōſil. xxiij. incipit, In præſenti conſultationis. uerſ. ſed quando uniuerſitas. Poteſt ergo actuum frequentia una ratione inducere cōſuetudinem, alia ratione præſcriptionem. In quo genere conſuetudinis dicit Bal. in d. diſputatione, Appulus caſtrū. uerſ. octauo probatur. col. v. duo conſiderari. Vnū, prout ab uniuerſis in perſonā poſsidentem uel iurib. utentem obedientia præſtatur, & hoc modo dici conſuetudinem uniuerſorū. per l. uenditor. §. conſtat. ubi eſt tex. elegans. ff. cōmunia præd. Alterum, prout à poſsidente, in præiudicium tertij, ius uſurpatur, & tunc prę̄ſcriptionē dici, quod à certa perſona poſsidente, & in tertiam perſonam certam, & contra eam actuum frequentia dirigatur. Nec enim fieri poſſe (Bal. loco prædicto ſubiungit) quod Titius poſsidens & Seius patiens conſuetudinem introducant, quæ doctrina etiā alijs iurib. fundatur. Nam in c. fin. de conſuet. dabatur Canonicis antiquioribus ius optandi melio res præbendas uacantes: conſuetudo dicitur, prout uniuerſos Canonicos reſpexit: ſed prout reſpicit eos qui ad prę̄bendas reciperent̄, ſeu eas impetrarent, præſcriptio nominabitur. & ita Domi. de S. Gemi. declarando d. c. fin. defendit, ne dicatur impertinenter ſub rub. de conſuet. collocatum, quaſi præſcriptioni ſoli nitatur. Hoc enim uerum eſt, quo ad tertios quibus ius quæri debebat in beneficijs uacantibus: ſed quo ad Canonicos eſt cōſuetudo. Sic ſi epiſcopus prę̄ſcribat, ut ſolus poſsit

70 71

corrigere exceſſus ſubditorum ſine capituli conſilio, ſi conſideres epiſcopum, ut certam perſonam cui acquiritur, & capitulum contra quos acquiritur, ut certam perſonam, ſaltem repręſentatiuè & fictè, iam dicetur præſcriptio. Cæterum ſi cõſideres epiſcopum quo ad ſubditos qui pro exceſsibus corrigendi ſunt, tanquam uniuerſæ & incertæ perſonę, tunc conſuetudo dicetur. ita Ioan. And. Domin. de S. Gemi. in c. iĩ. de conſuet. lib. vi. Abb. in d. c. fin. extra eo. & ibi Innoc. viĩ. col. Sic in propoſito, ſi in illa poſſeſsione iurium quæ dicit̃ præſcripſiſſe Dux L. conſideres perſonam Ducis cum ſubditis prædictę uallis, conſuetudinem nominari poſſe non negamus, de qua tamen nihil ad propoſitum: quia Ducí cum ſubditis nulla lis eſt, ſed cum Cæſare. Vnde ſi cõſideres Ducem ex perſona ſua quæ certa eſt, & è diuerſo perſonam Cęſaris contra quem poſſeſſum eſt, quę etiã eſt certa, hic dicet̃ uera præſcriptio. Vnde quicquid Dux cõtra Cęſarem cõtrouertit, neceſſe eſt in uim præſcriptionis, non autem conſuetudinis nomine tueatur. At Ducis præſcriptio quam in quibuſdam iuribus iactitat, Cæſari in minera non præiudicat, per fundamenta quæ ſuprà in obiectione ſecundi argumenti deducta ſunt. Quapropter conſuetudo cõtra Cæſarem noſtrum Ducis nomine allegata, non immeritò in actis negata eſt. Quæ cum ita ſint, omnia in eam partem allegata cadunt. Loquuntur enim in caſibus & perſonis in quibus & contra quas potuit introduci conſuetudo, ut eo fine conſuetudo uim conſtituti habeat, ad æquiparata extendatur &c̃. Vtatur ergo Dux conſuetudine contra incolas uallis Leuontinæ ſicut decuerit, at contra Cæſarem nihil uſurpet conſuetudinis. Et per hoc non minimum fundamentũ Ducis ſubuertitur, cum procurator eius in actis in replica ſua ſe finaliter, non in præſcriptione, ſed in conſuetudine fundaſſe intelligatur. Quod autem nouiſsimè pro parte Ducis prætenditur, quod is mineram aliquod annos pacificè poſſederit, ſaltem ad uiginti annos, ut procurator putat, ut ſic Cæſari non licuerit eum turbare in poſſeſsione ſua &c̃. nihil eſt: tum quia iniuſta poſſeſsio contra uerum dominũ nihil proficit, arg. d. c. cũ eccleſia Sutrina. c. cum dilectus. de cauſ. poſſ. & propr. c. licet. de probat. l. poſt ſententiam. C. de ſent. Bal. l. incerti. in pen. col. C. de interd. Et licet propter ordinis ſolennia cauſa poſſeſſorĩ aliàs præmittat̃. l. ordinarĩ. ibi Doct. C. de rei uend. iſta tamen ſolennitas in præſenti cauſa non curatur, in qua ſola ueritate facti procedendum eſt. c. ad petitionem. de accuſ. Et maxime, quia compromiſſum clarè ſonat, in petitorio tantũmodo eſſe pronunciandum. Nam in uerſ. cõpromiſsi incipiente, Dieſelben ſechſte etc. ibi, Wo aber die gütlicheit nit verfangẽ etc. expreſſe cauetur ſententiãdum eſſe ſummariè de plano, ſine omni ſolennitate, utri ex partib. minera prædicta iure dominĩ cedere debeat: qui tenor compromiſsi ſeruandus eſt ſtrictiſsimè. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbit. Quæ cũ ita ſint, uidere licet

quàm

quàm inepte egerit procurator dñi Ducis, qui licet in narratione libelli ad causas dominij respexerit, tamẽ in solam turbationẽ possessionis petitionem suam conclusit, contra tenorem cõpromissi, quod super possessione non est erectum. Et quia libellus penes conclusionem attenditur, ut aptus uel ineptus iudicari possit, Innoc. c. super literis. de rescriptis. gl. c. hoc qui præpo. in q. vi. Bald. l. nec quicquam. §. ubi decretũ. de off. proconsul. idem Bal. c. i. de except. cum multis simil. Vnde non iniuria, principis causa, primo limine, propter ineptũ libellum cadere deberet, nisi inter principes controuersia ageretur. Et sic sola facti ueritate inspecta proceditur, quo casu etiam sine conclusione procedi poterat. Innocent. & Doct. late in c. i. de lit. contestatione. Sumitur tamen coniectura ualida contra Ducem Albertum, quod in causa dominij se deficere intelligat: quia contra tenorem compromissi super possessione cõcludit: quia iugum mõtis Voseci limes est disterminãs Ducatũ L. ab Alsatia, & quia ea pars montis quæ ad Rhenũ respicit, cum ualle Leuontina, in Alsatia sita sunt. Deniq; et fama et opinione circumcolentiũ hoc compertum sit: quia etiam monetæ usus, quia terræ uallis attiguæ, quæ ad Alsatiã pertinent, hoc euincũt. Et cõsimiliter procurator Ducis in casu qui suprà deductus est, cõfitet se nihil iuris ad uallem habere: atq; adeò præscriptio quæ pro parte Ducis allegatur, & uitioso & iniquo titulo procedit, & aliàs Duci quo ad minerã prodesse non posset, cum præscriptio ad separatas species possessas non extendatur. Et tandem, quia Dux nec ulla contra Cæsarem consuetudine niti potest: quæ si aliqua constat, subditos, nõ Cæsarem respicit. Proinde ex omnibus illis sic collectis, cõcludimus, domino Duci ad mineram præsentis quæstionis nihil iuris esse, nec ut domino terræ dictæ uallis, nec uirtute præscriptionis, nec ui consuetudinis: & sententiam pro illustrissimo principe nostro esse ferendam, ut qui iure & ratione exigente, meliorem foueat iustitiam. VDAL. ZASIVS.

Summaria Consilij decimiseptimi.

1 Ex illegitimo toro natus, si sine liberis legitimis decedat, qui succedant.
2 Coitus damnatus nullam cognationem admittit.
3. 5 Bona uacantia deuoluuntur domino territorij iure superioritatis, nec repræsentant personam defuncti, & quatenus locum habeat.
4 Fiscus non succedit iure hæreditario, nec est hæres nominandus.
6 An dominus territorij qui bona uacantia cõfiscauit, creditoribus defuncti respõdere teneatur.

CONSILIVM XVII.

DECESSIT superioribus diebus quodam in territorio sacerdotis filius, relictis partim eo in territorio, partim in alieno, bonis. Quæritur primo, an dominus territorij huiusmodi defuncto succedat, bonáque defuncti tanquam

uacantia ad eum deuoluantur. Secundo, an dictus dominus in omnibus bonis ubicunq; sitis succedere, eaq; uendicare & confiscare possit: an uero quilibet dñs in bonis suo territorio subiectis succedat. Tertio, an dominus tali defuncto succedens, æs alienum defuncti ante omnia dissoluere teneatur. Ad quæ dubia breuiter respondeo. Primo, quãuis uerum sit, quod si ex illegitimo toro natus (dummodo ex soluta natus, uel uulgò conceptus sit, quales sunt spurij) sine liberis legitimis decedat, matre aut fratribus eadem matre natis superstitibus, ijdem succedant, non dñs loci. l. hac parte. & ibi gl. l. si spurius. ff. unde cogn. Alexan. consil. clxxiiij. col. ij. in v. part. Tamen ex damnato coitu nati, quales sunt filij sacerdotum, c. cum multæ. xv. q. viij. fa. c. i. cum gl. de fil. presb. relicta etiam matre, aut fratribus eadem matre genitis, ijdem succedere talibus defunctis non possunt. Nam damnatus coitus sacerdotum, monachorũ, monialiũ et similiũ, usqueadeò est odiosus in iure, ut nullam cognationem faciat, aut admittat. in Authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. fin. & ibi gl. super uerb. participium. Alex. d. consil. clxxiiij. Vnde quum in casu proposito de filio presbyteri quæstio sit, nemini dubium esse debet, quin dominus territorij eiusmodi bona tanquam uacantia confiscare possit, quum habeat regalia ab Imperatore, exclusis matre, fratribus, alijsq; cognatis. Alex. d. consil. clxxiiij. In secũdo dubio, an dñs territorij omnia bona huiusmodi defuncti, etiã in alieno territorio posita, uendicare possit. Tametsi hæc quæstio altius repeti posset, tamen quantum ad præsens institutum sufficit, ita cõcludo. Bona uacantia deuoluuntur domino territorij iure superioritatis, nec repręsentant personã defuncti. Alex. in addit. ad Bar. in l. fi. ad fi. de solu. Fiscus enim proprie loquendo, non succedit iure hæreditario, nec est hæres nominandus. gl. in l. non intelligit. §. cum ex causa. ff. de iur. fisc. Roma. consil. lxxiij. in prin. Vnde dici nõ potest, dominũ territorij tanquam hęredem, ubiuis locorũ posse hęreditatem ~~suam~~ uendicare, quũ bona uacantia, uti paulò ante dictum est, non repręsentent personã defuncti, quod uerum est, quo ad qualitatem successionis. Sed nihilominus bona mobilia & debita per eum relicta, etiam si sint in alieno territorio, ex persona defuncti nomen sumunt, eumq; solum respiciunt, nec alieno territorio cohærent: unde censentur in ipso territorio domini loci, in quo defunctus decesserit, esse relicta, nec dominus alieni territorij se de eis intromittere potest. ita eleganter Alex. in consil. xxxi. in i. part. & consil. cxi. in iij. parte, qui hæc subtiliter probat ex sententia Doct. Proinde quod dicitur, bona uacantia nõ repręsentare personam defuncti, intelligendum est de repręsentatione hæreditaria, & quia successio quam habet dominus loci, in uim regalium ei competit, non ex titulo proprie hæreditario, ut habetur in usib. feud. in tit. quę sint regalia. Cæterum quod ad bona immobilia defuncti diuersis in districtibus relicta attinet,

attinet, certū est quemlibet dñm in bonis suo territorio subiectis succe dere: quia bona uacantia immobilia territorio in quo iacent cohęrent, non habita ratione quis fuerit defunctus, aut ubi mortuus sit. Quum enim defunctus nullum hæredem proprie habeat, bona eius immobi lia neminem alium, nisi territorium in quo iacent, respiciunt, ut meritò dominus cuius est territorium, in uim iuris realis (quum eo casu nō re pręsentetur persona defuncti) succedat, si habet proprium fiscum iure uel consuetudine: alioqui succederet princeps terræ, ut per supradicta satis probauimus. & faciunt quæ traduntur per Bart. in l. i. ad fin. C. de
10 sum. trin. & fid. cath. In tertio dubio, an dominus territorij qui bo- 6
na uacantia cōfiscauit, creditoribus defuncti respondere teneatur: bre uiter respondeo, dubium nō esse quin teneatur. Quamuis enim suprà satis deductum sit, fiscum non esse proprie hæredem, quum ex ui rega lium succedat: tamen pro tanto habetur pro hęrede impropriè loquen do, quod iura personalia, scilicet credita & debita, actiue & passiue in eum transeunt: id quod indubitatū est, si defuncti bona omnia in unius domini territorio & districtu sita sint. Cæterum si talis defunctus diuer sis in territorijs bona habeat, eaq; secundum ea quę suprà dicta sunt, ad diuersos dominos deuoluantur, quis tunc creditoribus defuncti satis-
20 facere debeat, inter Doct. non conuenit. Sed uerior receptiorq; senten tia est, eo casu debita & credita diuidi inter dominos, non habita ratio ne territoriorū, ut quidam putabant, sed iuxta quantitatem bonorum in hoc uel alio territorio inuentorū, debita ab hoc uel illo dño soluūtur, ut qui magnam uel modicā partem bonorū accepit, is secundum quo tam & æstimationem plus uel minus soluat in debitis. ita eleg. Alex. in d. consil. cxi. ad fin. in iiij. parte. & d. consil. xxxi. in prima parte. Licet enim regulariter creditores ius suum in omnib. bonis defuncti habeāt, tamen hoc casu, cum bona defuncti ex ui regaliū, non titulo hæredita rio (propriè loquendo) ad diuersos dños deuoluta sint, iniquum esset
30 unum dominum plus soluere debere, quàm bona uacantia ad eum de uoluta ualerent. Et hæc est ueritas.

Summaria Consilij decimioctaui.

1 Quum actio cōtra aliquem instituí potest, eo casu nobile iudicis officium cessat.
2 In causis controuersis non est incipiendum à uia executiua, hoc est, à præceptis &c. nisi subijciatur clausula iustificatoria.
3 Cæsaris cōmissio quæ in clausula iustificatoria summariè procedere iubet, an of ficium iudicis mercenarium tollat.
4 Si uxor sit relicta domina & gubernatrix &c. an per ea uerba non nisi ususfru ctus intelligatur.
5 Vsufructuarius fundum fructilem detinet pro fructibus percipiendis, & nihil a liud quàm detentationem uel naturalem possessionem habet.
6 Totum & omne æquipollent.
7 Perfectum & plenum id dicitur, cui nihil deest.
8 Maritus in dote, quo ad exercitium, pro domino habetur.

9 Nemini ſua res ſeruit.
10 Natura & uirtus copulatiuæ eſt, extrema ſub eiſdem qualitatibus coniungere.
11 Connexorum idem iudicium, & unitorum eadem eſt conuenientia.
12 Quando duo ſunt ſimul copulata & æquiparata, eo caſu quod in uno ſtatutum eſt, & in altero ſtatutum eſſe cenſetur.
13 Determinatio æqualiter determinare debet.
14 Patris & filij impuberis quo ad quædam unum eſt teſtamentum, quo uero ad alia quædam, duo teſtamenta ſunt.
15 Quod non mutatur, cur ſtare non permittitur.
16 An ſub nomine uſus & fructus proprietas ueniat.
17 Vxor in bonis mariti limitatum dominium habere poteſt.
18 Proprietas cum uſufructu formali nihil cõmune habet.
19 Ex ſeparatis nihil infertur.
20 Argumentum ab inſolitis non ſumitur.
21 An dominium cum onere non alienandi, apud aliquem eſſe poſsit.
22 Vxor quæ in bonis mariti duntaxat uſumfructum habet, an ad inuentaria ad-
23 Deſcriptio inuentarij quare fieri debeat. (ſtringatur.
24 Confeſsi in iure pro iudicatis habentur.
25 Inuentaria quare introducta ſint.
26 Diſpoſitio teſtatoris ex adiuncta generalitate, ad quæ extendatur.
27 Nemo eligit uiam per quam iudicium ſuum ſubuertitur.
28 Infirmitas rationis eſt, quærere rationem in his quæ ad ſenſum probantur.
29 Caſus in ſpecie uel indiuiduo omiſſus, ac ſi expreſſus eſſet habetur, quẽ teſtator, ſi de eo cogitaſſet, prouidiſſet.
30, 33 Diſpoſitio legis, ſtatuti & teſtatoris, paribus paſsibus ambulant.
31 Inquirere facultates, quid ſit.
32 Dictiones, prorſus, penitus, omnino, quid operentur.
34 Non debet inſpici quod euenire poteſt, ubi ſtatus præſens ad hoc non tendit.
35 Vani timoris nulla æſtimatio eſt.
36 An legitimo & datiuo tutori inuentarium remitti poſsit.
37 In matre uidua an malus animus erga filios præſumatur.
38 Obſcura & non intelligibilia ſtatuti uerba, pro nihilo habentur.
39 In dubio pro teſtamento iudicatur.
40 Conſuetudo ad ſimilia, non ad ſeparata extenditur.

CONSILIVM XVIII.

NOBILIS quondam uir Conradus Rieler ſenior, ac domina Beatrix R. eius uxor legitima, ciues Viennenſes, ſuperioribus annis teſtamentũ condiderunt, in quo poſt certa legata relicta, liberos ſuos tam filios quàm filias, nepotes ac neptes, hæredes fecerunt, ea conditione & modo, ut hæreditas non niſi poſt utriuſque coniugis mortem cederet, diuiſióque hæreditatis fieret. Caueruntq; teſtatores prædicti ac uoluerunt, ut coniunx ſuperſtes, altero præmortuo, omnium bonorum tam propriorum, quàm à coniuge præmortuo ultra legata relictorum, tantiſper dum ad ſecunda uota nõ conuolaret, totam & perfectam ſeu plenam poſſeſsionẽ, adminiſtra 10
tionẽ, uſum, diſpenſationemq;, unà cum omniũ fructuũ perceptione haberet omnino, & ſine omni exceptione, ita ut neq; à liberis ſeu generis

ſuis

ſuis ullum ea in re impedimẽtum moleſtiámue pateretur, neq; ad ullam rationẽ reddendam, cautionémue ijſdem liberis generísue ſuis pręſtandam teneretur, aut propterea moleſtaretur: adiecto etiã, ut coniunx ſuperſtes liberis nondum dotatis dotem, aut donationẽ propter nuptias, aliamq; prouiſionẽ faceret, prout alijs liberis ſuis prius dotatis factũ fuiſſet: quẽadmodũ hæc & alia in prędicto teſtamento latius cõtinentur. Mortuo dein poſt aliquantũ tẽporis dño Conrado prædicto, dña Beatrix uxor ſuperſtes liberis ac generis ſuis, nempe Adamo X. nomine uxoris ſuæ, ac Petro & Leopoldo de H. nomine impuberum liberorum ſuorũ teſtamentũ ſuprà memoratũ notificauit: qui quidem dictum teſtamentũ nõ aliter, alióue modo acceptare uoluerunt, niſi in quantũ de iure tenerentẽ: inſuperq; à prędicta dña matre ſocruq; ſua petierunt, ſibi omniũ bonorũ à dicto dño Cõrado poſſeſſorũ relictorũq;, ſiue ab illo ſiue ab ipſa matre ſocruq; proueniſſent, iuſta inuentaria ædi. Cui petitioni quum dña Beatrix uigore præfati articuli in teſtamẽto cõtenti refragaretẽ, iudiciumq; prouocaret, diuerſa uero pars nullam de hoc inſtituere aduerſus eam actionẽ, ſed potius uellet ut magiſtratus Vienneñ. ex officio magiſtratus dñam Beatricem ad conficiendũ inuentariũ cõpelleret, dña autem Beatrix id fieri nullo iure poſſe cõtenderet, eoq; nomine iudicium prouocaret, factum eſt ut non modica controuerſia exoriretur. Vnde & diuerſa pars à Cęſarea Maieſtate tum Bononię agente, præceptũ ſeu mandatũ impetrauit, quo magiſtratui Vienneñ. præcipiebatur, ut ex officio magiſtratus inuentarium conficeret, annexa tamen ſub finem clauſula iuſtificatoria, ut ſi dña Beatrix in hoc grauari ſe ſe putaret, ſenatus Vienneñ. auditis illius cauſis & rationibus, ambarumq; partium hinc inde allegationibus, ſummariè ac ſine ſolenni proceſſu de hoc cognoſceret, litemq; hanc iure diſcerneret. Cumq; ambæ partes coram iudice Viennenſi citatæ cõparuiſſent, alia inter eas cõtentio orta eſt. Nam dictus Adamus & dicti Leonardus et Leopoldus prętenderunt, iudicem Viennenſem uigore cõmiſſionis ſolum ex officio nobili, ſine ullo proceſſu iudiciario, procedere debere. Ex aduerſo uero domina Beatrix contendit, eundem iudicẽ non aliter niſi ex officio mercenario procedere oportere. In hac cõtrouerſia requiſitus ego Doctor infraſcriptus nomine dictę dominę Beatricis, ad dandam ei informationem iuris (ad q̃d, ut ueritas eluceſcat, prõptus paratusq; ſum) pro ingenij mei tenuitate ſummopere adniſus ſum id ſolũ ſcribere, quod mihi iure fundatũ uideretẽ. Verum priuſq; ad materiã cõtrouerſię principalis deſcendã, breuiter declarabo, an iudex Vienneñ. officio nobili, an uero officio mercenario procedere debeat. Et quia hæc res nõ multũ habet difficultatis, non me diffundam: & dico iure fundatum, quod d. iudex Vienneñ. ſolum officio iudicis mercenario hac in cauſa procedat. Siquidẽ uulgò traditũ eſt, quoties actio cõtra aliquẽ inſtitui poſsit, ceſſare

nobile iudicis officiū: eo ꝙ nomine si altera partiū iudiciū uelit, altera uero ius suum ordinaria iuris uia consequi possit, nobile iudicis officium exerceri nō debet. Vulgata est enim iuris doctrina, quod in causis con-
2 trouersis non est incipiendum à uia executiua, hoc est, à præceptis &c. nisi subiiciatur clausula iustificatoria: & tunc si cōparet pars cui mandatur, iam mandatum resoluitur in simplicem citationem, nec ullo modo ligat in uim præcepti. Si uero pars nō compareret, tunc mandatum remaneret firmum. Bart. in l. i. C. de execut. rei iud. per l. si cum nulla. ff. de re iudic. Paul. de Cast. in l. de pupillo. §. meminisse. post gl. ibi. de oper. no. nun. & ibi Ang. Bald. Salic. in l. actione. C. de transact. gl. in c. ex parte. & ibi Cano. de uerb. sign. cum innumeris concord. per Alex. in d. §. meminisse. ubi late per tres columnas eam materiam tractat, allegando Doct. in ea materia aliqualiter uariantes, quod nō curo referre, quia ea quæ suprà diximus cōmuniter sunt recepta, & quotidiano usu Cōsistoriorū approbata. Vnde cōcludo, quod dicta Cęsaris cōmissio quæ à uia executiua ex officio nobili cœpit, per clausulam iustificatoriā
3 redacta est ad processum officij mercenarij. Nec obstat quod Cęsaris commissio in clausula iustificatoria iusserit summariè procedi: quia per hoc non tollitur officium iudicis mercenariū, quod & controuersæ actioni subseruit, quæ in iudicio tractatur contradictorio, in qua ferenda est sententia, ut dicit Philip. Cor. consil. xviij. in iij. parte, & Doct. communiter in l. i. ff. de iurisd. om. iud. cum simil. Verum quia in hoc puncto non credo dubitari oportere, ideo ad ipsam materiā ueniendū est. Dubitari itaq; potest, an in casu suprà memorato domina Beatrix pro usufructuaria sit tenenda. Secundo, an ad inuentaria teneatur. Quod ad primū dubiū attinet, uideri alicui posset q̄d sit usufructuaria. Nam uerba testamēti in articulo suprà à prin. recitata, cū de utendo & fruendo mentionē faciunt, nihil aliud quàm usumfructum constituunt: & licet testator uerbis cumulatis sit usus, tamen ad usumfructū sunt astringenda. ita Alex. in l. si filius à patre. col. v. uers. ij. limita. de lib. & posthum. uolens quod quando uxor domina & massaria in rebus & bonis testatoris relinquitur, directò censeri institutā in usumfructum. allegat Benedict. de Plumb. in l. qui duos. §. i. de manu. test. per l. his uerbis. in prin. de hęre. instit. Instit. de hęre. qual. & diff. §. fi. & dicit Paul. de Cast.
4 consil. cci. in prin. quod si uxor sit relicta dña & gubernatrix &c. per ea uerba non nisi usumfructum intelligi, maxime cum liberi sint uniuersales hæredes instituti: imò ut uoluit gl. in Auth. quod locum. C. si mul. secun. nup. Bart. in l. Titia. §. fin. de leg. ij. quod ex consuetudine curiæ Bulgari mulier nihil consequeretur nisi alimenta. Verum quia tali consuetudine non utimur, nihil ad nos de curia Bulgari. Sed quod mulier eo casu usumfructum consequatur, cōmunis est Doct. doctrina, etiam si testator uxorem dominā & gubernatricem nominaret, quia hæc potius

tius ex consuetudine loquendi sunt usitata. l. i. cum d. Authen. quod locum. C. si mulier secun. nup. & d. l. Titia. §. fin. fa. Alex. de Imol. consil. lviij. tertio uol. & Doct. in uarijs locis, quæ enarrare longum esset.

Sed non obstantibus prædictis alijsq; iuribus quæ allegari possent, dico quod in casu nostro dña Beatrix usufructuaria censeri nõ possit. Nam usufructuarius fundum fructilem detinet pro fructib. percipiendis, & nihil habet aliud quàm uel detentationem, ut uoluit Pet. Bes. uel naturalem possessionem, ut habet cõmunis opinio. quod tractatur in l. naturaliter. in princ. de acquir. poss. cum concord. ibidem. At in casu nostro cum domina Beatrix (ut ex uerbis testamenti apparet) totam et perfectam seu plenam possessionem & administrationem bonorũ mariti & suorum habeat, quo casu & ciuilem & naturalem possessionem cum omni utilitate habere comprobatur, ut not. per Bal. in l. mater. C. ad Tertull. Deniq; cum totum & omne æquipolleant, ut per gl. Instit. de societ. in prin. Bart. in l. serui electione. §. fin. de leg. i. eaq; tota haberi dicantur quæ integra habentur. l. decem. in uerbis, tota decerni. de fideicõm. liber. ubi tota decem pro integris decem accipiuntur. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uers. Ixix. Et cum perfectum & plenum id dicatur cui nihil deest. l. i. in prin. ibi gl. de orig. iur. gl. Cle. i. ibi Card. de re iud. gl. in l. Iulianus. in fin. & ibi Bald. cum concord. & Barba. in addit. l. mater. de rei uend. Recte domina Beatrix quæ totam plenam & perfectam possessionem in bonis relictis habet, omnem & integram possessionem iure quodammodo proprietatis habere censenda est. Item cum in articulo testamenti suprà inserto prægnantia uerba adscribantur, uidelicet, Volkomne verwaltung administration in allen vnd yeden dingen/nichts vßgenomen/haben/ea uerborum latitudo magnæ est uniuersalitatis, à quib. nihil excluditᷣ. fa. l. balista. ad Trebell. Sali. in l. si serui uestri. C. de noxa. Bar. l. generali. §. uxori. de usufr. leg. Et cum huic uniuersalitati adiecta sint alia uerba prægnantia, uidelicet, sine omni exceptione, cõsequens est dictæ administrationis & possessionis latitudinem ad omnẽ casum qui euenire posset extendi, omnemq; comprehendere, ut uoluit Alex. consil. cxxxiij. col. ij. ad fin. in quinto uol. Vnde crediderim dominam Beatricem tam non esse usufructuariam, tamq; separatam & remotam esse à nudo usufructu, ut etiam uendicare bona posset si quę forent uendicanda, exemplo mariti qui in dote pro domino habetur quo ad exercitium. per iura uulg. l. in rebus. C. de iur. dot. Porrò cum certum sit quod domina Beatrix in bonis suis proprijs usumfructũ saltem formalem habere non possit, cum nemini res sua seruiat. l. uti frui. si usufruct. petatur. cum uulg. quod & aduersarij iam nouissime in actis ultro confessi sunt: consequens est quod nec in bonis mariti dicta domina sit usufructuaria. Nam ex uerbis testamenti utriusq; cõiugis bona per copulatiuam in plenam & perfectam possessionem & administrationem con

5 6 7 8 9

iuncta ſunt. Sic enim ſonant uerba, Aller vnd yeglicher ſeiner ſelbs vnd des andern hab vnd güeter ꝛc. gantz vnd volkomne beſitzung ꝛc. Sicut ergo dña Beatrix in bonis proprijs non eſt uſufructuaria, ut ſuprà diximus, ita nec in bonis mariti erit, cū de natura copulatiuæ ſit, extrema coniungere ſub eiſdem qualitatibus. l. Seiæ. §. Gaio. & ibi Bart. de fund. inſtr. Accedit, quod cum utraq; bona in unam cōmunem & æqualem totamq; plenā & perfectam poſſeſsionem, uſum, adminiſtrationem, cōnexa & unita, æqualisq; iuris & poteſtatis facta ſint, unde diuerſo iure cenſeri nō poſſunt, ut dña Beatrix partim uſufructuaria, partim nō ſit uſufructuaria.

10 Connexorū enim omniū idem eſſe iudiciū, unitorūq; eandem eſſe conuenientiam, uulgato iure cognoſcitur. laſ. in l. ſed ſi plures. §. huic uicinus. ibi Bal. Ang. de uſufruct. c. cum in tua. in fi. cum concord. de deci. & dicit Ang. conſil. cxlv. & conſil. ccxxxiij. actus plures ratione contextualitatis iudicari ut unū. & Matheſil. de afflictis in procem. iuris protimeſeos ad fi. dicit, cōmixtione bonorū utriuſq; partis propter cōnexitatem permitti, quod aliàs non fieret. allegat l. ſed interdum. de aq. plu. arc. l. cum pater. de neg. geſt. l. ij. de iur. om. iud. & dicit Signor. de Homodeis conſil. ccxxx. ex natura & qualitate eorum quæ colligata ſunt, unum fingi corpus. & idem Dn. Signor. conſil. clxx. dicit, ſi in uno connexorum dubitaretur, iudicare debere ut ſit conforme alteri. & alibi idem Doctor conſil. lxxxvij. ea quæ procedunt à pari potentia, & ob eandem cauſam ſunt introducta, & habent ferè ſimilem effectum, quicquid de uno diſponitur, etiam de altero diſponi. quā elegantem ſententiam huc ad caſum noſtrum pertinere, nemo eſt qui nō uideat. & dicit

11 Laurent. Calca. conſil. xv. quando duo ſunt ſimul copulata & æquiparata, quod in uno ſtatutum eſt, & in alio ſtatutum cenſeri. allegat l. ſi legatarius. §. fi. & ibi Bart. de leg. iij. Sic & bona maioris natu cōmunia cum minore non præſcribuntur. l. ſi cōmunem. quemad. ſer. amit. Et ſi priuatus haberet bona cōmunia cum eccleſia Romana, non præſcriberentur ea bona niſi centum annis, propter eccleſiam. Abb. c. ad audientiam. de reſcriptis. Accedat, quod ratione adiuncti etiam à proprio ſignificatu receditur. l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinq;. de leg. i. l. filium habeo. ad Maced. l. libertum. §. i. de rit. nupt. Bal. c. paſtoralis. poſt prin. de iud. l. hæres. §. fin. ad Trebell. Ad prædicta faciat doctri-

12 na uulgata, qua dicitur, determinationem æqualiter debere determinare. l. iam hoc iure. & ibi laſ. in x. col. & ſeq. de uulg. & pup. cum ſimilib. Quæ cum ita ſint, neceſſariò conſequēs eſt, ut ſicut domina Beatrix nō eſt in proprijs bonis uſufructuaria, ita nec in mariti bonis, ſcilicet quod utraq; bona ad eaſdem qualitates totalis perfectæ & plenę poſſeſsionis & adminiſtrationis unita, connexa & coæquata ſunt. quæ una ratio iugulum porrigit. Et non obſtat quod ex aduerſo in actis obiectum eſt, utroſq; cōiuges duo feciſſe teſtamēta, quæ diuerſas naturas habeāt,

cum

cum domina Beatrix ſuum teſtamentū mutare & tollere poſsit, quod ei in teſtamento mariti nō liceat &c. Nam non contradico quin dicti coniuges duo teſtamenta fecerint, quatenus ad cuiuſlibet propriā facultatē pertinet: pòſt tamē etiā cenſeri unum teſtamentū quo ad ſolennia, item quo ad ſucceſsionis euentum, quo ad cōmunicationem mutuæ adminiſtrationis in omnib. bonis, & quo ad multa alia ſimilia. Sic & patris & filij impuberis, quo ad quædam, unum eſt teſtamentum, quo ad quædam ſunt duo teſtamenta. l. patris & filij. ibi Doct. de uulg. & pup. Sed hoc nihil facit ad cauſam noſtram. Quod autem prætenditur duas eſſe naturas amborum teſtamentorū, poteſt procedere quo ad originalem productionē, propter duas teſtantiū uolūtates: ſed quo ad progreſſum & effectum, non eſt uerum: imò eſt amborū teſtamentorū eadem natura & qualitas, cum connexa in utriſq; ſit adminiſtrandi facultas, utriſq; æqualis perfectionis poſſeſsio, ſucceſsionis hæreditarię euentus nō an tè accidat quàm poſt amborum mortem: quæ connexitas naturam & qualitatē teſtamentorū parificat, ut ſuprà latè docuimus. Nec ad rem pertinet quod domina Beatrix habeat mutandi teſtamenti facultatem: quia quamuis uerum ſit, tamen quandiu uoluntatem ſuam non mutat, ſtat amborū teſtamentorū paritas, cōmunisq; & æqualis effectus: quia quod non mutatur, cur ſtare non permittitur? l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. in fin. & ibi gl. in uerb. intelligant. C. de appell. & conſul. 14 15

Cæterum quod aduerſarij iactitant, quod dominiū bonorum paternorū ſpectet ad eos tanq; hæredes ſuos, in quibus bonis etiam ſucceſſerint &c. non habet fundamentū, tum quia necdum adierunt, qui de teſtamento dubitant. l. eum qui. de acquir. hæred. l. is poteſt. eod. tit. tum etiam quia ſucceſsio hæreditaria in utriſque bonis ſimul dilata eſt in mortem amborum coniugum, ut ex teſtamento in uarijs locis aperte liquet. Sint ergo hæredes ſui quo ad umbram nominis, & quo ad effectus ſuitatis, de quibus in l. ſi filius qui patri. de uulg. tamen quo ad ſucceſsionem realem non prius ſunt cenſendi hæredes quàm poſt mortem dominæ Beatricis: nihil igitur dominij ueri & realis, ſibijpſis poſſunt aſſerere. Præterea aduerſarij in actis ex alio fundamento contra dominam Beatricem pugnarūt quod ſit uſufructuaria. Cum enim uerba teſtamenti meminerunt quod domina Beatrix uti & frui bonis derelictis poſsit, putant ex huiuſmodi uerbis uſumfructum in domina relucere. Sic enim habent uerba, Gantze vnd volkomenliche regierung in allen vnd yeglichen dingen ꝛc. mitſampt allen nutzungen/ nieſſungen vnnd früchten dauon gefallend ꝛc. Sed profectò hæc obiectio nihil pugnat. Nam non eſt nouum quod ſub nomine uſus & fructus, ueniat proprietas, præſertim quando materia ſubiecta hoc exigit, & uerba præcedentia uel ſequentia ad hoc ſint apta. Sic in l. donationes. §. ſpecies. de donationib. proprietas intelligitur in rebus extra dotem uſibus puellę traditis.

et in l. ſpecies. de aur. & arg. leg. teſtator auro & argento legato dixerat, quarum rerum uſusfructus dum uiues tibi ſufficiant &c̄. & tamen tradita proprietas intelligitur. fa. l. fi. de uſufru. earum rerum quæ uſu conſu. gl. in l. Proculus. de uſufr. Bart. in l. ex hac ſcriptura. ij. col. ad fin. de don. Sic Soc. conſil. xxxiiij. uerſ. in cōtrarium. col. vij. dum mulieri poteſtas poſsidendi & fruendi conceditur, proprietatem intelligit. & fa. quæ eleganter conſuluit Cardin. conſil. xcj. ubi teſtator filium inſtituerat, eiq; abſq; liberis decedēti, C. & D. filias ſubſtituit hoc modo, quod altera alteri ſuccedendo toto tempore uitæ earum tenerent dictam hæreditatem &c̄. decîdit ibi Card. in tertio dubio, quod ſint proprietarię. alleg. d. l. donationes. §. ſpecies. & Cyn. in l. ſi mulier. C. de iur. dot. ſubiungens quod per hoc dictæ filiæ releuentur à ſatiſdatione, cum nō ſint uſufructuariæ. Et dicit ad propoſitū noſtrum eleganter Alex. de Imol. in d. §. ſpecies. quod ſi res concedatur pleno iure, & addatur ad utendū & fruendum &c̄. quod hoc non noceat quin proprietas ueniat. allegat Bal. in l. i. C. de fruct. & lit. expenſ. fa. quæ docet Bart. in l. libertis. i. in prin. in tertia oppoſ. de ali. & cib. leg. Quæ cū ita ſint, & in caſu noſtro adminiſtratio & poſſeſsio tota plena & perfecta ſit dominæ Beatrici conceſſa, uerba utendi & fruendi, ei non præiudicant, ut per hoc liquidiſsime pateat dictam oppoſ. non obſtare. Quod autē in actis coram iudice Viennenſi obiectū eſt, dominā Beatricem ex eo intelligi uſufructuariam, quod maritus ipſius ei indulſerit & cōſenſerit ut quatuor millia florenorū ſuo arbitratu ex bonis alienare poſsit &c̄. colligi enim ex hoc oporteat dominam Beatricem in alijs bonis tantūmodo habere uſumfructum &c̄. hoc argumentū nihil ualet: mala enim eſt conſequentia, cum indulgetur uxori ut certā ſummā alienet, quod ergo in alijs bonis ſit uſufructuaria. Cum enim uxor in bonis mariti limitatum dñium habere poſsit, ita ut ſit domina uel quaſi proprietaria in uita ſua, Bald. l. fœminæ. C. de ſecun. nup. Soci. d. conſil. xxxiiij. in vi. dubio. unde nihil refert ſi ei alienatio alicuius ſummę indulgeatur: per hoc enim dominium limitatum in alijs bonis non perditur, uel in uſumfructum commutatur: nihil enim cōmune habent proprietas cum uſufructu formali. per iura uulg. & cognitum eſt, quod ex ſeparatis nihil infertur. l. fi. de calum. & per gl. in l. à diuo. in prin. de re iud. Quinimò ſi ueritati locus ſit, argumentū ſuprà dictū contra aduerſarios retorqueri poteſt. Nam cum maritus uxori indulſerit ut quatuor millia florenorū pro arbitratu alienare poſsit, rectè & ordine per hoc infertur, ergo uxor reliqua bona iure proprietatis poſsideat. Nam inauditum & nuſquam relatum eſt, quod uſufructuario permittatur ut proprietatem bonorū in parte uel toto pro ſuo arbitrio alienare poſsit: & ab inſolitis argumentum non ſumitur. Bald. c. cum ex officij. de præſcript. fa. l. ij. de ſena. Quod ſi obijceretur dominam Beatricem ſaltem ex eo non eſſe proprietariam,

ſed

sed usufructuariam, quod ipsa administrationem bonorũ habeat tantum in uita, nec quicq; alienare possit &c̃. nihil habet momenti. Nam ut etiã suprà dixi, dñium potest esse apud aliquẽ cum onere nõ alienandi, id quod notissimũ est in iure. l. ea lege. ibi Doct. C. de cond. ob causam. & sa. quæ latius tractantur per Soc. d. consil. xxxiij. in vi. dubio. Imò ut fortius dicam, conditio non alienandi adiecta uxori, tantum operatur, ut intelligatur relicta proprietas, etiam si dispositio expresse sonet in usumfructum bonorum: ut si testator dicat, relinquo uxori usum fructum bonorum, ea conditione quod alienare bona non possit, tunc proprietas data est. ita eleganter Bal. in l. Proculus. de usufruct. & quæ dicit Bar. post gl. in summario. Ea enim conditio non alienandi, superuacua esset, si non ueniret proprietas. fa. Bart. in d. l. ex hac scriptura. secunda col. 21

Prædictis omnibus fundamentis ueris existentibus, manifeste patet, quod maximũ fundamentũ aduersariorũ euertitur, quo per multa Doct. scripta & consilia putant dominam Beatricem esse usufructuariam, quantumcunq; uerba testatoris latè pateãt: quia hoc in casu nostro non est uerum, & omnia huiusmodi Doct. scripta & consilia sunt extra causam præsentem. Cõmunes enim doctrinæ loquunt̃, cum testator expresse legauit usumfructum: at hic contrarium patet. Item in casu nostro maritus & uxor simul testati sunt, & omnia bona eorum in plenam & perfectam administrationẽ & possessionem superstitis collocarunt, cum tot clausulis & cautionibus, per quas euidenter administratio & possessio bonorũ huiusmodi iure proprietatis superstiti concessa est: quem casum in omnib. Doct. scriptis & consilijs nõ inuenias. Vnde omnia iure pro aduersarijs eum in finẽ adducta, sunt ad causam pr̃sentem impertinentia, accedentibus tot inuictis rationibus, quas suprà satis diffuse deduximus, per quas apparet impossibile in iure esse, quod domina Beatrix in testamento præsentis quæstionis usufructuaria sit censenda.

In secundo principali dubio, quia uiam ferro aperit, qui per contraria transit, ut dicit Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. quapropter ut ueritas fundatius pateat, argumenta partis ad uersæ primitus sunt deducenda. Et posset uideri principio dominam Beatricem ad inuentaria teneri. Cum enim in bonis mariti dũtaxat usumfructũ habeat, ad inuentaria astringit̃. l. i. §. recte. quemad. usufr. caue. Bart. in l. i. C. de sequest. poss. Ias. post Doct. in l. quæ de legato. num. ij. de leg. i. in l. nemo. in prima lectura. eod. tit. col. ix. num. xliij. Philip. Corn. consil. cccij. ad fin. prima parte. cum multis simil. quæ in hanc partem allegari possunt. 22

Deinde opponi potest, quod licet testator remiserit uxori onus præstandæ cautionis & rationis faciendæ, tamen propterea non sint remissa inuentaria, id quod ex testamento patêre poterit: unde is casus pro omisso haberi debeat. l. cõmodissime. de lib. & posthu. cum similibus. 23

Præterea descriptio inuentarij semper

fieri debebit, ad hoc ut res nō minuant, & aduenientе casu probari possint. Bart in l. facultas. ad fin. de iur. fisc. lib. x. idem in l. i. §. fin. de uent. in poss. mitt. Alex. consil. lvij. col. ij. uers. posito. in tertia par. Lud. Ro. consil. cxvij. Philip. Corn. consil. cclxvij. col. ij. in iij. part. cum multis alijs simil. quę allegari possent. Ne igitur bona mariti in casu nostro interuertantur, & ut aduersarij ueniente casu probare bona possint, uidetur dña Beatrix omnino teneri ut cōficiat inuentariū. Cum enim ei hoc nō noceat, quia nihilominus retinebit usum fructum, & prosit aduersarijs, nō poterit per eā iuste denegari. per l. ij. et ibi Bar. & Doct. fol. mat. fa. l. in summa. §. item Varus. de aq. plu. arc. Sed prædictis non obstantib. in cōtrariū est ueritas. Vnde dico cōclusiue, quod dña Beatrix ad inuētaria facienda nō tenetur, nec cogi ullo pacto possit. quæ cōclusio rationibus sequentibus euidenter firmabitur, dum antea pro clara resolutione præmittā, quod aduersarij coram senatu Vienneñ. nouissi mè ultro cōfessi sint, quod dña Beatrix in eius proprijs bonis ad inuentarium faciendum nō astringat. Vnde quia confessi pro iudicatis sunt, ipsi se in ea confessione damnarūt. l. i. cum concor. ibidem. de confess. Quo præmisso, conclusionem nostrā primo probamus. Nam per multa quę suprà deducta sunt, constat dñam Beatricem nō esse usufructuariā, sed iure proprietatis quādiu uidua permanet, tota plena & perfecta possessione & administratione bona utriusq; possidere, cōsequens est quod ipsa inuentarijs onerari non possit, ad quæ soli usufructuarij, cæteris paribus, obligant. & in hanc partē intelligenda sunt omnia iura allegationesq; Doctorū quę de descriptione mentionē faciūt. Secūdo, quia certū & ab aduersarijs cōfessum est, quod dña Beatrix in proprijs bonis suis ad inuentaria nō tenetur, inferendū est necessariò, quod ipsa nec in bonis mariti ad inuētaria teneat: quia suprà in primo dubio sufficiēter probatū est, quod utriusq; cōiugis bona per testamentū in eandem qualitatem connexa & unita sint: quo nomine dña Beatrix sicut in proprijs bonis suis nō est inuentarijs oneranda, ita & in bonis mariti. Ea enim quę æquata & unita sunt, dispari iure censeri nō posse, suprà in primo dubio explicatū est. Item & tertio, cū cautionis & rationis reddendæ onus superstiti cōiugi expresse remissum sit, cōsequēs est ut etiā inuētarij faciēdi inquietudo remissa esse intelligat. Nam caput rationis reddendę, est inuentariū, ut dicit Bal. in l. cū tale. §. i. de cond. & demō. Ang. cōsil. cxliij. ad fi. qui alleg. l. tutor qui repertoriū. de admi. tut. ita quod inuentaria principaliter propter rationes sint introducta. fa. Dn. Benedict. de Perusio cōsil. cxlix. in vi. dubio, cū dicit, quod is qui ad rationē reddendā nō obligat, per cōsequens etiā nō tenet ad inuentariū. alleg. l. orphanotrophos. C. de epis. & cle. cū simil. Idem docet Spec. in tit. de instr. edi. §. nūc aliqua. uers. sed an simplex. v. charta mihi. dū uoluit, frustra fieri inuētaria, ubi ratio nō reddat. & idem Las. in d. l. nemo.

in ij.

in ij. lectura. col. xi. uerſ. adde bonum ſimile. de leg. i. Patet igitur quod remiſſo onere rationis reddendę, etiã inuentaria remiſſa cenſeri. Quod autem rationes reddi in teſtamẽtis remitti poſsit, ſatis uulgatũ eſt, dum dolus abſit. Signor. conſil. cxliiij. ad fin. qui allegat l. quidam decedens. de admini. tut. fa. l. cũ ſeruus. d. l. cũ tale. §. i. ibi gl. de cond. & demon.

Quarto conſtat ex uerbis teſtamenti, q̃d dicti coniuges cauerunt q̃d non ſolum cautionis & rationis faciendæ onus ſuperſtiti ſit remiſſum, ſed & quod ſuperſtes nec ad aſſecurationẽ aliquam, nec ad certificationem teneretur. Ita enim ſonant uerba: Auch darum̃ vnſer keins dero einich̃ rech
10 nung/ caütion/ ſicherheit/ noch̃ vergwiſſung denſelben kinden ꝛc. Vnde non eſt dubium quin ſub geminata & repetita iſta generalitate, etiã inuentarij con fectio tanc̃ ſpecies includatur. Diſpoſitio enim teſtatoris ex adiuncta 26
generalitate, ad omnia quæ includi & cõtineri poſſent, extenditur. arg. l. hæc actio. de calum. l. cum pater. §. dulciſsimis. de leg. ij. fa. quod not. Bald. in l. quoties. uerſ. not. quod ex qualitate rerum. & in fi. C. de fidei cõm. Eo accedente, quod magnã uim habent huiuſmodi uerba generalia ſic accumulate geminata & repetita. Vnde dicit Franc. Cur. conſil. xlix. col. xxv. ad fi. uerſ. tertio cõprobantur. quod huiuſmodi uerba ge
minata, ſemper ampliẽt effectũ. alleg. Bal. in d. l. precibus. col. xv. uerſ.
20 nunc ulterius procedo. C. de impub. & aliȷs ſubſti. Archid. in c. ab eo. de appell. cum ſim. & dicit Bald. in i. conſtit. fforũ, uerba geminari ut coniungant iuris intellectum ueritati. per l. i. quod quiſq; iur. Addimus Lud. Rom. conſil. lxij. Franc. Curt. conſil. xxx. poſt prin. Philip. Deci. conſil. clxij. col. ij. in fi. & conſil. clxiij. col. i. Franc. Aret. conſil. lxxiiij. cum innumeris aliȷs Doct. conſiliȷs. Accedat, quod cum dicta generalitas nullum alium caſum ita pertinenter includere poſsit c̃ inuentarij cõfectionẽ, certe idem caſus inuentarij remiſsi, pro expreſſo haberi debebit. Expreſſum enim dicitur quod ſub generalitate uerborũ conti
netur. Bar. in l. i. in materia uulgaris ſubſtit. de uulg. & pup. Signor. cõ-
30 ſil. clxxviij. Imò ut quiddam fortius dicã, generalitas de qua tractamus, cum potiſsimũ in ſpecie inuentarij uerificetur, pro eo habeẽ ac ſi nominatim inuẽtariũ eſſet remiſſum. arg. l. ſi fundus. cũ l. ſeq. de fund. inſtr. Doct. in l. i. & ij. de lib. & poſth. fa. l. ſi hęres. de op. leg. Abb. in c. ex parte. de off. deleg. eoq; caſu idem operaẽ genus, quod operaret ſpecies expreſſa, cum nulla ſubſit diuerſitatis ratio, ut per Card. cõſil. xcix. qui allegat l. ſi quid earum. §. inter emptum. de leg. iij. fa. l. ſi alius. §. notamus. quod ui aut clàm. Et faciunt quæ eleganter & copioſe deciduntur per Franc. Curt. conſil. xlix. col. xx. poſt prin. & col. xlix. in fi. cum col. ſeq. qui dicit, uerba generalia inducere expreſsionem, quãdo ſpecies neceſ-
40 ſariò ſub genere includitur. alleg. l. ſi duo. in fi. de admi. tut. cum ſimil. Imò diſpoſitionẽ generalem eo loco pro ſpeciali haberi. alleg. d. l. ſi hæres. de op. leg. Deniq; ſi prędicta ratio nõ militaret, ſicuti recte militat,

cum tamen teſtatores ſibiipſis mutuò, alteruter ſuperſtes eſſet, totã plenam & perfectã poſſeſsionẽ, geſtionẽ & adminiſtrationẽ prouidiſſent, negari iuſte non poterit, quin omnia quæ ad iſtam plenitudinem adminiſtrationis cõferre & accõmodari poterant, prouidere uoluiſſe præſumantur. ſa. l. pro hærede. §. Papinianus. de acquir. hæred. Quod enim ad unum finem diſponitur, contrarium effectum operari non debebit. Signor. conſil. lxxxvi. & conſil. xciĩ. & uulgato iure traditũ, neminẽ eligere uiam per quam iudiciũ ſuum ſubuertitur. l. iĩ. de teſt. mil. Cum ergo teſtatores ſibiipſis tam plenam & liberam adminiſtrationem conſtituiſſent, & propterea onera cautionis, rationis reddendæ, omnisq; aſſecurationis & certificationis molem ſuſtuliſſent, quis negare poſſet etiam inuentariĩ grauamẽ eſſe ſublatum? quod ſi adeſſet, plenitudinem & perfectionem adminiſtrationis notabiliter diminuiſſet & euertiſſet. Hæc cum pateant ad ſenſum, nõ ſunt exquiſitius comprobanda. Nam infirmitas rationis eſt, quærere rationem in his quæ ad ſenſum probantur. Bald. l. i. iĩ. col. C. de ſer. fug. Porrò & ex alio fundamento domina Beatrix ab inuentario defendi poteſt. Nam nõ eſt quod dubitari debeat, ſi teſtatores ſuper inuentario ſpecialius cogitaſſent, certe uerbis ad uocẽ expreſsis hoc prohibuiſſent, id quod ipſa rerũ cõditio & uerba articuli teſtamenti liquidò docent. Vnde iſthęc inuentariĩ cõfectio, tanquam ad indiuiduũ expreſſa habebitur, per elegantem iuris doctrinam qua dicit, caſum in ſpecie uel indiuiduo omiſſum, haberi ac ſi expreſſus eſſet, quem teſtator ſeu diſpoſitor ſi de eo cogitaſſet, prouidiſſet. l. mulier. §. Braſidas. ad Trebell. Signor. conſil. ccxviĩ. & conſil. ccviĩ. Franc. Curt. conſil. li. col. viĩ. gl. in l. tale pactũ. in fin. de pact. Claud. de Siſel. in d. §. Braſidas. cum innumeris cõcor. per eum adductis. Prętera cum ambo teſtatores inter alia ordinauerint, quod ſuperſtes ex eis liberos nõdum prouiſos ad ſtatũ matrimoniĩ uel religionis, iuxta perſonarũ qualitatem prouidere, eisq; dotes aſsignare & tradere, & item debita & credita ſoluere, exigere debeat &c̃. certe per huiuſmodi diſpoſitionẽ euidenter colligit, quod dicti teſtatores inuentariĩ cõfectionem remiſerint, cum nõ pręſumant deſcriptionẽ bonorũ fieri uoluiſſe, quæ in caſib. ſupradictis tantæ mutationi erãt obnoxia. Et ita Dn. Alciatus in quodam ſuo conſilio notabiliter conſuluit, allegando Baldum in l. i. C. de his quæ pœn. no. in lectura antiqua, quã tamen ego nõ habeo, uolentem, ſi teſtator mandet debita ſua ſolui de ſuis bonis, onus inuẽtariĩ remiſiſſe uideri. pro quo & And. Siculus (ut eum Alciatus allegat) conſuluit conſil. lxiiĩ. pen. col. in ſecundo uol. Denique ſi domina Beatrix ante maritum obiiſſet, nemo diceret quod maritus ſuperſtes ad inuentaria teneretur, teſtamento cõtrarium diſponente. Igitur hoc idem in uxore ſeruari debebit, cum maritus & uxor ad paria iudicentur. l. nõ tantum. ibi laſ. de re iud. Franc. Curt. conſil. xi. col. iĩ. Nec ad rem pertinet

tinet si diceretur, maritum alio iure defendi ab inuentarijs, cum sit legitimus administrator, cui ius hoc onus remittat. l. fin. §. hoc proculdubio. & ibi gl. C. de bon. quæ lib. &c̄. Quia cum etiam domina Beatrix plenitudinem administrationis ex testamento acceperit, non est dubiū quin & ipsa hoc loco legitima sit administratrix. Dispositio enim legis, statuti & testatoris paribus passibus ambulant, ut dicit Francis. Curt. consil. xliij. col. v. qui allegat Bald. l. pen. C. de uerb. signif. Bart. in l. si quando. §. i. de leg. i. cum similibus. Quapropter stat ratio supradicta, quod sicut maritus si superuixisset ad inuentaria non fuisset astrictus, ita nec uxor superstes astringi debebit. Tandem cum testatores in eorum testamento liberis suis prohibuerint, ne ullam molestiam superstiti contra continentiam testamenti inferant, per eam prohibitionem etiam descriptio inuentarij prohibita esse intelligitur: quia inquirere facultates, est inquietare uiduā. arg. l. ij. C. de ali. pup. præst. l. ij. uers. sed ubi quarta. C. quando & quibus quart. & fa. l. mercatores. i. respons. C. de cōm. & mer. nam uidetur nonnihil ad iniuriam respicere. arg. l. si iniuriæ. de iniur. & quod not. Abb. consil. iiij. in fi. uers. item potest. ij. uolum. Accedat, quod dicta prohibitio molestię facta est per uerba prægnantia, intensiua, & multum uniuersalia, uidelicet, penitus nullam molestiam quibuscunque modis, siue in iudicio, siue extra &c̄. per quæ uerba uoluere testatores, quod nullo modo superstiti molestia inferretur, ita quod omnis molestia quæ fieret, aut ullatenus fieri posset, esset excluſa: quo casu non potuere aduersarij dictam uiduam impetere uel inquietare, aut molestare, siue uia iuris, siue uia facti, id quod elegant er docuit Felin. in c. causam quæ. col. xv. ubi pro hoc multa alleg. Abb. in consil. xliij. incipiente, Quidam dominus Antonius. col. ij. in prima parte. Butr. c. ij. de restit. spol. Bald. l. i. C. de nundi. gl. Clem. ij. in uers. nullo modo. de ætat. & qualit. cum similib. ut latius per Feli. d. c. causam quæ. Et fa. quod cum in testamēto dicitur, Fein intrag/quod significat penitus & omnino nullam moueri controuersiam. At ea uerba, prorsus, penitus, omnino, totaliter, sunt effuse uniuersalia & extensiua, ut omnia & singula excludant quæ in contrarium excogitari possent, ut dicit Philip. Dec. consil. cxij. qui alleg. c. statutū. c. prouisurus. ibi, nihil prorsus exigat. de rescript. lib. vi. l. fi. C. ad Maced. l. recte dicimus. de uerb. sign. l. sed si ex meis. §. Proculus. ibi gl. de acquir. rer. do. & fa. gl. in Clem. i. in uerb. omnimodam. de for. compet. c. quia plerique. de off. ord. lib. vi. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de testa. §. in primis. uers. quid si duob. cum multis sim. Per prædicta nō obstat quod ad uersarij prętēdere fortè possent, molestiā facti prohiberi, nō molestiā iuris. l. i. ibi Bal. C. de usufr. gl. c. pro illorū. de præbend. cum uulg. quia in casu nostro molestia per uerba uehementia prohibetur inferri, ut su prà patuit. Deniq; d. l. prima, in qua se fortè fundant aduersarij, extra

cauſam noſtram eſt,& eſt planè impertinens,quia loquitur cum uir uxori uſumfructum legat &c̃. At in noſtro caſu domina Beatrix non eſt uſufructuaria,nec ei uſus fructus bonorũ legatus,ut ſuprà late deductũ eſt.Per prædicta puto euidenter probari,quod dña Beatrix ad inuentaria facienda non teneat̃. Supereſt quod arg.& obiectionibus ex aduerſo factis reſpondeam. Et dum primo pr̃tenditur dominã Beatricẽ eſſe uſufructuariam, & ideo ad inuentaria teneri, per multa quæ allegantur & allegari in eum finẽ poſſunt &c̃.hoc nihil eſt: nam ſuprà docuimus in primo dubio dictam dominã non eſſe uſufructuariam: quapropter omne fundamentũ aduerſariorum, cum omnibus eorum allegationib. cecidit, quia loquuntur in eo caſu quo uxor eſſet uſufructuaria:ad quod eſt dominis iudicib. diligenter aduertẽdum, quia per hoc multa breuibus reſecari poſſunt. Quod uero ſecũdo obĵciť,inuentarĳ confectionem non eſſe remiſſam,etiamſi cautionis & rationis reddendæ onus dimiſſum ſit, & ſic haberi pro omiſſo, per d.l.commodiſſime. &c̃. nihil obſtat. Nam ſuprà in ſecundo dubio late deduximus, quod ſub generalibus uerbis, quibus non ſolum cautio & rationis reddítio, ſed etiã cuiuslibet aſſecurationis & certificationis moleſtia prohibetur, ſub ea quidẽ generalitate inuentarĳ cõfectionem cõprehendi ualidis fundamentis probauimus. Et per hoc nõ obſtat quod per manus traditur, caſum omiſſum haberi pro omiſſo: quia ea doctrina non procedit,quãdo caſus qui ad ſpeciem omitteretur,ſimilis eſſet expreſſo.ita Franc.Curt.d.conſil.xi.col.iĳ.ad fi.qui alleg.Pet.de Anch.conſil.cccli. At in negocio noſtro caſum inuẽtarĳ ſimilem eſſe caſibus expreſsis, per ſupradicta ſatis fundatum eſt. Iam &tertio obĵciunt aduerſarĳ, deſcriptionem inuentarĳ ſemper fieri debere, ad hoc ut res nõ minuantur,& aduenięte caſu probari poſsint,per iura illic allegata. Sed nõ obſtat. Quamuis enim uerum eſſe poſsit, quod per eos qui bona prorſus aliena adminiſtrãt, ut ſunt tutores,curatores, aut alĳ qui negocia curãt aliena,ad inuentaria facienda teneantur,niſi eis legitime eſſent remiſſa, ut Socin. in uarĳs conſilĳs tractat: hoc tamen in præſentiarum locum non habet,cum ex teſtamento ſupradicto dominæ Beatrici tota plena & perfecta adminiſtratio debeatur cum clauſulis ampliſſimis:quo caſu quaſi proprietaria cenſenda eſt. Ipſi enim coniuges prouidere teſtamento in omnib. eorũ bonis uoluere,quod lex prouidit in coniugibus,quo ad lucra nuptialia, uidualem ſtatũ tenentibus . Certũ enim eſt quod in huiuſmodi lucris nuptialibus ad liberos eiuſdem matrimonĳ ſpectantibus,mulier ſuperſtes ex iuris poteſtate plenã habet adminiſtrationẽ, ſi in ſtatu uiduali degat,ut ita quaſi proprietaria per Socin. nominetur conſil.xxxiĳ.in vi.quęſt. Quis ergo prohibebit quin & coniuges in caſu noſtro eam plenitudinem adminiſtrationis & quaſi proprietatẽ quã lex ſuperſtiti permiſit,etiam ſibĳpſis mutuò in teſtamento permittere

potue-

potuerint, cum dispositio testatoris sit lex. uulg. §. disponat. in Authen. de nupt. Nihil ergo est quod hic tractari de inuentarijs possit, cum domina Beatrix bona mariti cum suis propriis bonis, tanquã in idem ius æquata, ut suprà docuimus, possideat. Nec ferendi sunt aduersarij qui causant bona posse diminui, & eis interire posse probationes &c. Cum enim ius plenè confidat de parentibus, eorumq; fide, nõ est timendum quod sub eorum administratione bona diminuantur. Nec debet inspici quod euenire potest, ubi status præsens ad hoc non tendit. Bar. in l. si idem. in fi. de iur. om. iud. cum multis simil. Et uulgò traditur, uani timoris nullam esse æstimationem. l. uani. quod. met. cau. Ea igitur causa, ne bona minuantur, hoc loco nõ est sufficiens, ut inuentaria à domina uidua extorqueãtur, fide materna obstante. Nam si tutori testamentario testator inuentarij confectionem remittere potest, propter fidem eius approbatam, ut est text. in l. fin. ad. fin. C. arbit. tut. & est cõmunis opinio Bart. & Doct. ut late tractat Iason in l. nemo potest. col. xi. & xij. de leg. ij. imò & legitimo & datiuo tutori inuentarium remitti potest, si sint personæ fide dignæ & honestæ, ut Ias. in d. l. nemo. qui alleg. gl. in l. tutores. in uerb. publicorum. C. de admi. tut. non attento quod bona possent diminui, uel probationes deficere: quãto fortius, quanto indubitatius etiam in casu nostro domina Beatrix propter huiusmodi uanum timorem ad inuentaria conficienda compelli non poterit, cuius fides, affectio materna, naturalis amor, magna honestas & integritas, omnibus est perspicua. Et est certe ualde præsumendũ, quod dicti coniuges amore coniugali & honesta eorum conuersatione permoti, alter in alterius fidem plenè confisi, dictam administrationis latitudinẽ cum remissione omnium onerum superstiti concesserint, & omnino uoluerunt ne in aliquo per liberos inquietarentur, quibus tam opulenter traditione dotiũ, & successionis euentu prouiderant. Et est sanè argumentum non modicæ impietatis in aduersarios, impetere, uexare & molestare matrem honestissimam & uenerabilem, eius senectutem, ad mortis accelerationẽ, sine omni profectu inquietare uelle. Si interim præteream, quod dicti aduersarij dominam Beatricem fraudis & suspicionis infamauerunt, quasi ipsa in administratione sua suspecta esset, & dolo uersaretur: hoc enim quàm absurdum sit, me tacente, res ipsa & ueritas proloquetur. In matre enim uidua non potest malus præsumi animus ad filios, ut dicit Franc. Curt. consil. xlvi. col. ij. & quæ scribit Soc. consil. ix. col. v. in fin. Et dicit Signor. consil. lxiij. rationem maternæ affectionis, fraudis suspicionem de facili amouere. allegat l. i. §. i. l. non solum. de rit. nupt. l. pen. §. si uerũ. C. de adopt. Non sunt ergo audiendi aduersarij, matrem & socrum tam honestam mulierem, nudis uerbis diffamantes. Non ignoro aduersarios etiã statutũ quoddam Viennense allegasse, per quod descriptio bonorum sit prouisa &c. sed certe

33 34 35 36 37

38 tale ſtatutum, quantū ego id uidi, non obſtat. Nam uerba eius propter uetuſtatem ſunt obſcura, & non intelligibilia, & ſic pro nihilo habentur. Felin. late in procem. decret. & fa. l. quo tutela. §. quę in teſtamento. de reg. iur. Bald. in l. hac conſultiſſima. ij. col. C. qui teſt. fa. poſſ. Quod ſi etiam dictum ſtatutū, aliquem intellectum uel diuinando caperet, tamen interpretatio eius eſſet facienda contra aduerſarios, qui ſe in ſtatutum fundant. Bar. Bal. & Doct. l. ueteribus. de pact. fa. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. de uerb. obli. & l. Labeo ſcribit. de contrah. empt. Bart. in l. ſi arborem. §. hæc lex. de ſeruit. urb. præd. Verum ſi etiam dictum ſtatutum non eſſet ambiguum uel obſcurum, tamen aduerſarijs prodeſſe non poſſet: loquitur enim in eo caſu ubi coniuges ab inteſtato moriuntur, id quod ex uerbis ibidem (ſi ſaltem aliquem habent intellectum) colligi poterit. At nos ſumus in cauſa teſtamenti, quod non ſolū eſt lex, uulg. §. diſponat. in Auth. de nupt. ſed etiam legi ſcriptæ & ſtatuto præfertur, ſi ſit rationabile. laſ. in l. ſi à primo. nu. xxv. de lib. & poſt-

39 hum. fa. l. uel negare. quemad. teſta. ape. Et in dubio pro teſtamento iudicatur. laſ. l. cum quidam. num. ix. de lib. & poſthum. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. §. quid ſi is. num. xiij. eo. tit. Nihil ergo eſt quod in propoſito caſu ullum ſtatutum præiudicare poſsit. Verum eſt præterea quod pars aduerſa iactitat conſuetudinem eſſe Viennæ, quod uiduę in uentent: quæ res eſt facti, & neceſſariò probanda. Pars enim rea eam cō ſuetudinem negauit, & contrariū docere uelle ſeſe obtulit, unde audienda eſt. Attamen ſi etiam aſſerta iſta cōſuetudo probaretur, tamen non haberet locū in caſu noſtro, cum teſtamentū cui pars noſtra adhæret, conſuetudini præferatur. Nec credo ulla conſuetudine conſtare poſſe, quod in caſu ſimili, ſicut noſter eſt, ubi coniuges ſimul teſtati ſunt, alteri alter pleniſsimam adminiſtrationem cum tot prægnantib. uerbis dederit, & perſonæ teſtantium fuerint omni honeſtate, fide & probitate famatæ, quod in tali caſu unquam ulla Viennenſi conſuetudine, inuentandi grauamen uſurpatum ſit. Vnde non ſatis eſt ſi conſtaret aliquando inter plebeios inuentatum fuiſſe, niſi doceatur in caſu ſimili, ſicut no-

40 ſter eſt, fuiſſe inuentatum. Conſuetudo enim ad ſimilia extenditur, nō ad ſeparata. per gl. & cōmuniter Doct. in l. de quib. de legib. Et ita ut præmiſſum eſt, conſulo ego Vdalricus Zaſius LL. Doctor, & puto ita eſſe iudicandum, ſaluo cuiuslibet melius ſentientis iudicio. Et quamuis conſilia ſoleant ſoli iudici pręſentari, ego tamen ſi pars mea conſentiat, admitto quod hoc meum conſilium parti aduerſæ exhibeatur, dum etiam ipſa mihi ſua exhibeat conſilia, ut ſic facultas utriq; parti detur ſua defendere conſilia.

Summaria Conſilij deciminoni.

1 Serui nō poſſunt teſtificari pro dominis, nec contra eos, ſiue cauſa ciuilis, ſiue criminalis ſit.

Cen-

2 Censuarij,uulgò zinser,an appellatione seruorum ueniant.
3. 5 Homines ecclesiæ quiddam cõmune cum seruis, quiddam cõmune cum liberis habent.
4 Serui Germaniæ propria bona habere possunt.
6. 7 Testes domestici ac familiares,à testimonio repelluntur.
8 An in mera iudicis facultate stet,testem censere legitimum.
9 Actus legitimi,sicut emancipatio,manumissio &c.ad tempus fieri non possunt.
10 Latina libertas quare sublata sit.
11. 14 Testis causam scientiæ dicere non debet,nisi interrogetur.
12 Testis deponens de his quorum ueritas non est perceptibilis sensibus exterioribus,sed fundatur in intellectu,necesse habet quod etiam nõ interrogatus causam scientiæ dicat.
13 Dominium non nisi intellectu colligitur.
15 Seruitus morti æquiparatur.
16 Habere uel in modico seruilem conditionem, ad mortis ciuilis uestigia accedit.
17 Causa matrimonij quare æquiparetur causis criminalibus.
18 Testes in criminalibus causis non probant,nisi causas scientiæ etiam non interrogati dicant.
19 Testes in causa status,sine scientiæ causa non probant.
20 Diligentius in arduis & grauib. causis quàm in leuibus,testes examinandi sunt.
21 Dubia probatio an releuet.
22 Testis instructus an fidem faciat.
23 Si pars ineuitabili necessitate absens sit,an eo casu testium receptio ualeat.
24 An scriptura priuata,ut sunt regesta,libri censuales &c.probet.
25 Scripturæ domesticæ quando credatur.
26 Debita ab hæredibus solui debent.
27 Consanguinei præsumuntur scire facta consanguineorum.
28 Ius caduci,non nisi post mortem exigi potest.
29. 31 Qui sine dolo malo in libertate diu est moratus,liber esse præsumitur.
30 Liberum esse quid sit.
32 Præsumptio iuri repugnans,non recipitur.
33 Si seruus uel serua mala fide tanquã fugitiui,uel aliàs clanculum in libertate morarentur,eo casu prescriptio etiam longissimi temporis eis non suffragaretur.
34 Locus à coniugatis argumenti necessarij locus est, cui per doctrinas dialecticas non contradicitur.
35 Is qui suo nomine in quasi possessione est,triginta annis præscribit.
36 Præscriptio est odiosa,nec de re ad rem extenditur.
37 In indiuiduis præscribi in partem non potest,nisi in totum præscribatur.
38 Transactio quæ ad speciem determinata est,non extenditur ad non expressa.
39 In dubio pro libertate sententia ferenda est.

CONSILIVM XIX.

IN causa concernente monasteriũ K. & quondam uxorem Balthasaris S.occasione censuariæ cõditionis,seu iuris proprietatis &c. multa ac uaria non admodum ad rem facientia per utriusq; partis aduocatos allegata sunt, quæ non moror,quum causa hæc meo iudicio in his cõsistat quæstionibus.Primo, an homines dicti monasterij,uulgò Die Gotshußleüt/pro monasterio testificari potuerint, Secundo, posito quod testificari potuerint, an eorũ

depoſitiones ualeant, & fidem faciant, quum nullam rationem dicti ſui reddiderint. Tertio, quam fidem ſubſequentes quinq; teſtes faciant. Quarto, an dictum monaſterium per regeſta ſeu libros cenſuales probare poſsit, dictam mulierem fuiſſe cenſuariam, & ſic deberi mortuaria ſeu caduca mortis. Quinto, quid iuuare poſsit quod dicta mulier per triginta annos dicto monaſterio nullum ſeruitium præſtitit. Sacratiſsimo Chriſti ſaluatoris noſtri nomine inuocato, breuiter ad primam
1 quæſtionem reſpondeo, iure expeditum, ſeruos nõ poſſe teſtificari pro dominis, nec cõtra eos, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis. l. ſeruos. ibi cõmuniter Doct. C. de teſtib. l. pridem. C. de quęſtio. l. ſeruos. eod. tit. iiij. q. iij. §. item ſerui. cum uulg. Sed in præſenti negocio difficultatem
2 facit, an iſti cenſuarij, uulgò zinſer, ueniant appellatione ſeruorum. Et uidetur quod non: nam propria bona habent, & habent cõmercia libera, poſſunt porrò eſſe ciues, & officia gerere, id quod conſuetudo docet: quæ omnia non competunt ſeruis. l. quod attinet. l. ſeruitutẽ. ff. de reg. iur. Mihi uidetur huiuſmodi cenſuarios eſſe homines eccleſiæ, nõ ratione alicuius fundi uel feudi, ſed ratione perſonę, & quia ab antiquo ita introductum eſt: licet etiam ueriſimile ſit, quod fundos eccleſiæ aliqui ex eis poſsideant. Et ſimpliciter loquendo, non ſunt puri uel ueri ſerui, nec adſcriptitij, nec coloni, nec cenſiti, ſecundum quod ius de eis loquitur: quod quidem facile patet legentibus tit. C. de agric. & cenſ. lib.
3 xi. cum ſeq. tit. Habent ergo dicti homines eccleſiæ quiddam cõmune cum ſeruis, quiddam cõmune cum liberis, ut ſic poſsit dici anomala ſeruitus accedens libertati, nihilominus tamen cum ſeruitute participans. Nam in eis partus ſequitur matrem, item manumitti ſolent, & ſi homo eccleſiæ contrahit cum libera, partem bonorum pro pœna dabit eccleſiæ, quæ omnia ſunt ſeruorum. l. partum. C. de rei uendic. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iur. & fa. optime c. i. in fin. de coniug. ſeruo. Nec obſtat Specul. in tit. de feud. §. quoniam. in prima quæſt. uerſ. ſed dic. & in xviij. & ſeq. quæſt. ubi dicit, homines noſtros eſſe liberos: quia loquitur de hominibus noſtris qui ratione uel fundi uel feudi noſtri ſunt. At nobis ſermo eſt de hominibus eccleſiæ, qui non ratione fundi, ſed propter conditionem perſonarũ ad eccleſiam pertinent: & hi cum ſeruis participant, & ab eorum conditione non recedunt, ut ſuprà dixi. Accedant quæ eleganter tradit Iacobin. de Sancto Georg. in tract. ſuo de homagijs, in prin. ubi quum diſtingueret inter homagia, dicit, ea homagia quæ ratione ſolius perſonæ introducta ſunt, quandam ſeruitutem cenſeri in perſonam conſtitutam. fa. c. fi. de ſeru. non ord. ubi arg. à cõtrario ſenſu colligitur, homines noſtros conditionem matris ſequi (quod ſeruorũ eſt) nec poſſe homines noſtros ex matre homine noſtra natos, ſine manumiſsione dominorũ ordinari. pro quo & fa. c. eo liben tius. in prin. eod. tit. ubi non ſine cõniuentia dominorũ ordinantur ho-

mines

mines eccleſię. Deniq; ſi homines d. monaſterij K. equipararentur liber tis uel liberis, tunc filij nati ex matrib. eſſent liberi. per tex. in c. i. de nat. ex lib. uent. Nunc autem proles, ex matribus dictæ eccleſiæ genita, homo eccleſiæ eſt, & cenſuariam conditionem ſequitur, igitur conditionem ſeruilem dicti homines excutere nõ poſſunt, licet & libertatis cõditio in eis appareat. Nec obſtat, quòd iſti homines propria bona habẽt: hoc enim prę cipuũ eſt in ſeruis Germaniæ, quòd poſſunt habere bona 4
propria, ut ſcribit Cor. Tacitus in libello de Germaniæ moribus. Nec obſtat, quòd officia & munera ciuilia gerere poſſunt, quia hoc ex regali
10 cõpoſitione (ut dicitur) eis permiſſum eſt. Deniq; iſta liberalis ſeruitus, ꝛc.
quam habent homines noſtri, non ita annihilat ſtatum, ſicut ſeruitus iu- ꝛc.
ris ſcripti, licèt conditionem grauet & denigret, plus, uel minus, ſecundũ ꝛc.
conſuetudines locorum: quæ omnia plenius in tractatulo meo de ſer- ꝛc.
uis Germanorũ. Per prædicta ſatis patet, homines eccleſiæ aliquo mo- 5
do participare cum ſeruis, ut ſic meritò pro dño teſtificari non poſsint, per iura ſuprà allegata, quæ generaliter loquũtur, & ad dictos homines noſtros quãuis non ex mente, tamen ex ratione legis extendunt. Quod ſi dictæ leges tibi nõ ſatisfacerent, alia tamen ratione iſti quatuor teſtes repelluntur: quia ſunt domeſtici & familiares, id eſt, de domo & fami- 6
20 lia eccleſiæ. Licet enim multi multa ſcribant de domeſticis, ut Specul. in tit. de teſte. §. i. uerſ. item excipitur. quæ tranſcripſiſſe uidetur Abb. in uulg. c. in literis. de teſtibus. tamen eſt communis & recepta ſententia, quod ſiue cohabitent cum domino, ſiue non, dum tamen ei ſunt ſubiecti ratione patriæ uel dominicę poteſtatis, dicuntur eatenus domeſtici, 7
quod à teſtimonio repelluntur. Franc. de Aret. poſt multa in d. c. in literis. qui familiarem, id eſt de familia, & domeſticum dicit eſſe ſynonyma. & ſequitur Felin. ibidem in i. & ij. concluſ. An autem conſuetudo ſit admittendi homines eccleſiæ, non eſt laborandum: quia illa conſuetudo non eſt probata. Et ſi etiam conſtaret, tamen quia eſt iudicia-
30 lis, de iudice ad iudicem non extenderetur. arg. l. nemo. C. de ſentent. Denique cum in mera facultate iudicis ſtet, teſtem cenſere legitimum, 8
non uidetur poſſe operari conſuetudo. arg. l. i. C. de annal. except. & gl. in l. cum notiſsimũ. C. de præſcript. xxx. annor. In quo tamen non pono magnum fundamentum: quia ſi iudex ſaltem ter in iudicio contradictorio admiſiſſet teſtes homines eccleſiæ, certe uideretur ſequendam eſſe conſuetudinem. Bart. in l. de quibus. in i. lectura. uerſ. quæro quid ſi iudex. ff. de legib. cum uulg. Iura autem ſuprà allegata, ſcilicet l. i. C. de annal. except. &c̃. loquuntur de præſcriptione. An autem manumiſsio ſeu relaxatio facta iſtis quatuor teſtibus per officiales mona-
40 ſterij, tantummodo ad actum teſtificandi ſit ualida, & faciat teſtem idoneum? Reſpondeo, de iure hoc nullius eſſe momẽti, adeò ut ſi etiam crebro in iudicijs obſeruaretur, tamẽ error eſſet intolerabilis. Primo, quia

9 actus legitimi, ſicut emancipatio, manumiſsio, nō poſſunt fieri ad tem-
10 pus. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. Deniq; & latina libertas ſublata eſt, quia tēporalis fuit. l. i. poſt prin. C. de latin. liber. toll. & eſt tex. in l. liber tas. l. ideoq;. ff. de manu. teſta. ubi adeò aperte uetatur ne manumiſsio ad tempus fiat, ut pudor ſit, & propè dicerem argumentum imperitiæ, contrà niti: eſtq; iſta erronea uſurpatio ab aduocatis aut cauilloſis, aut imperitis introducta. Poſſem & uulgata addere, tum quod nō dicit ue-riſimile, niſi duret ueriſimile: tum quod poſthumus natus, ſi illico mori-tur, cenſetur non natus. l. ſi pro patre. §. uerſum. ibi gl. cum multis con-cord. ff. de in rem uerſ. l. poſthumus. ff. de iniuſt. teſta. Proinde quid 10
nos fatigat uanum libertatis nomen, quod ementitum eſt? l. i. C. de de-dit. libert. cū uulg. Nec obſtant iura quæ de famulis licentiatis loquun tur: quia in his non retinetur ſuperioritas ulla: imò ſi reuerterentur ſta-tim poſt depoſitionem, fraus præſumeretur, ut per Specul. in tit. de te-ſte. §. i. uerſ. quid ſi olim. & per Doct. in d. c. in literis. d. l. idonei. C. eo. Quod ſi ſeruus uerè & perpetuò manumiſſus, qui iam nouus homo & libertus eſt, teſtificari pro domino non poteſt, ut l. libertorū. C. de te-ſti. iiij. q. iij. §. item liberti. Salic. in d. l. ſeruos. C. de quæſtionib. quanto minus is ſeruus poterit qui per umbram manumittitur, uerè autem ſer uus manet? Sed quia neceſſe non eſt ut his latius inſiſtam, quum dicti 20
quatuor teſtes per interlocutoriā ſint admiſsi, ideo obmiſsis his, ad reli qua dubia trāſeo. Sufficit em̄ indicaſſe quid iuris ſit. In ſecundo prin cipali dubio, poſito quod dicti quatuor teſtes teſtificari potuerint, an eorum depoſitiones fidem faciant, quum non dixerint cauſas ſcientiæ? Et uidetur quod fidem faciant: quia iuxta doctrinas ab omnibus rece-
11 ptas, teſtis non interrogatus de cauſa ſcientiæ, non tenetur reddere, ne ſit uerboſus. gl. & Doct. in uulg. l. ſolam. C. de teſti. ſed nō obſtat. Eui
12 dentiſsimo enim iure fundatū eſt, quod quū teſtis deponit de his quo-rum ueritas non eſt perceptibilis ſenſ[illegible]s exterioribus, ſed fundatur in intellectu, ita quod diſcurſu rationis & iudicio intellectus ſint percepti 30
bilia, ut aliquem eſſe dominū rei, tunc neceſſe eſt quod teſtis etiam non interrogatus dicat cauſam ſcientiæ. Dominiū enim non colligitur, niſi
13 intellectu, licet per media, quæ facti ſunt, cognitio intellectus apprehen datur: ut ſic neceſſe ſit iſta media, iſtas cauſas, quæ teſti cognitionē præ ſtant, ſcire, ne fortè intellectus erret circa rem intellectualem, ſcilicet do-miniū, quum ſenſus extentiores non percipiant aliquem eſſe dominū. Bene percipiūt facta, ſcilicet rem eſſe emptam, donatam, uel alio titulo translatā, ex quibus iudex ius dominij colligit. Vnde niſi in huiuſmo-di cauſis reddatur cauſa ſcientiæ, teſtes nullam fidem facient. ita Franc. de Aret. Felin. in d. c. cum cauſam. poſt Inno. ibidem. Bal. & cōmuni- 40
ter alij ſcribentes in d. l. ſolam. & eſt doctrina ſuper quam Doct. pleriq; omnes conſuluerunt. Nec eſt neceſſe conſilia adducere, quum nemo ex

peritis

peritis ſit, qui dictam doctrinã non teneat & doceat. Nunc autem quũ teſtes noſtri depoſuerint ſuper cauſa dominij, ſcilicet uxorẽ rei eſſe cen ſuariam, & ſic ſeruam eccleſiæ, neceſſe erat quod cauſam ſcientiæ bonã & euidentem aſsignarent: quod quia non fecerunt, certe non probant. Nec obſtat quod dicitur, teſtes nõ debere cauſam ſcientię dicere, niſi in terrogentur &c̃. quia hoc uerũ eſt in his quæ ſenſu exteriori percipiun tur, & nõ procedunt ex iudicio mero intellectus: ut, pecuniã eſſe ſolutã, Titium fuiſſe domi, Semproniũ eſſe uulneratũ &c̃. illa enim uideri, & ſenſu exteriori percipi poſſunt. in qua re nõ me extẽdo, quũ apud luriſ- peritos nulla ſit ea in re dubitatio. Vnde teſtes in cauſa noſtra nõ proba re, nõ ſit dubiũ. Prẽterea cauſa noſtra eſt cauſa ſtatus, quia de ſtatu ho- minis litigat̃, an ſit liber, uel homo eccleſiæ, & in ſpeciem ſeruitutis inci- dens: ſed ſeruitus morti ęquiparat̃. d. l. ſeruitutẽ. d. l. quod attinet. ff. de reg. iur. Et habere uel in modico conditionẽ ſeruilem, ad mortis ciuilis accedit ueſtigia. q̃d certe inter maxima detrimẽta numerari conueniet, quũ libertas ſit res inæſtimabilis. l. nõ eſt. in fi. l. libertas. i. ff. de reg. iur. cum concor. in gl. ibi. Vnde cauſa noſtra magna eſt, grandis, grauis & notabilis, ęquiparata cauſis criminalib. quæ etiã graues ſunt, quod ſatis colligitur ex hisquę tradit Philip. Dec. conſil. cxxxiij. qui cauſam matri monij ideo æquiparat cauſis criminalibus, quia de ſtatu hominis agit̃. alleg. gl. not. cõmuniter receptã in c. mulieri. de iur. iur. & ibi Inno. Ant. in c. fi. de iur. iur. Bal. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Paul. Alex. in l. iij. in prin. de iur. iur. cũ multis ſim. Sed habeo ex Salic. l. fi. C. de prob. quod teſtes in criminalib. nõ probant, niſi dicant cauſas ſcientiæ etiam non interrogati, quia in eis ſubtilior fit ueritatis indigatio. l. ubi. C. de falſ. Auth. apud eloquentiſſimũ. C. de fid. inſtr. l. iij. §. idem diuus. ff. de teſtib. & ſequit̃ Alex. cõſil. xv. col. iiij. uerſ. & nõ ſunt. in i. part. idem do cet Decius conſil. xxxvij. col. iij. uerſ. ij. principaliter. conſequens eſt, quod nec in cauſa ſtatus, ſicut præſens eſt, probent ſine cauſa ſcientiæ. Addimus Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandũ. uerſ. item diligentius, ubi docet, diligẽtius eſſe in arduis & grauib. cauſis teſtes examinãdos, quàm in leuibus: & omnino teſtib. ſuſpectis & nõ integris, ſicut in no- ſtro caſu ſunt, cauſas ſcientiæ diligentiſsime excutiendas. Vnde in hoc ſecũdo dubio concludo, mihi uideri, dictos quatuor teſtes nullã fidem, nec reo ullum præiudiciũ facere poſſe, quũ nullã cauſam ſcientiæ dixe- rint. In tertio principali dubio reliquos quinq; teſtes cõcernẽte, q̃uis eorũ depoſitiones actis inſertę nõ ſint, quia tamẽ de eorundem atteſta- tionib. ad partẽ informatus ſum, cõcludo, dictos quinq; teſtes nihil pro actorib. probaſſe. quod quũ apertũ ſit, nõ eget magna inueſtigatione: quia nõ deponũt perſonas per eos nominatas eſſe cenſuarias, uel atti- nere monaſterio. Vnde quũ dubia probatio nõ releuet, c. in prẽſentia. de probat. l. neq; natales. C. eo, cũ uulg. ſequit̃ iſtos teſtes eſſe de nihilo.

Verum est q̃d quinta testis super cẽsuarijs depositis, sed subdole, sicuti mihi in facto proponit. nam in principio suę depositionis cõcorditer testificata est, sicut alij contestes: uerũ ubi à sedib. iudicũ recessit, fert esse
22 instructa ab officialib. monasterij, itaq; redijt ad iudiciũ, & super qualitate censuaria deposuit, quo casu fidem nõ facit. Spec. in tit. de aduoc. §. utriusq;. uers. sit etiã cautus. ubi pulchre. Deniq; isti quinq; testes sunt parte nõ citata admissi, quę est aperta nullitas. l. si quãdo. cũ Auth. seq. & quæ ibi per Doct. C. de testi. & apertius in Auth. de testi. §. & hoc ue
23 ro. coll. vij. c. in nomine. extra eo. ubi clare habet, quod si pars ineuitabili necessitate absens fuerit, non ualere testiũ receptionẽ. fa. Archid. in c. statutũ. de rescrip. lib. vi. Nec cogebat reus absens procuratorẽ relinquere. per c. querelã. de procur. quod nõ amplius prosequor, quia per aduocatũ rei tangit. In quarto principali dubio, an per regesta, seu libros censuales, aliásue scripturas d. monasterij probari possit, socrũ rei soluisse mortuaria, seu caduca mortis. Nam si de hoc ueri similiter constaret, cõtra rei uxorẽ uehemẽter prę sumeret. In hac quæstione q̃d sentio in genere proferã: quia nihil in actis inueni de huiusmodi regestis, quod eorũ fidẽ augeat, uel minuat. Et q̃uis de huiusmodi scripturis per Doct. utriusq; censurę multa passim tradita sint, tamẽ, quantũ ad nostrũ
24 institutum, breuiter hæc est ueritas, quamcunq; scripturã priuatã non probare, ut sunt regesta, libri censuales, rotuli, & aliæ id genus scripturæ, nisi consuetudo patriæ sit, ut eis credat, & nisi super eis soleat in loco moræ sentẽtia ferri, ita q̃d pro approbatis habeant: uel nisi in præsentia & cum cõsensu eorũ, quorũ præiudiciũ agitur, erectæ, uel factæ sint: uel nisi in archiuis publicis recõdant, cum alijs solennitatib. quę ad hoc requirunt. ita Franc. de Aret. Fel. post antiquos in c. cũ causam. de prob. fa. l. exẽplo. & quæ ibi Alber. Bald. Salic. C. de prob. Bal. in rub. de fid. instr. in supplemẽtis priuatę scripturę. Spec. in tit. de instr. ed. §. nũc dicendũ. uers. regulariter ergo. & ibi Io. And. in mag. addit. ualde eleg. & Doct. ubiq; in eorũ cõsilijs, quos ideo nõ allego, quia tẽporis breuitas me urget, & res alioqui in iure est notissima, & quasi ab omnib. tractata Doct. Deniq; & ratio naturalis id dictat. cur em̃ scripturę domesticę crederet, per producẽtem, suo arbitrio, in absentia partis, interesse habentis factæ? Nam & publicæ scripturæ eo casu nõ crederet, ut dicũt Aret. & Felin. loco supradicto. Et hæc uera in grauibus & magnis causis, & in
25 damnũ alterius. Cęterum in leuib. ubi nõ esset iactura, cæteris paribus, eis crederetur. quod tamẽ nõ amplius prosequor, quum nõ sit necesse. Ex prędicta doctrina euidenter colligitur, regestis seu libris censualib. d. monasterij nullã fidem adhibendam, nisi suprà memoratis adminiculis & qualitatib. aut earũ aliqua sint suffulta. Postremo mirandũ esset, si mortua socru rei, mortuaria, seu caduca mortis soluta forẽt, filiã, aliós ue hęredes defunctę id ignorare, quũ huiusmodi mortuaria nemo alius, nisi

niſi defunctæ mulieris filia, alij ue hęredes eius præſtare potuerint. Debita em̃ ab hęredib. ſolui ſolēt. l. i. & ij. C. de hęred. act. cū uulg. Et quia reus, prædictę mulieris gener id ignorat, & ueriſimile eſt ne alios quidē cōſanguineos, aut hæredes id ſcire, haud leuis præſumptio aduerſus dicti monaſterij rotulos cenſuales capi poteſt. Prę ſumunt enim cōſanguinei ſcire facta cōſanguineorū. l. octaui. in fi. ff. unde cognat. l. de tutela. C. de in integ. reſt. min. Adde, q̃d etiã aliàs nullã fidem faciūt, uti ſuprà dictū fuit. In quinta & ultima quæſtiōe principali, quid iuuare poſsit, quòd uxor rei per xxx. annos d. monaſterio nullū ſeruitiū prę ſtitit. Hic aduertendū eſt, an homines eccleſiæ, cē ſuariæ cōditionis, ad plura ſeruitia & debita teneant eccleſiæ, c̃ ad ſolum ius mortuarij. Nam ſi ad nihil aliud eſſent monaſterio obligati, q̃ ad ſolum ius mortuarij, uel ius caduci, uulgò ſal/ tunc curſus xxx. ann. nō multū operaret, attento, q̃d dictū ius caduci, nō, niſi poſt mortē, exigi poteſt. Sed poſſibile eſt, & quotidie cōtingit, aliquē diutius xxx. annis uiuere. Vnde, eo caſu, nō antè incideret prę ſcriptio libertatis cōtra monaſterium, c̃ ab eo tēpore, quo poterat iſtud ius peti. Bal. Sali. in l. i. in fi. C. de annal. excep. Quapropter ſi reū ſuprà poſita fundamēta nō tuerent, in huiuſmodi xxx. annis nō multū ſpei collocare poſſet. Sed inuenio in actis, in quadã triplica, quod actores quodã loco fatent, cenſuarios ad ſolū cenſum, & ius mortuarij prę ſtandū obligatos eſſe. Præterea & in facto informatus ſum, d. monaſterio plus iuris, c̃ ſolum ius caduci in cenſuarios cōpetere. Ex quib. duo fundamēta colligo. Primū, cū uxor rei xxx. annis ſe pro libera geſſerit, nullum cenſum, aliúd due ſeruitiū, aut debitū monaſterio (q̃d tamē ſemper prę ſens fuit) prę ſtiterit, nec eo nomine unc̃ requiſita fuerit, magna, ac uehemēs, mea ſententia, iuris oritur præſumptio, eandē mulierē à natiuitate liberã fuiſſe, niſi aliud contra eam probatū foret, q̃d tamē hactenus non uidi. Qui em̃, ſine dolo malo, in libertate diu moratus eſt, liber prę ſumit, niſi ab aduerſario probet eſſe ſeruus. l. intereſt. §. fi. l. igitur. §. poteſt. ff. de liberal. cau. Nam liberū eſſe, nihil aliud eſt, c̃ nullū habere dñm, cui ſubiectū eſſe oporteat. Accedat, q̃d quilibet ſe pro libero gerēs, à natura liber eſſe præſumit, niſi probet cōtrariū. Nec obſtat, q̃d aduerſarij in d. ſua triplica prętendūt, in Algoia maiorē partē hominū eſſe cē ſuarię & ſeruilis cōditionis: unde potiùs aliquē cenſuarię, aut ſeruilis, c̃ liberæ conditionis natū præſumi &c̃. quia hoc iuri repugnat, nec præſumptio iuri repugnãs recipit. fa. iura uulg. quę pro meliori ſtatu prę ſumūt. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & facit fauor libertatis, de quo poſtea. Item qualē te inuenio, talem te iudico. l. moueor. C. de ſeru. export. Vnde cū hæc mulier inuenta, & mortua ſit in ſtatu libero, talis iudicabit. An aūt in Algoia maior pars hominū ſeruilis cōditionis ſit, nec ne, oppido K. alijs q̃ oppidis imperialib. Algoię iudicandū relinquo, quia mihi de hoc nō conſtat. Et dato, q̃d ita eſſet, tamē præſumptio iuris, per quã

26 27 28 29 30 31 32

libera natiuitas prę̃sumit̃,hominũ opinione fortior potẽtiorq̃ est. Secundũ fundamentũ. Quod si maxime appareret ſocrũ rei fuiſſe cenſuariæ ac ſeruilis cõditionis,ut ſic cõtra rei uxorem prę̃ſumptio eſſet,id q̃d adhuc nuſquã apparet,quia tamẽ d.rei uxor per xxx. annos, præſentibus & patientibus monaſterio & eius officialib. ſe pro libera geſſit,nec de ullo cenſu requiſita fuit,aut ſoluit, aliúdue ſeruitiũ aut debitũ præſtitit,neceſſariò ſequit̃, eandem mulierẽ,etiã ſi cenſuaria fuiſſet,libertatem præſcripſiſſe,ſufficiũtq̃ ad huiuſmodi prę̃ſcriptionẽ xx. anni.tex.apertus in l.ij.C.de præſcrip.long.temp.quę pro lib.quanto fortius ſi xxx. annis ſe geſsit pro libera.fa.optimus tex.in l.omnes.in fi.C. de prę̃ſcri. xxx.annor. Quod autẽ actores in d.ſua triplica prætendũt,uxorem rei prę̃ſcribere libertatẽ nõ potuiſſe,quod ſeruituti fuerit obnoxia, cui ſeſe
33 clàm ſubducere conata ſit &c̃. non diffiteor, ſi ſeruus uel ſerua mala fide tanq̃ fugitiui,uel aliàs clanculũ in libertate morarent̃,eis nihil ſuffragari prę̃ſcriptionẽ etiã longiſsimi tẽporis,ſecundũ Bal.in l.i.col.iij.C. de ſeru.fugi.licet Salic.ibi aliter.&fa.l.i.C.de prę̃ſcrip.long.temp.quę pro lib. At uxor rei nec fugitiua fuit (ut mihi dicit̃) nec clanculũ latuit, ſed ſe pro libera geſsit in prę̃ſentia partis aduerſę palàm & publicè. Partem autẽ aduerſam ſemper fuiſſe prę̃ſentẽ,notoriũ eſt,& fa.text.in l.fi. C.de prę̃ſcrip.lon.tem. Nec obſtat quod ſuprà prętendebat̃,mortua ria ſeu caduca mortis nõ poſſe peti,niſi poſt mortẽ &c̃.nam in actis fatentur actores,cenſuarios etiã ad cenſum obligari:quæ cenſus præſtatio quũ ſit prę̃ſcripta,& cõtra cenſuariã conditionẽ præſcriptũ eſt, per
34 locum à cõiugatis,qui locus eſt argumẽti neceſſarij,&cui nõ cõtradicitur per doctrinas dialecticas,&fa.l.ſi pupilli.§.idem ait.uerſ.hęreditas. ff.de neg.geſt.ubi quia prætendit ſe hæredem, ergo petitione hęreditatis cõuenitur. Sic in propoſito à cõtrario ſenſu, nõ tenetur ad cenſum, ergo nõ erit cẽſuarius.fa.Inſtit.quib.mod.ius patr.pot.ſol.§.cum aũt. ubi qui de numero ciuiũ tollit̃, conſequẽs eſt & ciuitatẽ amitti.Sic Bal. arguit in l.cũ te.poſt med.C.de probat.uidelicet nõ prę̃ſumi extinctũ, niſi probetur extinctio. Recte ergo & inuicte euincitur, quia ius cenſus dandi ſeu prę̃ſtandi ceſſauit in uxore rei,ergo & cenſuaria eſſe ceſſauit, etiã ſi aliquãdo fuiſſet.His cõſequens eſt,ut cum ſoli cenſuarij ſint obligati ad mortuaria caducitatis,uulgò ſal.iſta autẽ nõ ſit cenſuaria,igitur nõ eſſe obligatã.fa.quod nõ entis nullæ ſunt qualitates.l.eius. in fi.ff.ſi cert.peta.Et hoc argumentũ mihi obſignatis tabulis pugnare uidetur. Quod autem præſcriptum ſit cenſus præſtationi, & ſic libertas prę̃ſcri
35 pta,fa.Bal.in l.plures.C.de fide inſtr.ubi dicit,eum qui ſuo nomine in quaſi poſſeſsione ſit, xxx.annis prę̃ſcribere.allegat l.ſi quis emptionis. C.de præſcript.xxx.annor. Sed melius fa.d.l.ij.C.de præſcript.pro li-
36 ber.Et ſi opponeretur,præſcriptionem eſſe odioſam,&non extendi de re ad rem,Innoc.in c.tua.de decim.Doct.in c.cum olim.de præſcript.

Bald.

Bal. in l. non dubiũ. C. de legib. cum ſim. Vnde licet præſcriptũ ſit cenſus præſtationi, tamẽ iuri mortuario ſeu caducitatis nõ eſſe præſcriptũ &c. nõ obſtat: quia quũ ius caducitatis ſit quiddam acceſſoriũ ad conditionem cenſuariã, unde quũ principali cõditioni eſt prę̃ſcriptũ, etiam acceſſorijs prę̃ſcribi, ſecundũ Bald. in d. l. plures. in uerſ. ſed cõtra hoc oppo. C. de fid. inſtr. Deniq; quũ libertas, ſicut & alia iura incorporalia, ſit indiuidua, per regulam Pet. quã Bar. tradit in l. ſtipulationes nõ diui dunt. ff. de uerb. obli. unde in indiuiduis præſcribi in partẽ non poteſt, 37
niſi in totũ præſcribat. Vnde pars trahit ad ſe partẽ, ſicut in feudis indi
10 uiduis pars dñi, ſi ſint eius iura potiora, trahit ad ſe partẽ uaſalli, ut totũ feudum dñi ſit, æſtimatione tamẽ ſoluta. Iacob. Aluar. in c. i. de frat. de no. benef. inueſt. Sic in propoſito fauor libertatis præponderat. arg. l. i. C. de cõm. ſer. manu. ut ſic in partẽ præſcribi libertas nõ poſsit, niſi in totũ prę̃ſcribatur. Sed non eſt opus tanta fatigatione. Cum enim caducitas ſoluatur à cenſuarijs, at uxor rei nõ eſt cenſuaria, igitur &c. Compoſitio autẽ ſeu tranſactio facta per principẽ, in qua caueri dicit, quod licet cenſuarij efficiantur ciues in K. tamen per hoc debeat ſaluum eſſe ius cenſuarium &c. pro actoribus nihil facit: quia loquitur de his qui ſe cenſuarios eſſe confitentur, uel legitimè probari ea conditio poteſt. At
20 de his qui negant ſe eſſe cenſuarios non loquitur, quia ex ſeparatis &c. l. i. in fi. ff. de don. int. uir. & ux. Deniq; tranſactio quæ ad ſpeciem determinata eſt, non extenditur ad non expreſſa. l. ſi de certa. C. de tranſact. 38
At in dicta tranſactione non eſt cautum, quod non debeat currere præſcriptio. Nam ſi partes hoc uoluiſſent, ſine dubio prouidiſſent. Et non prę̃ſumitur in genere cõprehendi, quod ciues oppidi difficillime admiſiſſent. arg. l. obligatione. ff. de pig. Deniq; prouiſum eſt de cenſuarijs, ne munera ciuilia conditionẽ ſeruilem tollant: nõ ſequit quod propterea etiam præſcriptio ſublata ſit. arg. eorũ quæ not. in gl. mag. in l. à diuo Pio. in prin. in uerbo, à ſe. in medio gl. ff. de re iudic. Et ſufficit, ſi cui
30 uel in paucis cõſentiat. l. curatoris. C. de neg. geſt. Nunc igitur cauſam cõcludendo, quum magnus ſit fauor libertatis, ita quod propter libertatem ſę̃penumero cõtra ius cõſtituatur. l. generaliter. §. ſi quis. ff. de fideicõm. liber. & in dubio ſentẽtia ſit ferenda pro libertate. l. quoties du 39
bia. l. lege Iulia. ff. de manumiſſ. Alex. in l. de die. ff. qui ſatiſd. cog. l. inter pares. ff. de re iud. c. ex literis. in fin. de probat. c. fi. de re iud. cũ ſim. unde quum hic pro uxore rei euidens ſit præſumptio libertatis, manifeſte liquet ſententiã pro ea ferri debere, quũ contra eam nihil ſit probatum. quæ ſententia etiã ſi cauſa dubia eſſet, prævaleret. Et ita mihi prę̃dicto Doctori uidetur, ſaluo meliori iudicio. Parcendũ deniq; mihi eſt
40 ſi in tranſcurſu ſcripſi, nam uix quatuor dies abſumpſi: non enim erat ociũ ex feriato ſcribere ingenio: ueritatem tamen me attigiſſe puto.

VDALRICVS ZASIVS LL. DOCT.

Errata in hoc secundo Consiliorum tomo inter relegendum animaduersa, sic emendato.

Pag.58. expungatur uersus 38.totus, & pro eo reponatur, Baldus in l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex.&c. Pag.65.uers.36.absoluto.& uers.39.Alexan.in consil.143. Pag.89. uers.13. de conuersio.coniugat. Pag.112. uers.1. de sponsi.duo. 128.1.& saltus. 154.12. secūdis actis. 175.7. post decessionem. 190.3. causæ cognitione. 198.23. Sic aulici. 210.11.ponderet. 213.38.sursum uersum. 217.11. sunt examinati. 222.28. obuenientes. 254.29. quæ ad augmentum. 259.8.inducíarum conuenta. In consilio 16. pro Leontina ualle,restitue Hepatina ualle.

BASILEAE, PER MICHAELEM ISINGRINIVM, MENSE MARTIO, ANNO A CHRISTO NATO, M. D. XXXIX.


PALMA
ISING.